Bibliotheca Sanctorum Patrum et Scriptorum ecclesiasticorum Theologiae et christianarum Litterarum cultoribus accommodata.

SERIES SECUNDA

SCRIPTORES GRAECI

ANTENICAENI

VOLUMINIS III PARS I.



ROMAE
Apud Directionem Bibliothecae Ss. Patrum
Via dei Crescenzi, 13-15
M DCCCC VII

Irenaei

Lugdunensis Episcopi

Adversus Haereses

Libri quinque

CURANTE

Sac. Ubaldo Mannucci

Theologiae et Philologiae Doctore

PARS I

ROMAE

Ex Officina typographica Forzani et Socii

Via Dogana Vecchia, 26

M DCCCC VII

IMPRIMATUR
Fr. ALBERTUS LEPIDI, O. P. S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR
IOSEPHUS CEPPETELLI, Patriarcha Constantin. Vicesgerens.

IRENAEI

DETECTIONIS ET EVERSIONIS

FALSO COGNOMINATAE AGNITIONIS

LIBRI QUINQUE

PROLEGOMENA

I.

Notitiae biographicae.

Quae de Ir[enaei] vita extra dubium constitui possint, pauca sunt omnino atque his fere redeunt. Anno 177 p. C. n., Marco Aurelio Imperatore, ipse a coetu fidei confessorum *Lugduni* in carcere degentium, Romam missus est ad Eleutherum Pp. († 189) epistolam deferens, qua huius animus erga Montanistas, tunc temporis in Phrygia insurgentes, benigne flecteretur. Hac in epist. (cfr. Euseb. *H. E.* V, 4) Ir. iam commendatur « ut« pote aemulator testamenti Christi ac tamquam « presbyter Ecclesiae ». Posthaec « quum Pothinus « anno aetatis xc una cum Gallicanis martyribus « caesus esset, episcopatum Lugdunensis ecclesiae « post illum suscepit Ir. » (ib. c. 5). Demum post a. 190, quum iam Victor Pp. († 199) episcopos Asiae, ob eorum pertinaciam in celebrando Paschate die xiv Nisan, vi coercendos existimaret, ipse « epistolam ad Victorem scribens nomine fra« trum quibus praeerat in Gallia... nomini suo

« respondens ac proposito *pacificus* » visus est. « Neque vero ad Vict. tantum, sed ad multos alios « ecclesiarum antistites de agitata quaestione lit- « teras in eamdem sententiam misit » (ib. c. 24).

Ex quibus, tantum vitae Ir. lapsus, qui ab a. 177 ad 191 decurrit, quadantenus inlustratur:(1) cetera omnia obscura sunt ac innumeris paene obruta controversiis. Verum, quum de eo scriptore res nobis agatur, qui christianae antiquitatis primus sit, et e potissimis, testis, ac propterea ex his ipsis controversiis plures aliae, praesertim quae ad rem biblicam et ad historiam pertinent, lucem accipiant, pretium sane operis censemus easdem saltem innuere.

De *patria* Ir. non gravis est dissensus. Fere enim inter omnes hodie convenit ex Asiae *provincia* Graecum exstitisse: quod nedum nomine, nedum lingua, qua utitur, verum maxime ipsius testimonio suadetur. Pluries enim nos docet, se, παῖς ὢν ἔτι,(2) ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ(3) fuisse ἐν τῇ κάτω Ἀσίᾳ(2) et quidem ubi videre potuisset Florinum παρὰ Πολύκαρπον, et hunc etiam episcopum audire,(2-3) nempe in *Smyrna*. Suspicetur quis cum Abbot(4)

(1) Nec plura suis temporibus nosse videtur HIERONYMUS [*De vir. inl.* 35]. Quin etiam Gregorius M. episcopo *Lugdunensi* haec sciscitanti rescribit Ir. scripta vel acta diu quaesita nullibi reperire potuisse [*Epp.* l. XI, 56].

(2) *Ep. ad Florin.* apud EUSEB. *H. E.* V, 20.

(3) *Adv. haeres.* III, III, 4. Cfr. EUSEB. *H. E.* V, 5; HIERON. l. c.

(4) *Notes on some passages in Lightfoot's Biblical essays* [*The Class. Rev.* 1895, Jun. p. 254 sqq.]. Ir. Syrum, vel saltem ex matre

Ir. eiusque parentes, ex Syria Romam et Lugdunum migraturos, tunc temporis Smyrnae hiemasse; verum id divinationi simile dicetur, quum *unicum documentum* ex quo liceat Ir. patriam agnoscere, Asiae provinciam, si non Smyrnam, innuat.

Acrior agitur controversia de anno quo Ir. lucem adspexerit. Qua in re nec veteres nec recentiores, nec ante nec post exortam quaestionem - ut aiunt - Ioanneam, concordes fuere neque sunt.[1] Et revera quae ipse Ir. ad hanc quaestionem solvendam elementa suppeditat, in unum sensum aegre conveniunt. Modo enim generationem suam, aetati qua Ioan. *Apoc.* exarata est [nempe a. 96 (*A. H.* V, 30, 3)] paulo posteriorem facit; modo vero se Polycarpum († 155) audivisse cuidam gratiae Dei sanctum hunc episcopum ad extremam usque senectam servantis, acceptum referre videtur (*A. H.* III, 3-4; - Euseb. IV, 15; *ep. ad Flor.* l. c.). Equidem ex neutra huiusmodi testimoniorum serie quid *positive* inferre licet;

Syra demonstrare nititur etiam HARVEY in *Proleg.* ad edit. *Opp. s. Iren.* (vol. I, p. CLIII sq.). Argumenta tamen quae affert rem non evincunt. Cfr. ROPES in *Bibl. Sacr.*, 1877, apr. p. 293 sqq. et ZAHN (*Forschungen*, IV, 1900, vel *Realencycl.* 3 IX, 407).

(1) De vett. scriptoribus nil moramur: quaestionis enim termini nostris diebus omnino moti sunt; illor. sententias accuratius recenset LIPSUS in *Dict. of chr. Biogr.* sub voce: ac per totam aetatem ab a. 97 (Dodwell) ad a. 147 (Ziegler) discurrere docet. Propius ex illis rem assequutus Massuet a. 140 Ir. natum dixerat; verum quia Polycarpum a. 166 martyrium fecisse existimabat: quum igitur hodie compertum sit id nonnisi a. 155 accidisse [cfr. HARNACK, *Chronol.* 381 sq.], claret reapse M. pro a. 129 stare.

excessiva etenim sequela in utraque acceptione; verum, si, quod multis hodie placet, Ir. natum a. 125–135 putare velis, nullum *invicti* roboris argumentum erit, quo ab hac opinione discedere cogaris.(1) Hanc igitur mediam sententiam libenter amplectimur.

Quanto tempore in Asia moratus sit Ir. certis documentis ostendi nequit: novimus quidem ex Armeni Sebaei (VI saec.) testimonio etiam Laodiciam in Phrygia ipsum conlustrasse: (2) verum quando et quousque nescimus. Fortasse quid maioris certitudinis afferat appendix martyrii Polycarpi ex cod. Moscov. 160 (hodie 159) docens Ir. Romae fuisse eodem anno quo Polycarpus martyrium subiit: (3) quamvis enim libenter concedamus illam ex

(1) De statu – ut aiunt – quaestionis pauca adnotamus. Primus ZAHN (*Forsch.* IV et V, et in *Realenc.* l. c.) in novum stadium rem invexit, dum praesertim ex l. c. ubi de *Apocal.*, ex fine *epist. ad Florin.*, ex chronologia itineris Antonini et presbyter. Asiae, ex append. ad martyr. Polic. [de qua mox] annum ortus dixerat c. a. 115; haec argumenta convellere conatus est HARNACK (*Chronol.* I, 323 sqq.), qui immo ex epist. ad Florin. atque ex chronologia huius lapsus in haeresim [c. a. 190?] docuit Ir. nonnisi post a. 130 et quidem aegre ante a. 135-142 nasci potuisse. Hunc sequuntur ex nostris Bardenhewer, Ehrhard aliique: argumenta tamen proposita, saltem ubi ostendere nititur Ir. ortum non esse ante a. 130, solide confutant ZAHN (*Forsch.* VI), CORSSEN, GWATKIN; ex nostris vero praesertim LABOURT (*Rev. bibl.* 1898) et GUTJAHR (*Glaubwürdigkeit* etc., 1904). Cfr. infra p. 27 not.

(2) HUBSCHMANN apud HARNACK, *Patrum Apost. Opera*, I², 2, 101.

(3) Hanc append. primus evulgavit v. GEBHARDT in *Ztschr. f. hist. Theol.* a. 1875, p. 362: nuperrime ex comparatione cum cod. Paris, 1452 spuriam ostendit HILGENFELD, *Ztsch. f. wiss. Theol.* a. 1905 ², p. 447 sq. Abiicienda saltem videntur quae de magisterio Ir. in Urbe ac de multorum conversione inibi docentur, quae efformata videntur super illa quae Ir. de Polycarpo tradit (III, 3, 4).

eadem manu quae acta scripsit, derivari non posse, ac multa in ea fabulosa inveniri, tamen factum illud praecipuum nequaquam a vero absonum videtur, praesertim si attendamus quam plene ac dilucide Ir. enarret quae inter Polycarpum et pontificem Anicetum anno antecedenti [154] gesta fuerint. (1)

Irenaeus a. 177 primum, ut initio diximus, indubiae historiae fines ingreditur, a sanctis martyribus Lugdunensibus egregie commendatus ἀδελφὸν καὶ κοινωνὸν... ζηλωτὴν ὄντα τῆς διαθήκης τοῦ Χριστοῦ. Eum Lugdunum secundam patriam elegisse, mirum esse nequit, si innumerae relationes quibus Gallia Asiae obligabatur attendantur: quum enim ea urbs centrum, ut ita dicam, tum vitae civilis, tum commercii Galliarum fuerit, satis explicatur, cur post primam illam immigrationem, quae Massiliae christianae veritatis lumen adducens Galliae ianuam patefecerat, altera sit sequuta qua christiani Asiae Lugdunum ipsam incolerent. Et novimus martyres ipsos Lugdunenses fere omnes graeca nomina praetulisse, (2) nec dubium est ex ipsorum testimonio inter eos fuisse patres Ecclesiae Lugdunensis. (3) Cum illis igitur et Ir. Gal-

(1) *Ep. Vict.* in fin. Cfr. v. g. haec: « Anicetus in ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa cessit ».

(2) Cfr. v. g. Ποθεῖνος, Ἐπίποδιος Ἐπάγαθος, Ἄτταλος Pergamensis, Ἀλέξανδρος Phrygius etc.

(3) Cfr. ep. ad Eccles. Phrygiae et Asiae apud Euseb. l. c. Hanc ipsam hypothesim firmant sollicitudines quas de Ecclesiis Asiae semper gesserunt Lugdunenses, quae et ipsa causa fuit harum epistolarum, et illius quam ad Eleutherum per Ir. miserunt.

liam petiisse videtur, operamque contulisse ad Ecclesiae fundamenta inibi iacienda.

A Pothino tunc episcopo, Ir. in presbyterum ordinatum fuisse, auctor est Hieronymus l. c.; verum, his demptis quae initio dedimus, nihil certi asserendum est de Ir. gestis in Gallia. Probari quidem poterit quod Zahn coniicit, ipsum Ir. epistolam Lugdunensium de martyribus illius Ecclesiae exarasse (Euseb. *H. E.* V, 14 sq.); item nec offendiculum praebent quae breviter meminit Gregorius Turonensis (*Hist. Franc.* I, 29) eumdem episcopum « praedicatione sua maxime totam civi« tatem reddidisse christianam » aut quae Acta Ferreoli (16 iun.) de evangelizatis Ir. auctore pluribus Galliae regionibus ac fundatis Ecclesiis [1] tradunt; verum eadem pro indubitatis prodere non audemus. Hoc idem a fortiori dicendum de martyrio quod Christo reddidisse Ir. asserunt primus Hieronymus (a. c. 410), at tantum obiter nostrum afferens (*in Isa.* LXIV et similiter auct. *Quaest. ad Orthod.*) et Gregorius Turonensis (saec. IX), ratione prorsus fallaci eidem persecutioni quae sub Marco Aurelio efferbuit, martyrium sancti episcopi certissime superstitis, coniungens. [2] His, vel fortasse aliis ad has re-

(1) Cfr. Hirschfeld, *Zur Gesch. der Christent. in Lugdunum vor Konstantin* in *Sitzb. der kais. Akad. der Wiss. zu Berlin*, a. 1895, p. 394 sq.

(2) *Hist. Francor.* I, 29: de quo loco cfr. Montet, *La légende de s. Irénée*, Genève 1880, vel ipsum Bardenhewer, *Gesch. d. Altkirchl. Litterat.* I, 498.

deuntibus allusionibus, sepositis, *nil aliud* est nec in antiquioribus scriptoribus ac martyrologiis unde martyrium ipsum fidentius asseverari possit; in menologiis recentioribus[1] simul ponitur cum Irenaeo Sirmiensi martyre sub Diocletiano (a. 304, sub 25 mart.); ideo nonnulli putant ex hac nominum confusione (ansam etiam praebente voce κοινῶνος ἡμῶν a confessoribus Lugdunensibus in laudata epistola ad Eleutherum adhibita) ortam esse sententiam cui Turonensis calculum adiicit. Res tamen in incertum pendet.

Iren. ossa, quae iam ab eodem Gregorio efferebantur in ecclesia S. Ioannis inter sepulchra Epipodii ac Alexandri martyris Lugduni condita, ibidem a. MDLXII a Calvinianis violata ac dissipata sunt. Caput tamen recuperari potuit.

II.

Opera Irenaei.

Praecipuum omnium est opus, quinque constans libris, quod vulgo nomine *Adversus Haereses* effertur. Hoc quidem nomen eidem operi impositum a christiana antiquitate accepimus; nam et Eusebius (*H. E.* III, XXVIII, 6) iam illo utitur. Verum id nonnisi brevitatis causa ansam forte prae-

(1) Cfr. v. g. *Menologium* BASILII PORPHYROG. [MIGNE, *P. G.* 117, col. 597, 601] et *Menol.* SIRLETI [BASNAGE, III, 1, 460 sqq.].

bente Ir. qui ait Valentini errores recapitulationem esse omnium antecedentium haereseon (quapropter pluries se *contra omnes haereticos* ait decertare); in comperto est enim Ir. suo operi titulum praemisisse: Ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς ψευδονύμου γνώσεως (Euseb. *H. E.* V, 7) quem latina versio effert (praef. lib. IV) *de detectione et eversione falso cognominatae agnitionis*: nisi quod nimia fidelitas vertentis non recte quae sit germana mens Ir., primo saltem obtutu, patefaciat. Nemini enim dubium erit Ir. verbis I. *Tim.* VI, 20 haeresim designare quam concrete recentiores omnes Gnosim appellant. Hunc igitur scopum sibi praestituit: detegere (ἐλέγχειν) *portentuosissima et altissima mysteria* Gnosticorum, in primis Valentini eiusque discipulorum, (1) qui ipsos Provinciae fideles inficere sua labe coeperant (l. I, c. 13, n. 3 et fr. syr. 28) eademque *refellere*; quod efficiens etiam amico cuidam ac conlegae (praef. ad l. I) morem geret hanc ei *procurationem scribendi* (III, 17, 1) committenti.

Opus hoc Ir. duplici libro absolvere constituerat: in primo falsi nominis gnosim *exponere*, in altero eamdem *evertere* (praef. lib. II); verum, dum eversioni studet res in immensum crescit: *rationes* enim libro II expositae, ei hiulcae videntur nisi etiam « praedicatio apostolorum, et Domini

(1) Apud CRAMER (*Catena in Act.*) *A. H.* III, 12, 1 citatur ex opere κατὰ Οὐαλεντ[ίν]ου καὶ Μαρκίωνος [leg. Μαρκοῦ].

« magisterium et prophetarum annuntiatio » sedulo recolantur; igitur tertium librum adiungit, et hoc neutiquam rei sufficiente, *scripturalem* demonstrationem per quartum et quintum producit, ita ut in III evangelistarum et reliquorum apostolorum, praeter Paulum, sententiam rimetur, in IV Domini sermones, in V demum Pauli epistolas exquirere se dicat, at revera permulta de novissime eventuris exponat. Quod quidem non uno temporis tractu implevit. Probabile nobis est duos priores libros iam missos ad amicum fuisse, quum tertio manus admoveret Ir. (cfr. praef. lib. III, II, 6, VIII, 3, XI, 2, XXVII, 4). Certum tamen ex s. auctoris verbis, quartum librum separatim transmissum. Quintum demum, quo iam constituerat operi finem imponere (IV, XLI, 4), ipse nonnisi post iteratas amici postulationes aggressus est (praef. l. V).

Ex quibus iam conficitur nihil certi a nobis proferri posse de tempore quod operi huic Ir. insumpsit. Novimus tantum tertium librum scriptum esse Eleuthero pontifice (a. 175-189) quem Ir. postremum ponit in celebri indice l. III, c. III, n. 3. Exploratum est etiam persequutionem, quum IV liber conscribebatur, nullam fuisse; in eo etenim nominantur « qui in regali aula sunt fideles « habentes utensilia ex eis, quae Caesaris sunt », [1] quod quidem tantum Commodi regno (180-192)

(1) Cfr. IV, 30.

congruere videtur. Pressius tempus coniicere conati sunt nonnulli, ex III, 11, 8, ubi de Theodotionis versione sermo est, at frustra (cfr. Zahn, *Realencycl.*[3], IX, 403 sq.).

Textus graecus, quo in idiomate opus exaratum est ab Ir., periit. Id tamen non ante saec. XVI vel etiam XVII accidisse contendunt nonnulli post Zahn,[(1)] quum eiusdem textus mentio occurrat in indicibus quorumdam codicum deperditorum ex bibliothecis montis Athos et monasterii S. Iohannis ad Pathmos insulam; denegat vero Harnack, quia a. 1640 Meletius Syrigos in *Refut. Cyrilli Lucareos* [cfr. ap. Migne, *P. G.* VII, 430 sq.] graecum Ir. affert tantum ex versione textus latini. Fragmenta quaenam supersint et unde petita, integra haec editio docebit.

Textus graeci versio latina omnino servilis integra superest. Dissentiunt philologi utrum eandem noverit Tertullianus [cfr. *Adv. Valent.* in hac. *Bibl.*], quod longe veri simile est; extra dubium tamen illam Augustini aetate antiquiorem esse. Hanc quidem versionem exhibent adhuc codd. septem, omnes – docente Loofs[(2)] – ex eodem archetypo B saec. V (p. 59) derivati, ita tamen ut in duplici, utraque gallica, familia ponantur, quarum

(1) *Ztschr. für K. Gesch.* 1890; cfr. quoque in *Theol. Lit. Bl.* 1893, p. 495 sqq.

(2) *Die Handschriften der lat. Uebersetz. des Iren. u. ihre Kapitelteilung.*, Lipsiae, 1890, cfr. p. 93 sqq. Insignis dissertatio quoad codd. Vaticanos non omnino probatur.

altera seu septentrionalis [Corbeiensis?] ex *Claromontano*, saec. IX [C = n. 1669 bibl. Phillips, hodie Fenwick in Cheltenham Angl.] atque ex *Vossiano*, saec. XIV [V = n. 33 bibl. Univ. Leyden.]; altera seu meridionalis [Divionensis?] rursus in duas classes distincta continet sub prima *Arundelianum*, saec. XIII [A = Arund. 87 in bibl. Brit. Mus. Londini], sub altera vero quattuor codices bibliothecae Vaticanae, nempe *Vat.*[1] (n. 187) et *Ottob.*[1] (n. 1154) c. a. 1400; *Ottob.*[2] (n. 752) c. a. 1412, et *Vat.*[2] (n. 188) c. a. 1450. Neque varietates quas exhibent editio Erasmi et Feuardentii et collatio Latinii, Passeratii ac Mercierii (apud edit. Massuet et Stieren) alios ab his codd. prodere videntur. Editio *plene* critica adhuc non exstat, ut nobis vel solos codd. Vaticanos perscrutantibus compertum est.

Patria huius versionis, ex barbaris loquutionibus quibus haec conspergitur, Celtica videtur; Lugdunum ipsam vellet Batiffol;[(1)] at plene determinari nequit quousque de aetate qua prodiit non constabit.

Praeter latinam versionem plura fragmenta supersunt apud scriptores syros et armenos, quos

(1) *Littér. grecque*, p. 106; cl. IOH. MERCATI, efferens fragm. III, 3, 4 ex Agobardo allatum, quod a latina nostra versione plurimum dissentit, ratus est hoc esse ex celtica primaeva relliquiam, nostram vero ex Afr. romana [quam opinionem et Wolfflin (*Arch. f. lat. Lexicogr.*, 1892, p. 126 sq.) protulerat] esse repetendam (*Nuovi sussidi per la critica del testo di s. Cipr.*, 1899). At difficultatibus pressus hypothesim ipse reiecit (*Studi di lett. bibl. e crist. antica*, 1901).

suis locis indicabimus; haec tamen hucusque non tanta erant ut integram versionem Ir. in Oriente factam demonstrarent: at, quum nuperrime D.[r] Ter Mekerttscian codicem *armenum* duos postremos libros [ex versione syriaca (?)] referentem detexerit, dubium consistere nequit.

Superest, ad hodiernum operis statum constituendum, ut de ipsius divisione quaedam attingamus. Quinque libros ipsum Ir. persaepe innuere iam diximus, nec est cur in hac distinctione asserenda immoremur: at, hanc praeter, nil est in opere quod librorum partitionis cuiuscumque vestigia prodat: tamen codices antiquissimos capitum distinctionem exhibuisse non unum est indicium. Profecto Procopius Gazaeus in suo *Comment.* in cap. III *Genes.* recitat *A. H.* III, 23, 5 tamquam ex capite 59 et 65; fragmentum II, XXIV, 1 syriace inducitur « ex tra« ctatu II, cap. 71 quod est caput 527 [sic] totius « libri ». Demum qualis sit partitio in capita apud omnes omnino codices nunc superstites ostendit Loofs, op. cit. p. 24–55, qui in illis optima adminicula invenit ad familias codicum constituendas. Quum autem hic doctor horum capitum inscriptiones fere ipsi Ir. non adscribat, easdemque satis ostendat saltem ab interprete adfixas (p. 61 sq.), nemo nos reprehenderit si illas pro posse in textu restituerimus prae antiquorum editorum partitionibus, ita tamen ut vulgatae et optimae Massuetii distinctionis rationem servaverimus.

2. Praeter quinque *A. H.* libros, his diebus edita est a D.re Mekerttscian armenica versio opusculi εἰς ἐπίδειξιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ad Marcianum fratrem,(1) syntheticam nempe fidei enarrationem atque ex V. T. demonstrationem exhibens, ab Ir. post confectum *Elenchum* adornatam. De hac saepe in adnotationibus sermo erit. — Aliorum complurium operum, fragmenta vel saltem memoria supersunt, quorum nomina damus.

3. Περὶ μοναρχίας ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν θεὸν ποιητὴν κακῶν ad Florinum, nondum (ut videtur) ab Ecclesia delapsum. Fragmentum refert Eusebius, V, 20, 4 (armenice Pitra, *Anal. sac.* II); huius momentum, ut innuimus, maximum est ad annum Ir. natalem statuendum. Quae Zahn (*Forsch.* IV, 306) apud Philast. *Haer.* 79 et August. *Adv. haer.* 66, ad hoc opus refert, dubia sunt.

4. Σπούδασμα περὶ ὀγδοάδος: fragm. ad scribas ap. Euseb. V, 20, 2. Argumentum operis est ogdoas Valentini; at contra Florinum scripsisse Ir. videtur. Huic operi praeterea adscribendum fragm. VIII ex gr. (25 syr.) relatum a Leontio *C. Nestor.* I, 23, quod in Cat. Seirae in *Octat.* cuidam operi κατὰ Βαλεντίνου decernitur.

5. Περὶ σχίσματος ad Blastum Romanum presbyterum, quem Eusebius secus Florinum nominat (V, 20,

(1) De huius opellae momento cfr. commentariolum nostrum in *Rivista storico-critica d. sc. teolog.*, 1907 [2]. Textus cum versione germanica exstat in collectione Lipsiensi: *Texte u. Unt.* XXXI, 1 (1907).

1; cfr. et. 15), Pseudo-Tertullianus primis quartodecimanis adscribit (*Haer.* XXII), Pacianus vero ortu Graecum ac montanistam fuisse refert (cfr. Zahn, l. c.). Huius tractatus fragmenta certa nulla supersunt; consonum tamen est rei propositae armenum VIII (apud Pitra, p. 34).

6. Ad Victorem Rom. Pont. Ir. quaedam scripsisse dubium esse nequit; fragmenta enim perspicua supersunt graece duo (nn. 3 et 4 distincta), quorum unum refert Euseb. *H. E.* V, 24, alterum, brevem sententiam referens, a Maximo Confess. serm. VII *de eleemos.* adducitur; ex syriacis autem XXVIII huc refertur. Verum disputant critici num una fuerit an plures epistolae: Zahn primum tenet, Maximi (renuentis tamen) testimonio fretus; Harnack alterum, non tam Hieronymi auctoritate (*Vir. ill.* 35) aut Photii (cod. 120) confidens, quam ex ipsa rerum pertractatarum serie arguens: haud facile enim suadetur Ir. tam grave argumentum quale erant Florini haeretici in christifideles damna (fragm. syr. 28) tantum per transennam tetigisse in eadem epistola qua pacis auctor efficiebatur episcopis orientis et occidentis de Pascha acriter dissentientibus. Fragmento graec. III, addenda est etiam allegatio quam auctor *Resp. quaest. 115 ad Orthod.* facit cuiusdam Ir. Περὶ τοῦ Πάσχα λόγος; nisi malueris dicere huiusmodi allegationem falsam esse ac sententiam desumptam ex Tertulliani libro *de oratione*, ubi prostat.

7. Eusebius meminit, quod initio dedimus, complures epistolas ab Ir. ad orientis episcopos missas in controversiam de Paschate (V, xxiv, 18). Ex his videtur esse fragm. syr. 26 (in ed. Pitra, alias 27) ad virum quemdam Ecclesiae Alexandrinae in quo ostendit aequum esse Pascha celebrare dominico die.[1]

8. Πρὸς Ἕλληνας λόγος συντομώτατος καὶ εἰς τὰ μάλιστα ἀναγκαιότατος περὶ ἐπιστήμης ἐπιγεγράμμενος Ir. tribuitur ab Eusebio, V, 26; ubi nulla est ratio qua assentire possimus Hieronymo « Contra gentes vo« lumen breve » ab eo quod est « de disciplina, « *aliud* » dicenti, qui falsus fortasse fuit ex lectione εἷς (unum) pro εἰς Ex hoc tamen sermone ad Graecos de disciplina nihil superest.

9. Βιβλίον διαλέξεων διαφόρων Eusebius nominat (V, 26) qui a Rufino «dialogi de diversis» redditur, a Hieronymo « variorum tractatus », a Sophronio vero rectius βίβλιον ποικίλων ὁμιλίων dicitur (Zahn, l. c.). Fragmenta huic adscribenda sunt praesertim ex graecis IX (X); XI (XII), ex syriacis XXIX ac XXXII, ex armenis II, quod inducitur « ex II serie « homiliarum S. Irenaei Apostolorum successoris ».[2]

10. Πρὸς Δημήτριον διάκονον Βιαίνης περὶ πίστεως λόγος cuius prostant fragmenta duo graeca, primum ex Maximo Conf. [cfr. Migne, *P. G.* VII, 1232],

(1) Hucusque ordinem chronologicum servavimus. Quae exinde damus incertis temporibus prodierunt.

(2) Quae sequuntur nullo Eusebii testimonio gaudent.

alterum ex cod. Miscell. Paris. 854, fol. 132 primus *graece* dedit Pitra (*Anal. sac.* II, 202). Huc adscribenda essent etiam fragm. syr. 30-31; nisi quod huic simillima in Curetonii *Spicileg. syr.* ex aliis codicibus cuidam operi Melitonis περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων (cfr. Euseb. IV, 26, 2) adiudicentur; ideoque res in incertum pendet.

11. Περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀγέννητον τὴν ὕλην ex quo fragmentum XXXIV excerptum est a Pitra locupletius editum (*Anal. sac.* II, 203): id authenticum facile ostenditur ex collatione cum *A. H.* lib. II.

12. « Ex primo (capite?) commentarii ad Can« ticum » inducitur fragm. 26 ex syriacis, in quo agitur de hominis natura: inter dubia est accensendum.

13-15. Idem a fortiori dicendum de commentariis ad *Genesim* quorum mentio occurrit in cod. Pathm. ρθ′ saec. x [Pitra, *Anal. sac.* II, 205]; fragm. V, 12, 2; II, 350; de libro περὶ τῆς ἁγίας τριάδος quem indicant cod. Coislin. 276, f. 138, cod. Hieros. S. Sepulchri 15, f. 204; de tractatu in historiam Elcanae et Samuelis (cod. Mus. Br. Syr. 12157, f. 198; cfr. Harvey, II, 507), ex quibus nec certum fragmentum nec memoria ad nos aliunde pervenit. (1)

16-18. Iren. etiam tribuitur tractatus Περὶ τοῦ παντὸς [αἰτίας] a Photio (cod. 48), sed quum frag-

(1) Cfr. Holl, *Fragmente vornicaenischer Kirchenväter aus Sacra Parallela*, Leipzig, 1899, p. 83.

mentum (ex graec. XII) ad hoc opus fortasse pertinens integre reperiatur in omonymo Hippolyti libro, Ir. abiudicandum videtur. Item nonnisi ex coniectura suspicari quis potest epistolam Ecclesiae Lugdunensis de suis anno 177-178 martyribus ab Ir. exaratam fuisse, eo quod prorsus similia Oecumenius ex quodam Ir. Περὶ τοῦ Σάγκτου καὶ Βλανδίνης (Βιβλίας?) scripto referat. Demum Ir. etiam scripsisse κατὰ τῆς τῶν μιαρῶν Ὀφιτῶν αἱρεσιαρχίας auctor est unus Anastasius Sinaita (lib. X *in Exaem.*) qui etiam perspicuum fragmentum inde affert (ex graec. XIV). Huius authentiae causa cum praefato Comm. in *Genesim* mihi communis videtur: equidem assentiendum non est cl. Harnack illud gnostico Apelli fere non adscribenti!

19-20. Tantum verbulum addendum est de Commentario in *Apocalypsim* quem in ms. Altoburgiensi detectum Martène et Durand Ir. adscripserunt. Omnes enim critici non posse Ir. foetum esse asserunt, quippe in quo Arii, Ambrosii et Augustini saepe mentio fiat. Alium autem commentarium in *Apocal.* scripsisse Ir. utique probari potest. Item post absolutissimam Harnackii dissertationem[1] nullum superest dubium, fragmenta quattuor a Tubingensi Pfaff a. 1715 evulgata ex innominatis codicibus Taurinensibus (frag. graec. 39-42) (quorum tamen genuinitas pluribus doctis viris suaderi non potuerat) nihil esse

(1) *Die Irenaeus Fragm. als Pfaff's Falschungen untersucht*, 1899.

praeter centonem quemdam ex Ir. locis a Pfaff concinnatum ut sanctum episcopum castris pietistarum adscriberet. Sufficiat, quod nonnulla σφάλματα typographica falsarius ad hilum exscripserit, v. g. ex Halloix ἐκκαλοῦμεν pro ἐπικαλοῦμεν.

III.

Momentum operis Irenaei.

I. — Quoad S. Scripturam.

Primum occurrit definiendus index librorum sacrorum quibus Noster utitur: hos ostendit enumeratio locorum qui ab eo recitantur,(1) nempe ex *Gen.* 80; *Ex.* 53; *Lev.* 3; *Num.* 11; *Deut.* 30; Iosue 5; *Iudic.* 1; *Reg.* I, 7; II, 3; III, 14; IV, 3; *Psalm.* 101; *Prov.* 9; Isa. 119; Ier. 37 (bis ex *Threnis*); Ezech. 11; Dan. 26; Ose. 9; Ioel. 4; Amos 4; Ion. 5; Mich. 3; Hab. 4; Zachar. 7; Mal. 6; Bar. sub nomine Ierem. saltem bis affertur (cfr. V, 35, 1); de *Sap.* plura in libro Διαλέξεων, ubi et de epist. *ad Hebr.* scripsisse tradit Eusebius (*H. E.* V. 2, 6); ex eadem parvam tantum sententiam (VI, 19) in IV, 38, 3 Noster allegat. Ex Dan. XIII quattuor vers. (cfr. IV, 26, 3) et ex c. XIV tres (IV, 5, 2) *historiam Susannae* et

(1) Additis locis ex Εἰς ἐπίδειξιν his quae ab Harvey, II, 513 sqq. enumerantur.

Belis cum Dracone referentes recitantur. Tobiam tantum nominat in canone prophetarum a Sethianis confecto (I, 30, 11), ubi etiam Aggaei, Nahum, Sophoniae nomina semel in toto opere occurrunt. At in opere Εἰς ἐπίδ. Dodekapropheton bis nominat. Nulla omnino mentio fit *Esth.*, *Paralip.*, *Eccl.*, *Cant.* [cfr. tamen sup. n. 12], Iob, Abd. et Machab. Esrae IV agnovisse fortasse ex comparatione III, 21 cum Esr. IV, 14 potest erui, at in canonem recepisse neutiquam.

Quattuor Evang. classico loco (III, 1, 1) suis singulis auctoribus tribuit ac insuper ad illa c. 626 ies provocat; ad *Acta* vero 53; *Epp.* Pauli (dempta quae ad Philem. est) non minus quam 266 ies, at de *Hebr.* paucas et anonymas sententias affert (cfr. II, 30, 9; IV, 11, 4), ex quo veri simile fit, quod ex Stephano Gobaro refert Photius (bibl. 232) hanc epistolam Paulo abiudicasse Ir. Item II Pet. Iac. Iud. semel vel iterum sententias imitatur, at nullum est certum indicium eas Nostrum agnovisse (cfr. v. g. IV, 16, 2; Iac. II, 23): e contraris tum I, tum II Ioan. (non ita III), tum *Apoc.* Ioanni Apostolo perspicuis verbis tribuit. Ex *Pastore* Hermae quaedam attingens (*Mand.* I, 1; XI, 3; *Sim.* IX, 12, 8; cfr. resp. *A. H.* I, 21, 1; 13, 3; II, 30, 9), *Mand.* II, 1, inducit formula ἡ γραφὴ λεγοῦσα (cfr. *Bibl.* ser. I, vol. IV, p. 17).

Quoad V. Testamenti historiam nullum Ir. est dubium conscriptos esse singulos libros ab auct.

quorum nomina referunt: censet eorum litteram, tempore captivitatis depravatam, regnante Artaxerse ab Esra sub Dei inspiratione coordinatam esse (ἀνατάξασθαι, III, 21, 2). Cum Aristobulo (ap. Euseb. *Praep.* XIII, 12, 2), Philone (*Vit. Moys.* II, 5), Iosepho Fl. (*Ant.* I, prooem. 3 et al.), Iustino (*Apol.* I, 31; *Dial.* 68, 71), ex litteris ps. Aristaei asserit Ptolomaeo Lagide auctore († 285 a. C.) LXX seniores Scripturas graece interpretatos esse; at nulla fulcitur nobis cognita auctoritate quum addit: illos separatos ad invicem eamdem interpretationem dedisse. Hanc igitur inspiratam LXX versionem Ir. fere unicam sequitur (cfr. et lat. Isa. 46, 9; 48, 22 ⟨*A. H.* I, 5, 4; 16, 3⟩; Dan. XII, 9 ⟨I, 19, 2⟩) hancque prae textu hebraico extollit, atque ex ea Aquilae et Theodotionis tunc recentes interpretationes coarguit (III, 21). Verum haud diffitemur saepe a textu hodierno huius versionis discedere Ir.: cuius rei haud minimae partes codicibus, quibus ille usus est nos vero caremus, sunt faciendae: liquet ergo quam studiosa manu sint colligendae. (Praecipuas indicat SWETE, *Introd.* p. 416 sq.). Cfr. v. g. quomodo apud Iren. (et Iustin. *c. Tryph.*) referatur Ier. XLII, 11 (*A. H.* V, 31, 1; III, 20, 4; IV, 22, 1; 33, 12).

De N. autem Test. historia,(1) praeter ea quae universim de canone adnotavimus, maximi sunt

(1) Cfr. CAMERLIJNCK, *St. Irénée et le Canon du Nouveau Testament*, Louvain, 1906.

facienda quae Ir. de aetate evangeliorum tradit (III, 1, 1) ac prae omnibus testimonium de Ioanne apostolo Evangelii, epistolarum et *Apocalypsis* auctore. Quae cum omnibus sint comperta, tantum reliquum est ut eorumdem vim paucis expendamus, quin tamen gravissimam quaestionem Ioanneam, quam vocant, denuo exagitandam, artem criticam quod attinet, assumamus. (1)

Igitur, quum Ir. testimonium nullum ambiguitati locum praebere possit, ad id tantum quaestio redit ut constituantur fontes ex quibus sua hauserit Ir. atque quanta sit hisce fontibus fides tribuenda ostendatur. Ir. enim, quum sua exscriberet, non minus quam LXX annorum intervallo a Ioannis aetate distabat, quo nempe tempore tunc utique potuisset genuina historica traditio fabulis infici. Profecto, quae docet Ir. se accepisse gloriatur a continuata serie testium ad Domini tempora usque pertingente. At quidem ab his etiam fontibus complura acceperat quae utique fidem exsuperant, ut ea quae de chiliastica vinea [V, 33, 3], de longaevitate Christi [II, 22, 5] etc. tradit. Ceterum notissimum est quantas fabulas v. g. Papias (unus ex his testibus et fortasse praecipuus) ut sermones Domini venditaret [cfr.

(1) Cfr. GWATKIN, *Irenaeus on the fourth Gospel* in *Contemp. Rev.* 1897, 221; LABOURT, *De la valeur du témoignage de St. Irénée dans la question johannine* in *Revue bibl.* 1898, p. 59 sqq.: CORSSEN in *Zeitschr. f. kath. Theol.* 1903; GUTJAHR, *Die Glaubwürdigkeit des Zeugnisse Irenaeus über dem IV Evang.* 1904 et alia ibidem allegata.

Bibl. ser. I, v. V², p. 15]. Accedit praeterea ipsum Ir. non semper omnia exacte referre quae noverat, v. g. quum, Eusebio teste, Papias sese Ioannis non apostoli, sed presbyteri Ioannis auditoris, discipulum faciat, Ir. [V, 33] rotunde Papiam apostoli auditorem vocat. Cur igitur non in idem erroris incidat, dum eumdem Ioannem Evangelii etc. auctorem dicit?

Haec sunt praecipua quae contra ἀξιοπιστίαν Ir. hac super re critici opponunt: at, saltem, non invicte. In primis equidem nulla ratio est cur series presbyterorum ab Ir. tradita ad *unum* Papiam revertere debeat. Maximum profecto negotium haec opponentibus facessunt, qui, nec sane pauci, id vindicant, nemini magis quam Polycarpo traditionem de Ioanne Ir. acceptam referre: qui nempe Smyrnensis episcopus, Scripturae consonans « multa – audiente Irenaeo – enarrabat ex « familiari consuetudine cum Ioanne ac reliquis « qui Dominum viderant, quaeque de Domino ex « ipsis audiverant, de miraculis illius ac de doctrina, « quae ab his qui Verbum vitae ipsi conspexerant « acceperat » [ep. ad Flor.]; atque princeps erat ex illis « qui in Asia apud Ioannem discipulum « Domini convenirent, permanente apostolo cum « eis usque ad Traiani tempora » (II, 22, 5).

Nec desunt qui praeclaram illam pericopen III, 1, 1, ubi tam multa paucis Ir. perstringit de quattuor evangeliorum origine, quaeque ipsa sua conci-

sione ac perspicuitate formulam innuit doctrinae extra controversiam positae, directe Polycarpo tribuant. Ceterum attende non ab omnibus profecto hodie doceri Papiam Ioannem presbyterum ab apostolo alium indigitasse (cfr. *Bibl.* l. c.): nec demum ullum esse qui firmiter tradere possit Papiam hunc ipsum presbyterum ut IV Evangelii auctorem prodidisse. Quibus positis satis colligitur testimonium Ir. fabulis illis, quas commemoravimus, neutiquam accenseri posse, saltem donec *aliunde* falsitas invictis argumentis extra controversiam ponatur.

Verum et verbum faciendum est de his ipsis falsis traditionibus quae ea tempestate, in Asia praesertim, genuinis immixtae sunt. Nec mirum: id enim in vulgi ingenio esse videtur, illustriora gesta ac nomina, vix quum apparuerint plurimis ornare fictionibus; neque de hac ipsa lege exemptam ipsam Christi ac primaevae christianitatis historiam norunt omnes, qui in apocrypham litteraturam, quae ante Irenaei tempora floruit, incumbunt. Haec utique et Ir. noster audivit, sicut et alii ante et post eum Patres, nec secus ac illi, quaedam huiusmodi suis operibus inseruit, ita tamen ut eadem a genuina Scripturarum praedicatione scite discerneret, ipsis etiam formulis relatis quibus assensui modus poneretur [cfr. V, 33, 4: « et adiecit dicens: Haec autem credibilia sunt « credentibus »]. Ceterum nonnisi parca manu er-

rores ex tam ubere copia selegit: Papiam enim nonnisi *semel* affert ad confirmandam narrationem de chiliastica vinea [V, 33, 3]; ex reliquis presbyteris nonnisi *unum*, quod teneri non possit, sibi assumit, i. e. Christum saltem XL annum attigisse, et hoc magis ex praepostera interpretatione Io. VIII, 57, quam ex illorum testimonio asserere videtur. At horum tantum caussa, pretiosissima quaeque ab eo relata vilipendere iniquum certe censebitur.

Superest igitur ad hanc tractationem absolvendam ut de textu N. T. quem legerit Ir. verbum addamus. Non omnibus numeris probari potest opinio Massuetii differentias huius textus ab hodierno, Ir. potius et interpreti, quam codicibus adscribentis; obstant enim frequentes apud Nostrum disputationes de genuina forma ac sensu minimorum etiam verborum [cfr. v. g. III, 7, 8, 12; V, 30, 1, etc.] et satis comperta interpretis fides. Manet ergo, quam iam de V. T. diximus, varietas codicis: qui tamen omnino non videtur intercidisse: si enim textum graecum, qui vetustae Italae versioni subest, simul cum eo qui a syriaca, praesertim Sinaitica et Curetoniana proditur, conferamus, Ir. littera haud procul iacebit.[1]

(1) Cl. SANDAY initum « Irenaei Novum Testamentum » nondum absolvit. Plura percipere est apud BURKITT, *Evangelion Da Mepharreshe*, 1905 (cfr. v. g. Io. I, 13; Matth. XXVIII, 19, Matth. et Luc. geneal. cum locis Iren. conlata): alia apud ipsum SANDAY, *The Old Itala*.

Neque his absolvuntur pretiosissima illa, quae ad S. Scripturam inlustrandam confert Ir.: nam et ars *exegetica* multum inde iuvari potest. Ir. equidem primus esse videtur ex Patribus, qui relationes U. T. profunde enodaverit, et momentum V. L. quoad Christi revelationem rite sit assequutus: quam scl. Legem non ut Marcion ac quidam etiam ex catholicis despexit, sed prout « thesaurum absconditum in agro, *cruce vero Christi* « revelatum » veneratus, et sedulo perscrutatus est [cfr. tot. lib. IV]. Ac mirum est qua praecellenti ratione totam mundi historiam veluti uno ictu exhibeat dum omnes gentes ac aetates in populo iudaico recapitulans, veluti aptissimos gradus a lapsu primaevo ad Christi crucem describit [cfr. v. g. IV, 11-16]. Nec minori perspicacia harmoniam Evv. ac omnium N. T. partium assequutus est ac contra Marcionitas, Lucae tantum ac Pauli scripta servantes, aliosque Gnosticos strenue vindicavit (cfr. III, 11-12), in quo labore neutiquam, quod quibusdam scriptoribus placuit, eorum indolem ac praesertim Pauli perperam intellexit, vel etiam despexit.[1] Etenim, ut de Paulo tantum loquamur, nulla sententiarum oppositione hunc ab Ir. discindi, acatholici etiam critici vindicarunt, qui immo in eo toti sunt ut

(1) WERNER, *Der Paulinismus Irenaei*, 1889; in prima parte tamen perutile opus. Cfr. JÜLICHER [*Theol. Litz.* 1890]; BONWETSCH [*Theol. Litbl.* 1891].

integram theologiam Ir. cum doctrina Pauli de recapitulatis omnibus in Adami et Christi antithesi arcte connectant. Quo etiam patet quanti sint facienda quae passim efferuntur Ir. minus recte sensisse de auctoritate Apostoli, hancque ne semel quidem ut Scripturam attulisse.

II. — Quoad historiam litter. christianae.

A) Catholicae.

Paucis quidem haec tractatio absolvi potest; Ir. enim tantum obiter quaedam in rem commemorat, dum Gnosticorum commenta refellere satagit. Praecipua tradit de *Evangeliis apocryphis* [gener. III, 11, 9; Ev. infantiae, I, 30, 14; Ebionit. I, 26, 2; III, 11, 7]; de I Clem. *ad Cor.* (III, 3, 3); de *Pastore* Herm. (cfr. supr.) qui primus ab eo recitatur; de *Dictis* Presbyteror. [cfr. Harnack, *Patrum Apost. Opp.* II]; de *Exeg. serm. Dni* Papiae [V, 33, 3 sq.]; de *Epist.* et mart. Polycarpi [III, 3, 4]; de *Ep.* Ignatii *ad Rom.*; de Iustini *Apolog.* [III, 2, 3; 4, 2; II, 31, 1; IV, 6, 2; 37, 6, et *Dial. c. Triph.* IV, 34, 4 et alia apud Otto, *Corpus Apolog.* tom. I, pars II, p. 601]. His enumeratis tantum addendum est verbulum de duobus *Syntagmatibus*, quorum alterum Iustinus (*Apol.* I, 26) κατὰ τῶν πασῶν γεγενημένων αἱρέσεων scripsisse fatetur (a criticis aliud existimatum a *Synt.*

contra Marcionem, cuius Ir. quaedam servat IV, 6, 2 ; V, 26, 1), alterum Photius [*Bibl.* 121] meminit ab Hippolyto conscriptum *contra 28 haereses* a Dositheo ad Noëtum decurrentes. Illud enim ex Iustino Ir. descripsisse, hoc vero ab Ir. Hippolytum partim desumpsisse nonnulli critici putant.

Missam facimus diuturnam controversiam quae hac super re inter Lipsium, Harnack, Hilgenfeld et Kunze exarsit.(1) Constat tamen hodie tum *A. H.* I, cap. XI, tum cc. XXII-XXX cardinem esse in quo horum operum restituendorum spes consistat. Si quis enim integrum librum primum Ir. percurrerit, statim animadvertet quam profunde haec capita a reliquis dissentiant. Dum enim Marci et Ptolemaei commenta late et dogmatice, ut ita dicam, in istis exponuntur, in illis Ir. sua documenta rigide perstringit ac in schemata fere adducit; praeterea stylum, rationem describendi etc. omnino immutata critici deprehendunt.

Verum, quidquid sit de hac controversia decernendum, haec, ut nuperrime ostensum est, id optimi attulit ut Irenaeici operis genesim quadantenus aperiret. Compluribus quippe criticis probabile est Ir., antequam suo maiori operi manum admoveret, iam multa edidisse privatim circa Gnosticos, quae Hippolytus eius discipulus, in suo

(1) Cfr. controversiae enarrationem apud De Faye, *Introduction à l'histoire du Gnosticisme* in *Revue d'histoire des religions*, 1902–1903.

primo Syntagmate, post multum temporis exscripserit, haecque plus minusve cum praedictis capitibus (quae apud criticos Ir. *Catalogum* audiunt) consensisse, auctis ex illis, quae de huiusmodi Syntagmate pseudo-Tertullianum (*Adv. haer.*; *Corpus Script. Lat.* XLVII), Philastrium (*de haer.*), Epiphanium sumpsisse constat. Haec etiam hypothesis iuvatur testimonio Photii qui l. c. totidem verbis scribit: Μαθητὴς δὲ Εἰρηναίου ὁ Ἱππόλυθος, ἧ δὲ τὸ σύνταγμα ... διαλαμβάνων, ταύτας δέ φησι ἐλέγχους ὑποβλῆθειν ὁμιλοῦντος Εἰρηναίου. Aucta exinde sua de Gnosticis scientia uterque maiora molitus est: Ir. nempe Ἔλεγχον, Hippolytus vero *Refutationem*. Igitur hae partes et haec tempora in I. libri adstructione distingui possunt: 1) Compositus Catalogus (cap. XI et XXII-XXVII). 2. Auctus huiusmodi Catalogus ex documentis Ophiticis de quibus mox (cap. XXIX-XXXI). 3. Marci (XI-XIV) et Ptolemaei (I-VIII) systemata investigata, enarrata, breviterque perstricta (cap. IX-X; cap. XIV-XX).

Hinc etiam ratio redditur cur, etsi primus liber totus impendendus esset enarrationi, saepe tamen refutatio (separatis partibus iam adhaerens) locum occupet. Caeteros autem libros, quibusdam paucis exceptis, ex integro confectos esse progrediente tempore, non est dubium.

B) Gnosticae.

Quam uberrimam segetem praebeat Ir. ad litteraturam historiamque Gnosticorum cognoscendam, inde solum percipere licet, quod ipsius opus primum sit ex illis quae, a Patribus conscripta praecise contra eorum errores, usque ad nos pervenerint; atque fere omnes insequentis aetatis Patres ab Ir. suas de Gnosticis cognitiones magna ex parte desumpserint. Eadem ipsa quae mox delibavimus huc quoque faciunt.

Siquidem Ir. nonnisi post diuturna ac profunda in haereticorum quos oppugnat gesta et scripta, impensa studia, opus hoc aggressus est. Post enim ea, quae Hippoltyus in suo Syntagmate, ut diximus, servavit, ab Ir. primum professa, hic coepit, ut fatetur (I praef.), in eosdem errores altius inquirere, cum haereticis etiam pedem conferens, et ita multa ad novum opus parare, quae apte critici in quattuor classes distribuunt. Profert enim Ir. de Gnosticis:

a) quae ipse viderat dum pastoris munus obiret;

b) quae audiverat, tum a presbyteris, tum a non paucis Gnosticis, quos ad ovile reduxit;

c) quae attente perlegerat commentaria haereticorum quamplurima;

d) quae antecessores sui de Gnosticorum doctrina gestisque narraverant.

Imprimis notanda sunt quae tertio loco dedimus. Inquirendum est scl. quaenam haereticorum opera Ir. legerit, et quid ex illis in suum retulerit opus.

Iam a cap. I ad IX « eorum qui sunt circa « Ptolemaeum », compendiose quidem sententia exhibetur, verum, praesertim quae spectant ad Scripturarum interpretationem, « persaepe ipsae appo- « nuntur eorum dictiones » (παρεθέμην αὐτῶν τὰς λέξεις [I, 9, 1]). Id etiam confirmant paralleli loci qui saepe in Ir. exscribente bis eamdem sententiam occurrunt. Ex quo autem opere sint desumptae admodum non claret. Attamen eisdem subesse inter alia videntur, quae iam commemoratus erat, commentaria Ptolemaei in genere, ac praesertim expositio in Prologum Ioannis (quae I, 8, 5, ad verbum refertur): his tamen alios Valentiniani generis, saepe doctrina dissentientes, fontes interserit. Marci libros c. XIV-XV 4, XVIII-XIX et Marcosiorum c. XVI et XVII excerptos ac contractos esse constat, quin moremur complurimas illas afferentes formulas quae ex eorum rituali c. XIV et XXI referuntur. Etiam ex *Antithesibus* Marcionis, quas pervulgatas postea fecit Tertullianus, fragmenta quaedam c. I, 27, 3 et III, 12, 12 servantur. De Valentino ipso complura prodit, non quidem ex scriptis illius, sed ex quodam romano authentico fonte, nobis quoque in summo pretio habendo. At, praeter hos certos

locos, adhuc alios superesse investigandos luculentissimum quod afferemus ex scriptis Barbeliotarum exemplum ostendet. Quae enim I, 29 illorum sententiae referuntur, nullo operum facto nomine, fere totidem verbis ex scriptis haereticorum quos arguit, ac praesertim ex Evangelio Mariae desumptas esse, nuperrime compertum est. Unde non procul a vero abest suspicio etiam aliorum quas refert doctrinas ex certis documentis saltem secunda manu descripsisse Ir. Quod si verum sit, mirum qua mole augerentur ex hoc opere testimonia Gnosticorum: horum enim saltem meminit praeterea Irenaeus: Simonis Magi (I, 23 et passim), Menandri (I, 23, 5), Cerinthi (I, 26, 1; III, 3, 4; 11, 1), Nicolaitarum (I, 26, 3; III, 11, 1), Ebionitarum (I, 26, 2; III, 11, 7; cfr. III, 15, 1; 21, 1; IV, 33, 4; V, 1, 3), Satornili ex documentis certis (I, 24, 1; 28 1); II, 28, 6; 31, 1), Basilidis (I, 24, 3; 28, 2; II, 2-3; 13, 8; 16, 2-4; 31, 1; 35, 1; III, 2, 1; (16, 1); IV, 6, 4), Heracleonis (I, 11, 3 (?); II, 5), Carpocratis (I, 25; (26, 2; 28, 2); II, 31, 1; 32, 5), cuius etiam συγγράμματα et incantationes prodit; Ophitarum, Cainitarum et Sethianorum (I, 30-31), Cerdonis (I, 28); qui omnes tractus saltem lucem affundunt ad eorum historiam et doctrinas cognoscendas.

Qualis autem ratio fuerit Ir. afferendi Gnosticorum scripta ac sententias, hodie ex indu-

bitato patet exemplo. Nam, quod ante nostram aetatem vanum erat exspectasse, alterum ex gnosticis operibus, quae ante Ir. exarata sunt, denuo in lucem prodidit curantibus Reinhardt et Schmidt, qui illud ex coptico quodam papyro transcribendum susceperunt. Est nempe Evangelium Mariae (alias Apocryphum Ioannis), cuius quosdam locos in latinum versos Ir. verbis in textu subneximus (cfr. I, cap. XXIX).

Quibus utique perlectis patet quonam iusto pretio sint aestimanda quae Ir. ex Gnosticis prodit. Qui nempe eorum prolixas enarrationes, breviter quidem contrahit, at perquam fideliter, ita ut nullum fere verbum proferat quod in eorum scriptis non habeatur. Sunt ideo quae ab eo suppeditantur optimae notae elementa ad historiam gnoseos restituendam.

Non ita tamen ut Ir. unice, in hoc negotio, fidere debeamus, quasi nempe in opere illius *absoluta* historia gnosticismi describatur. Id enim nec ipse s. episcopus in mente habuit: qui praesens tantum ovium suarum bonum intendens, ea tantum innuit quae ad haereticorum sui temporis commenta elucidanda ac refellenda inserviebant. Quod, ut efficiat:

a) permulta miscet ex diversis fontibus petita ut magis integre doctrina eorum percipiatur: sedulo igitur discernenda sunt singula ac suis quaeque auctoribus tribuenda: ita v. g. systema

Ptolemaei, qui c. I-VIII describitur, ex duplici vel etiam triplici documentorum serie compactum deprehenditur;

b) ordinem temporis quo haereses processerunt, ad unguem non servat, ac ita fit, ut non bene percipiatur in opere Ir. quo ligamine inter se haereticorum commenta nectantur nec quae fuerit primaeva, quae recentior imago systematis: igitur, singulis quaeque suis auctoribus adiudicatis, arte critica sunt fragmenta in diversas aetates quibus prodierunt distribuenda;

c) demum Ir. mens fuit tantum exteriorem systematis faciem fideliter describere, quin eidem cura intimas opinionum radices perscrutari, ac psychologicas, quae dicuntur, rationes nexusque percipere per quas ad haec commenta auctores pervenerint. Quo fit ut, accedente etiam veteris interpretis incuria ac sermone barbaro nimis, arida persaepe, absurditate fastidioque plena ea videantur, quae intimius perscrutata, cum aetatis ac hominum ingenio collata, naturali quadam necessitate effluere, sublimisque cuiusdam philosophiae et poëseos culmina attingere videntur. Ad hoc negotium sedula sunt manu colligenda quae apud alios auctores, Alexandrinos praesertim, horum commentorum concives, de gnosi ac Gnosticis traduntur, ex quibus saltem criterium desumi potest ad rectam horum quae ab Ir. traduntur interpretationem. En qua ratione optima elementa

ab Ir. suppeditata, tractanda sunt, ut operi simul et historiae fides servetur.


Verum, ne ex saepe repetitis longius commentarius producatur, pretium censemus operis si praecipua, quae huius artis ope relata sunt, veluti in indicem et conspectum exhibeamus.

Gnosis christiana (nam de ea tantum Ir. res est) ex triplici fonte ducta simul videtur, semitico, hellenico et christiano. Hellenica seu platonica est notio abstractissima Dei, qua omnino difficilis conceptu fit quaevis huius Dei cum mundo habitudo: item, exinde praecipue recipienda videtur notio huius adspectabilis mundi *vacui* et fluxi tamquam imperfectae imaginis mundi superioris, idealis, vita ac spiritu *pleni* (κήνωμα-πλήρωμα). Semitici generis est conceptus entium Deum inter et homines mediorum (archangeli, angeli, patriarchae, etc.) quae, iuxta gnosim, Aeonum vel Archonton nomine donata, mundi superioris Pleroma inhabitant. Christiana demum religio lapsus, redemptionis et salutis notiones suppeditat, ac etiam, magna ex parte, apparatum externum doctrinae technicamque phraseologiam. Verum haec singula non ita cuiusque partis *propria* ut exinde unice deriventur; sed potius in illa peculiari temporum ac animorum conditione quae sub Christi tempus facta est (quaeque multo magis quam Valentinus, Simon vel etiam Philo gnosim peperit) eclectice *permixta* inveniantur. Huius

conditionis index praecipuus quidam aristocraticus mysticismus – ut aiunt – seu despectio rerum sensibilium, ac studium invisibilium, intellectualium, spiritualium bonorum quae scl. non omnibus pervia essent, immo nec cognita, sed conlegio cuidam electorum propria et separata: ita tamen ut qui illa adeptus esset, iam ab omnibus legibus carnis et naturae liberatus, ac salutis inamissibilis omnino compos aestimaretur: unde haud infrequens morum nefanda perditio.

Ex quo iam praecipua capita doctrinae gnosticae intelligere est. Dei invisibilis exsistentia admittitur, operatio vero tota Aeonibus concreditur, quorum series gradatim ad hominem per fabricationem ac gubernationem descendit, immo et ad terrena ac materialia deprimitur, a quibus tamen, ut a malis, homo gradatim sese extollere debet usquedum in Pleroma, a quo est, demum admittatur. Verum in his doctrinis pressius describendis, quod ad habitudinem Pleromatis cum mundanis, ad Aeonum series, origines et casus, et praesertim ad theoriam incarnationis et redemptionis spectat, multifariam dissentiunt scholae gnosticae. Harum historiam cum Ir. descripturis, praestat inde a limine veluti conspectum exhibere, in quo pateat locus ubi reponenda sint quae ab Ir. desumimus.

SCHOLAE GNOSTICAE QUAE ANTE IR. TEMPORA FLORUERE



Ex his omnibus, nostra maxime interest systematis et scholae Valentinianae genesis et historia. Valentinus quidem acuti intellectus, fervidae phantasiae at etiam christiani sensus vir apud Cle-

mentem Al. perhibetur. Illius mentem duplex quaestio exagitasse videtur: quaenam videlicet mali esset origo, quique exinde ad Deum ascensus pateret. Noverat sane quidquid veri bonique in creatis rebus esset a Deo esse, at etiam Deum a rebus humanis maxime remotum compererat. Insuper, unde haec quae nec vera nec bona in rerum natura sunt? Quod si horum caussa discordia in Deo sit cogitanda, qui huius fontes, qui exitus, quae reparatio?

Quid autem ex his assidue cogitatis vir ipse deduxerit, prorsus latet.[1] Ir. enim ipsius scripta non videtur legisse nec sententiam plene assequutus; aliunde nihil traditum est: fragmenta apud Clementem animum quidem doctoris ostendunt, doctrinas non ita; discipulorum sententias late cognoscimus, verum certum est et ab ipsis Patribus saepe inculcatum plura hos addidisse placitis magistri. Doctrinae Valentinianorum autem ad duplicem seriem redeunt per quattuor fontes notam: systema italicum seu scholae Ptolemaei, ab Irenaeo traditum; systema orientale quod diversimode exponitur ab Hippolyto in *Philosophumenis*, et a Clemente Al. in *Excerptis ex Theodoto*. His omnibus antiquior est expositio quae in syntagmate Hip-

(1) Cfr. HEINRICI, *Die Valentin. Gnosis* usw., Berlin, 1871; SCHMITT, *Die Gnosis der Altertums*, Leipzig; DE FAYE, *Introduction à l'étude du Gnosticisme*, Paris, 1903 vel BUONAIUTI, *Lo Gnosticismo*, Roma, 1907, p. 162 sqq., aliaque in his operibus allegata.

polyti tradebatur, quaeque restitui potest, ut diximus, ex ps. Tertulliano (*Adv. haeres.* 18); ex Philastrio et Epiphanio: verum haec non multa addunt his quae ex Ir. novimus: nihilque praeter XXX Aeones et pauca de Christo tradunt. His autem redeunt et alia: v. g. in Ir. expositionem quadrant pauca quae de epist. Ptolem. ad Floram deque commentariis Heracleonis deduci possunt: in Hippolytum et Epiphanium vero plura quae de copticis scriptis hactenus publicatis a Schmidt (Lipsiae, 1905), eruuntur. Ex hac autem documentorum farragine non parvi est negotii, componendo (ut aiunt) et dividendo, substratum commune depromere quod cunctis subsit, quodque, si non ipsum sit, certe Valentiniano systemati propius accedit. Huius igitur schema sic accipe.

Triplex fingitur mundus, seu potius mundi sese evolventis facies: perfectus seu Pleroma, medius seu Mesotes, infimus seu Kenoma: primo praeest Propator, alteri Demiurgus, tertio Cosmocrator: incolunt primum Aeones, alterum angeli, tertium vero homines ac daemones. In unoquoque autem veluti tria momenta intelliguntur: constitutio, casus, restitutio, quae quidem tria in Pleromate perfecte habentur, in ceteris vero confusa ac veluti obliterata. Pleroma constituitur successiva manifestatione Dei ab intra ad extra per Aeonas, seu momenta psychologica, iuxta successionem horum numerorum (1 in 4 in) $8 + 10 + 12 = 30$;

ita tamen ut in hac successione *virtus* magis debilitetur ac emergat *passio*, quae demum prorumpit ac separatur a Pleromate et reliquorum causa fit. Lapsus hic reparatur per *gnosim* seu per mysterium infiniti quo demum Aeones consummantur in unum. Restitutor seu redemptor est Christus-Spiritus S., harmonia finalis Iesus.

In reliquorum mundorum evolutione triplex momentum veluti absorbetur sublimiori conceptione, qua evolutio haec ut processus habetur quo *terminus eiectus* restauratur per gnosim in perfectum spiritum ac ita in Pleroma adducitur et in *Iesu* seu harmonia absumitur. Attamen quaedam lineae similitudinis adhuc percipi possunt: igitur Mesotetis constitutio fit evolutione eiectae passionis (seu fructus eius), cuius veluti lapsus est in dissolutione ac separatione substantiae ex qua demum Kenoma efformatur: restauratio eodem modo inchoatur a Christo-Spiritu, perficitur vero a Iesu per gnosim ac inditionem *seminis spiritalis*, in cuius perfectione terminus iam eiectus inducetur in Pleroma. Accessorium autem, seu fata substantiae, a qua Kenoma, super schema principale in immensum crescit (Demiurgus, Septem Caeli, [Ogdoas], tres substantiae, Cosmocrator, homines; quae omnia in schola praesertim Ptolemaei maxime sunt evoluta). Tertii mundi seu Kenomatis historia ad hominum fata recidit. Constitutio horum est ex quadruplici substantia; evo-

lutio in hoc ut quod in animali materiale est separetur [igni demum absumendum], spiritale vero perficiatur per gnosim; redemptio (mere *exemplaris*) fit per Christum coniunctum Iesu quatenus in eo separatur pneumaticum nempe Iesum in caelum redeuntem ante passionem, materiale vero cruci et morti relinquitur. Restitutio seu perfectio finalis in hoc est quod semen spirituale perfectum et a materiali separatum in Pleroma inducatur in divinitate resorbendum; caetera per ignem ad nihilum redigentur.

Lector sane percipiet quam late hic patere potuit discipulis Valentini profectus simul ac etiam deturpationis campus. In describendis scl. novem hisce phasibus, aut historia Sophiae, in evolvendis creationis, redemptionis, consummationis doctrinis, ac praesertim (quod caput fuisse videtur in scholis Gnosticorum) in illis fulciendis petitis a Scriptura N. T. (a Vet. enim abhorrebant) sententiis, utique doctrina in immensum crevisse potuit. Exinde infinita illa series magistrorum ac scholarum Valentinianorum quam testantur omnes ecclesiastici scriptores. Auream tamen periodum Valentinianismus brevissimam sortitus est. Iam enim cum Heracleone (insigne illo exegeta quem tam frequenter, nec semper inimico calamo, exscribit Origenes), Aeones quidam, veluti Nus, Oros, Sophia, Christus, Pneuma, « quos Valentinus in « ipsa summa divinitate ut sensus et affectus motus

« incluserat » [Tertull. *Val.* 14], tot attributis atque actionibus supponuntur ut plane personae divinae seu idola fiant non minus quam Demiurgus et Cosmocrator. Quo iam gnosticismus in vacuum ac fastidiosum *mythologismum* incidit ac acerrimis Patrum insectationibus [cfr. Ir. *A. H.* I, 11 fin.] veluti duplicem ansam praebet. Accessit his futilis divisio Christi pneumatici et psychici (ap. Hippol.) et inanis *christologia*; nec satis, quin etiam in Excerptis Theodoti tradatur absurdissimus *fatalismus astrologicus*, pessima ac vituperanda deturpatio hebdomadis angelorum a Demiurgo conditae; ac demum in Marci doctrinis inanis et abstrusa farrago alphabeto-theosophica, nefandae iuncta Sacramentorum nostrorum deturpationi, deprehendatur, quibus omnibus coronam imponit corruptio effrenata morum quam Noster non sine stomacho depingit. At sane haec omnia - ut habet Clemens - « nequaquam concessissent qui duces « et patres sententiarum fuere ».

C) Ad historiam catholici dogmatis.

Ir. ex catholica antiquitate primus est qui operis vere theologici auctor fuerit. Igitur illius testimonium magni quoque praeceptoris doctrinae momentum attingit, quem audivit fideliter insequens aetas: nec enim Hippolytus vel Tertullianus super aliud fundamentum quam super opus Ir. aedificare aestimarunt, ipsique alexandrini doctores,

Origenes, et Clemens, quamvis in multis ab eo dissentiant, haud pauca nec parva nostro accepta referunt, Methodio Olympiensi, Athanasio, Basilio, cetera quoque ab his forsan despecta prono suscipientibus animo. Cuius rei si rationem inquiras in hoc profecto invenies quod in opere Ir. doctrina catholica iam in suis fundamentis solide instituta, ac etiam in superstructis maxime profecisse comperiatur. (1) Iam enim apud Ir. perspicue designantur: *a*) regula fidei tamquam schema et fundamentum doctrinae theologicae; *b*) s. Scriptura, traditio, magisterium ecclesiasticum tamquam fontes praecipui ex quo illa sit haurienda; *c*) Incarnatio ac redemtio tamquam nucleum universae doctrinae credendae et operandae.

A) Ir. persaepe est in opponenda innumeris paene gnosticorum « fructificationibus » una ac pura universae Ecclesiae fide, quae « a prophetis « et apostolis orta, una, sibique semper constans « (III, 24, 1) in doctis et indoctis (I, 10, 2–3) usque « ad fines terrae disseminata est » (I, 10, 2) quasi ex hac oppositione veritas fidei catholicae magis eluceat (I, 9, 5, III, 24, 2; V, 20, 1-2; Ἐπιδ. 1-7). Huius autem fidei doctrinam perspicue « recapi-

(1) Ipse Renan huius rei testis est: « Si nous comparons maintenant le christianisme tel qu'il existait *vers l'an 180*, au christianisme du IVe et Ve siècle, du moyen âge, de nos jours, nous trouvons qu'en réalité il s'est augmenté de très peu de choses »; *Hist. des orig. du christ.*, vol. VII, pag. 503. Harnack vero cum Ir. claudit periodum quam inscribit « Dogmatis efformatio ».

« tulatam » ostendit in regula seu canone veritatis (I, 9, 4 [gr.]): in symbolo quod saepe adducit (I, 10, 1; 22, 1; III, 3, 3, 41-2; IV, 33, 7; V, 20, 1 et alia apud Harnack [1] et Funk *Patr. App.* qui ex his locis formam primaevam tum romanam tam gallicam restituere satagunt).

B) Fusiorem vero dum symboli tum scripturarum declarationem nempe universae catholicae doctrinae thesaurum a traditione repetendum docet: de ea igitur classicam absolutamque sententiam profert. Quid ante ipsum traditio valeret, patet tum ex catholicorum (in primis Papiae, Hegesippi, Iustini) tum etiam ex gnosticorum testimoniis, qui nempe omnes ore sibi traditas a maioribus (apostolis, presbyteris) doctrinas vel etiam historias hoc nomine referunt. Hanc genericam acceptionem et Noster quidem fortiter tuetur, ita ut huiusmodi traditionem, etiam ubi quaevis scriptura defecisset, sufficere existimet (cfr. III, 1, 1; 41–2; 'Επιδ. 3, 61); verum et media et locos ad hanc inveniendam perspicue describit.

Ecclesia quidem « est vitae introitus, propter « quod oportet quae sunt Ecclesiae cum summa « diligentia diligere et apprehendere veritatis tra« ditionem » (III, 4, 1; cfr. III, 1-4); « nam nonnisi

(1) Verum non omnino probatur quod HARNACK (*Dogmeng.* I, 3, p. 326) docet « hanc regulam veritatis ab Ir. primum inventam esse « in symbolo baptismali », hanc enim identitatem nullatenus Ir. invehit sed apud omnes compertam testatur (I, 10, 2-3; III, 3, 1, 41-2).

« Ecclesiae Spiritus Dei praesens hoc munus concre-« didit tamquam vitae ac unitatis pignus» (III, 24, 1; IV, 33, 7-9). At concrete magistros in Ecclesia adstruit episcopos qui successionem habent ab Apostolis, « cum eadem successione accipientes « charisma veritatis certum » (IV, 26, 2) ita ut suis temporibus quaevis « ex ecclesiis princi-« palibus » doctrinam Apostolorum a quibus fundatae sunt, illibate referant (III, 3-4). Verum unam prae omnibus sufficit audire « ad quam pro-« pter potentiorem principalitatem necesse « est omnem convenire Ecclesiam h. e. eos qui sunt « undique fideles » Ecclesiam nempe « quam Ro-« mae beati apostoli Petrus et Paulus fundaverunt « et constituerunt ». [1]

Hoc igitur triplici solidissimo fundamento innititur theologia Irenaei: quae, quam dives et uberrima sit paucis declarare sufficiat.

C) Si quis *symbolum* ipsum ab Ir. allatum inspexerit (I, 10, 1 huc integre transcribendum) statim percipiet quas veritates uberius Noster inlustraverit. Est nempe mysterium redemtionis, seu potius opus nostrae salutis in sua praeparatione, perfectione ac futura consummatione veluti *recapitulatio* totius fidei et doctrinae Ir. Et elegans quidem foret hunc ipsum ordinem referre ac veluti geminam exhibere huius theologiae ima-

(1) (III, 3, 2 cfr. et adnotat. nost. in h. l. interim vero Funk in *Kunst-Gesch. Abhandl.* XVIII, 1).

ginem. Verum id operis ipsius ambitus docebit: in praesenti, ne uberiora persequuti pretiosa etsi minima relinquamus, satius erit pro indole huius *Bibl.*, usitatam in scholis rerum seriem ex operibus S. Episcopi parca manu seligere. (1)

Deum esse hominibus omnibus patere docet: quos enim Prophetae non erudierunt, vel qui protoplastae traditionem obliti sunt, hos mundi conditio vel Dei continua providentia Deum esse fateri cogit (III, 25, 1; cfr. II, 6, 1; 9, 1; 27, 2; IV, 6, 2). Nec est Deus nisi unus, nisi persona (III, 8, 3; II, 34, 4; IV, 2–5), nisi omnium creator et dominator (II, 30, 9; cfr. II, c. 1-6 [contra dualismum et pantheismum] c. V, 26, 2, ubi blasphemia pessima dicitur quae est contra Creatorem etc.). Quid autem Deus sit, in via mysterium est, quod nonnisi ex Filii revelatione quae quidem in patria perficietur (II, 25, 4) aperiri poterit (IV, 6. 4; 20, 6): tantum quod dici nequeat de Deo percipere possumus (III, 8, 3 etc.) vel quaedam ex analogia eidem tribuere (II, 28, 4–5; IV, 11, 2), nil tamen quod anthropomorphismum oleat (II, 13, 2-3; 28, 4–9). Deus scientiam habet futurorum

(1) Non tamen praetereundus cui videbitur indiculus qui I, X, 3 traditur, *doctae theologiae* sui temporis veluti delineatio. Ibi quoque momentum *recapitulationis* per Christi Incarnationem praecipuum exhibetur. Nam ex XIV quaestionibus quibus indic. constat septem huc referuntur ex quibus attende VIII «quare Verbum Dei caro factum est «et passum est», IX «quare in novissimis temporibus adventus Filii «Dei h. e. in fine apparuerit et non in initio», quas quaestiones primus post eum sibi proposuit s. ANSELMUS [*Cur Deus homo*].

(II, 28, 7; III, 16, 7; IV, 39, 4), omnia regit, etiam hominem (III, 25; IV, 20, 5), iustitia misericordiae amice conspirante (III, 25, 2; IV, xiv; 'Επίδ. 8).

Simplicitati ac unitati Dei (II, 13, 3) neutiquam obstat *Trinitas* personarum, quam ex symbolo baptismali saepe et aperte profitetur Ir. (I, 10, 1; Εἰς ἐπίδ. c. 3, 6; 99, 100; cum notis Harnack inibi p. 56); quamquam autem apud illum nomen τρίας numquam in hunc sensum occurrat, tamen res per nomen significata indubie traditur: quum enim Ir. ait Deum, per nullam a semetipso distinctam virtutem, sed per Filium et Spiritum, in F. et in Sp. cuncta creasse (IV praef. 7, 4; 20 etc.), unitatem naturae penes trinitatem personarum perspicue tradit. Si vero singula spectes, coaeternitas (II, 30, 9; III, 18, 1; IV, 20, 3-7 etc.), consubstantialitas, immo et circuminsessio Patris et Filii, expressis verbis docetur: « Per Filium qui est in Patre et habet « in se Patrem, is qui est, manifestatus est « Deus » (III, 6, 2; IV, 6, 3 etc.); εἰς 'Επίδ. 47: « Deus Pater, Deus Filius, quia qui de Deo natus « est, Deus est: ac propterea iuxta illius existen- « tiam, et iuxta vim essentiae eius *unus* Deus « praedicandus est; sed iuxta dispensationem no- « strae salutis, vere et proprie Filius; vere et « proprie Pater ». Quum autem, fatente Harnack [*Dogmeng.* I³, 539, n. 1], « nihil sit tam absonum « quam Nostro modalisticum errorem tribuere » (cfr. III, 6, 1-2; II, 28, 6; IV, 5, 2; 7, 4; 17, 6 etc.),

nihil deesse videtur quominus huius sententia in hac re absoluta et perfecta censeatur. Neque in natura ullam doceri differentiam Filii et Spiritus ostendunt loci ubi uterque coniuncti apparent in eadem dignitate (III, 21, 10; IV, 20; V, 6, 1): aliam tamen a Filio personam Spiritum esse ex professo ab eo ostenditur (IV, 20, 7, 4; III, 17, 3). Verbi generatio contra gnosticos pluries in suo germano sensu exponitur (II, 13, 8; 28, 5–6 iisdem nempe locis ubi captum nostrum exsuperare dicitur); processio Spiritus autem tantum adumbrari videtur ubi diversitas muneris explicatur (V, 12, 1; III, 1, 1 etc.).

Creationem quod spectat et primaevum hominis statum lapsumque, Ir., nemine denegante, in catholico sensu abundat. « Omnia enim - sic « ille – fecit libere et quemadmodum voluit Deus » (III, 8, 3 etc.), ipsam materiam (II, X, 3) et omnia in esse perseverant usquedum id Deus voluerit (II, 34, 3; 'Επίδ. 7 sqq.). Homo vero, propter quem condita sunt omnia (V, 7, 4; 29, 1; 'Επίδ. 11 sqq.), quamvis a Deo impeccabilis constitui potuit (IV, 38), tamen in sua relictus libertate ut mereri posset (IV, 37) prout libere ceciderant angeli (IV, 41; V, 21–25) libere et ipse cecidit ('Επίδ. 16), ita tamen ut eamdem libertatem non amitteret, qua et nunc « ipse sibi causa est ut « frumentum vel palea fiat » (IV, 4, 3; 15, 2; 37, 39). Hinc communio Dei, vita et lumen

et fruitio eorum quae sunt apud Deum abrupta: hinc separatio vitae seu mors, separatio luminis seu tenebrae, separatio Dei i. e. amissio eorum quae apud Deum sunt (V, 27, 2). Hanc quidem culpam, ad omnes homines propagatam (III, 21-23), Ir. mitigare nititur eo quod hominem in infantia constitutum (IV, 40, 3; 'Επίδ. 16) facile fuerit sub praetextu immortalitatis decipi; quin etiam fere necessariam non dicit, ut homo rectius saperet (III, 20, 1–2; IV, 37-39): ideoque « eum odivit « Deus qui seduxit hominem, ei vero qui se- « ductus est, sensim paullatimque misertus est » (III, 23, 3-5). Hanc igitur caussam frequentius Ir. adstruit adventui Salvatoris: quem necessarium prorsus fuisse docet ut homo ad Dei communionem denuo potuisset pertingere (III, 18, 1-2; IV, 22-1), nam, prout omnes in Adamo peccaverant, ita omnes in Christo erant redimendi (V, 16, 3; 18, 3; III, 18, 7; 21, 10; 'Επίδ. 31 sqq.) nec homo Deo uniri poterat nisi Deus homini prius uniretur (IV, 33, 3; 28, 2; V, 1, 1). Quae vero ipse saepe addit de bonis a Redemtore allatis, quaeque utique deperdita exsuperaverunt (V, 36, 3; III, 18, 7; V, 1-1) ea non videntur sufficere ut censeatur Ir. docturus futuram incarnationem etiam si homo non peccasset. Possunt enim intelligi de muneribus ex liberalitate donantis, non necessario et primario in opere redemtionis intentis.

Verum, quod caput est, ex dictis iam perspici

potest quid Ir. *de Christo* sentiret; si enim ut homo Deo uniretur, necesse prius erat Deum homini uniri, iam liquet hanc unionem in Christo praedicari. Nam, si Christus non verus homo, hominem redimere vix potuisset (V, 14, 2; 21, 1), si autem non Deus, quî divinam vitam homini attulisset? (III, 19, 21, etc.). Est igitur « Iesus « Christus vere homo, vere Deus: filius Dei filius « hominis factus » (IV, 6, 7), quae quidem confessio, tessera est unius Ecclesiae (III, 11, 3). Abs re sane esset loca congerere quibus Ir. vel Iesu Christi veram divinitatem contra Ebionitas, Valentinianos ⟨immo et futuros Adoptianos, III, 6⟩; veram autem humanitatem contra Marcionem praesertim tuetur. Res enim in confesso est apud omnes [cfr. Harnack, l. c. p. 550 sqq.]. Iam, qua ratione hanc unionem concipiat paucis damus: unionem enim necessariam docet ut recapitulatio omnium in Christo ex qua pendet redemtionis veritas et efficacia, concipi possit: hinc fortiter coarguit gnosticos Iesum alium a Christo dicentes (passim): verum et perfecte personalem eam doceri vel ex eo ostendi potest quod nulla fiat differentia inter actiones hominis et Verbi, ita ut communicatio - quam vocant - idiomatum ab eo expressis verbis tradatur (cfr. v. g. V, 18, 1) « ipsum Verbum Dei incarnatum suspensum est super li- « gnum » (III, 16, 6 etc.; et V, 31, 2, ubi aeterna ostenditur). Qua ratione autem impleverit Chri-

stus hoc ipsum opus redemtionis, Ir. fuso calamo docet: in qua uberrima expositione liceat saltem innuisse aurea illa quae de virginali maternitate Mariae, atque de conceptu ex Sp. S. iuxta Scripturas a Nostro praedicantur (III, 22, 4; 21, 10; V, 17-19) ubi etiam opus co-redemtricis et advocatae sub eleganti Evae et Mariae oppositione describitur (1) (III, 21, 7; 22, 4; V, 19); de Christi resurrectione (cfr. v. g. II, 32, 3); de aetate Christi singulare illud II, 22, 5; III, 17, 4; 'Επίδ. 74; at maxime, pro recente controversia de momento satisfactorio mortis Redemtoris V, 1, 1, ubi docet: « Suo igitur sanguine redimente nos Domino « et dante animam suam pro [ὑπὲρ] nostris ani- « mabus et carnem suam pro [ἀντί] nostris carni- « bus » (cfr. et III, 20): de descensu Christi ad inferos (V, 31, 1-2; IV, 27, 2; 22, 1).

Opere redemtionis perfecto, dominium Satanae in hominibus deletum est (V, 21–3; III, 18, 61) ac homo potest, si velit, ad communionem cum Deo restitui (III, 20, 2; 18–19; V, 16, 2; 18, 3; IV, 13, 4). Hanc quidem inchoat vita perfecte moralis (IV, 13, 1–3; III, 5, 2), verum non perficit nisi communio cum Verbo, quae est per fidem et opera, adspirante divina gratia. Huius *gratiae* saltem duplicem gradum docet Ir. nempe similitudinem divinam [εἴκων] (V, 16, 2; 1, 1; V, 38-39)

(1) Cfr. RIGUET, *La théologie mariale d'Irénée* in *Annal. d. philos. chrét.*, 1905, p. 111 sqq.

et Spiritum S. inhabitantem [πνεῦμα] qui tantum a iustificatis possidetur (V, 6-9; 12 etc. ubi nulla videtur ratio qua hoc πνεῦμα tamquam secundam animam accipiamus, quod Ir. reprehendit in gnosticis I, 4-5). Necessitatem vero illius ad omne opus salutare (IV, 14, 1-3; III, 20, 3; II, 28, 6 etc.), praesertim ad perseverandum in iustitia (V, 2-3) uberius ostendit, at gratuitatem quoque [orationis efficaciam II, 28, 6] tuetur (II, 30; III, 19; IV, 6).

Media autem ad gratiam *Sacramenta*: horum vero dispensatrix Ecclesia; en igitur praecipua quae de his omnibus Ir. habeat; baptismatis necessitatem etiam pro infantibus (II, 22) graphice describit, ex Scripturis inlustrat (III, 17, 2-3; V, 15, 3; 18, 2) ac per eum πνεῦμα communicari docet (ibid.): ritum vero a Marcosiis deturpatum vindicat. Baptismate perficitur adoptio divina qua quis in Ecclesia constituitur (III, 6, 1): extra illam nonnisi fures et latrones (III, IV, 1) qui certe ad vitam numquam pertingent (V, 20, 2; IV, 14, 2). « Ecclesia autem sola puram oblationem offert « Creatori... corpus Domini sui et calicem san« guinis eius » (IV, 18, 5): de qua oblatione plura et inlustria habet Ir.; docet enim illius historiam (IV, 18) et praefigurationem in prophetia Malachiae (IV, 17, 5), institutionem in suprema caena Redemtoris (IV, 17, 5), veritatem Corporis et Sanguinis Domini (V, 11, 2-3; IV, 18, 5; IV, 33, 2), quam etiam assumit ut hoc Corpore et Sanguine

enutritam carnem resurrecturam praedicet (IV, 18, 5; V, 2, 3[1]), in qua comparatione, transubstantiatio, aliquatenus indigitatur (cfr. et prestigia Marci huius fidei certum testimonium I, 14). Sacrificium demum esse Eucharistiam pluribus et ex professo ab eo evincitur (IV, 17-18). Poenitentia seu exomologesis bis saltem indicatur (I, 13, 7; I, 6, 3): at per transennam atque ea ratione qua de rebus omnibus notis agi solet.

Paucis demum attingenda quae ad *eschatologiam* referuntur quaeque latissime integro V libro pertractantur. Aurea quidem sunt multa quae ibidem de corporum resurrectione (V, 3, 16) contra Gnosticos, carnem tamquam absolute malam despicientes, disputat: hanc vero resurrectionem duplici tempore perficiendam docet: nam ante consummationem temporum Antichristus (cuius nomen investigari prohibet, V, 30) cum suis regnabit annis tribus et mensibus tribus: « tunc veniet Dominus de coelis in nubibus, illum... in « stagnum ignis mittens: adducens autem iustis « regni tempora, septimam diem sanctificatam » (V, 30, 2; 35). Resurgent nempe hi omnes ac cum Domino in Ierusalem, terra ad miram ubertatem (chiliastice descriptam) fructificante (V, 33, 2), regnabunt mille annis « centuplum scl. accipien- « tes in hoc saeculo » (V, 30): his transactis

(1) De coelebri illo: ἄρτος προσλαμβανόμενος τὴν ἐπίκλησιν τοῦ θεοῦ οὐκετι κοινὸς ἄρτος ἐστίν, ἀλλ' εὐχαριστία, suo loco dicemus.

resurgent et mali, et iudicium omnium, viventium et mortuorum fiet, indeque vita aeterna (V, 27-28 et 36). Ad quam etiam referuntur quae hinc de natura angelorum (II, 30, 6-7; III, 8, 3; 11, 8; 20, 4 etc.) deque visione Dei (IV, 20, 5; V, 36, 1) eiusque gradibus (V, 36, 2), inde vero de daemonum historia,(1) de poenarum aeternitate (V, 40, 41; ib. 28, 36) ac natura (III, 23, 3) tradit. De his omnibus suis locis disseremus. Quidquid tamen de theologica vi singularum doctrinarum iudicandum sit, in comperto est integrum V librum Irenaei ad historiam intimam primaevae traditionis christianae, maximi esse momenti.(2)

(1) Post lapsum, quum creatus est homo (III, 23, 8; IV, 40, 3) in terram missi angeli cum filiabus hominum congressi daemones procrearunt (IV, 16, 2; 36, 1) qui post Christum tantum suae damnationis conscii (V, 26, 2) nonnisi post iudicium cum hominibus in ignem deiicientur (V, 24, 4; 40, 3).

(2) Cfr. Buonaiuti, *Il millenarismo d'Ireneo* in *Riv. stor. crit. di scienze teolog.*, 1906, XII.

BIBLIOGRAPHIA

Editiones. Princeps. Des. Erasmi Roterod. *Opus eruditissimum divi Irenaei episcopi Lugdunensis in quinque libros digestum, in quibus mire retegit et confutat veterum haereseon impias ac portentosas opiniones*, etc. Basileae, Froben, 1526, fol.; confecta est ex apogr. cod. Vat. 188 et duobus codd. (Hirsaugiensi deperdito et altero ignoto); pluries recusa; Gallasii Nicol. *Divi Irenaei... libri quinque adversus portentosas haereses Valentini et aliorum*, etc. s. l. [Genevae] ap. Io. Lepreux et et Io. Parvum, 1570; addidit graeca Epiph. et adnotat.; Grynaei Io. Iac. (tit. ut in Erasmiana), Basileae, per Euseb. Episcopium, 1571, in-8°; suffecit novam (eamque pessimam) versionem primi libri; Feuardentii Franc. O. F. M. secunda [prima parvi momenti a. 1575] *Adversus Valentini et similium Gnosticorum haereses libri V*, etc., Coloniae Agrippinae, ex off. Byrckmannica, a. 1596, fol.; sedulo recognovit latina ex codd. Vat. 188 [?] et Voss.; graeca multa addidit ex Eus. Theodor. et aliis; adhuc plura in ed. 1639 ex catenis ab Halloix evulgatis et 1675 cum scholiis Billii (qui novam et elegantiorem priorum 18 capitum versionem confecit), et Frontonis Ducaei; Grabe Io. Ern. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Εἰρηναίου ἐπισκόπου Λουγδούνου *Ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδονύμου γνώσεως* βίβλια πέντε. *S. Ir. ep. L. contra omnes haereses libri quinque.* Oxoniae, e Teatro Sheldoniano, a. 1702, fol.; Editor emendavit latina ex cod. Arund., Voss. et apogr. Mercerii, commentarium addidit eruditissimum; Massuet Ren. O. S. B., id. tit. gr. lat.: *S. Irenaei... detectionis et eversionis falso cognominatae agnitionis seu contra haereses*

libri V. Parisiis, Cognard, 1710, in fol. Confecta est praecipue ex collat. cod. Clarom. et ex apogr. codd. Vatt. ut videtur; editio longe ceteris omnibus excellens: immanes Editoris labores ex apparatibus (in Bibl. Parisiensi adservatis) apprime patent; STIEREN AD. *Sancti Irenaei Lugdunensis Opera.* Lipsiae, Weigel, 1853, 2 vol. 8°, cum optimo apparatu ex codd. Vossian. et Mercer. textui Massuetiano subiecto; HARVEY (W. WIGAN) *Sancti Irenaei ep. Lugdunensis libros quinque adversus haereses*... ed. W. W. H. Cantabrigiae, typis academicis, 1857; 2 vol. in-8°; addidit tantum graecis quosdam locos ex *Philosophumenis* et fragmenta siro-armenica; recensio textus latini in paucis a Mass. differt, quandoque non bono iure.

Litteratura. De vita Irenaei. PRAT J. M. *Histoire de st. Irénée*, Lyon, 1843; BÖHRINGER Fr., *Irenaeus der Bischof von Lugdunum* od. die Bildung der altkath. Kirche u. Kirchenlehre im Kampfe mit dem Gnosticismus [Die Kirche Christi Bd. II]; Stuttgard, a. 1873; ZIEGLER H., *Irenäus der Bischof von Lyon.* Ein Beitrag zur Entstehungsgeschichte der altkathol. Kirche, Berlin, 1871; LIPSIUS R. A. *Die Zeit des Irenœus v. Lyon und die Entstehung d. altkath. Kirche* (*Histor. Zeits.* 38, p. 241 sqq.); GOUILLOD A. *St. Irénée et son temps, deuxième siècle de l'Eglise*, Lyon, 1876; MONTET, *La légende d'Irénée et l'introduction du christianisme à Lyon*, Genève, 1880, 8°; HIRSCHFELD O., *Zur Geschichte des Christentums in Lugdunum vor Constantin* (Sitzungsbericht d. k. preuss. Akad. der Wiss. z. Berlin, 1895, p. 381 sqq.); HARNACK, ZAHN, GUTJAHR, opp. citt.; DUFOURCQ A. *St. Irénée*, Paris, Lecoffre, 1904.

De Scriptis Irenaei cfr. praesertim HARNACK-PREUSCHEN, *Gesch. d. altchristl. Litter.* Bd. I, 263 sqq.: HARNACK, *Chronologie d. altchr. Litt.* Bd. I, 1897, 320 sqq.; ZAHN, *Realencykl. d. prot. Theologie u. Kirche*[3] sub voce « Irenäus »; BARDENHEWER, *Gesch. d. altkirch. Litt.*, 1902, I, 499 sqq.; EHRHARD, *Die Altchristl. Litteratur und ihre Erforschung*, 1900, p. 265 sqq.

De doctrina Irenaei. CABROL F. *La doctrine de St. Irénée* [Science cath. V, 97 sqq., 241 sqq., 304 sqq.]; WERNER J. *Der Paulinismus des Irenaeus* [Texte u. Unt. 1889, VI, 2]; HARNACK, *Dogmengeschichte*[3], p. 276 sqq.; 314 sqq.; KUNZE J., *Die Gotteslehre des Irenaeus*, Leipzig, 1891; DUNCKER, *Des hl. Irenaeus Christologie*, Götting, 1843; MOLWITZ G., *De ἀνακεφαλαιώσεως in Ir. theologia potestate*, Dresdae, 1874; KOERBER J. *S. Irenaeus de gratia sanctificante*, Wirceburgi, 1865; HOPFENMÜLLER L. *S. Irenaeus de Eucharistia*; DREHER, *Die Zeugnisse des Ignatius Iustinus u. Irenaeus uber die Eucharistie als Sakrament*, Sigmaringae, 1871; ATZBERGER L. *Geschichte der christl. Eschatologie*, Freiburg, 1896, p. 219 sqq.; KLEBBA, *Die Anthropologie des hl. Irenaeus*, Münster, 1894. Quae magis particularia sunt suis locis dabimus in commentario.

SYNOPSIS LIBRI I.

(Cfr. pro I. parte TERT. *Adv. Valent.* [huius *Bibl.* III, 525 sqq.])

PRAEFATIO. Gnosticorum commenta eo perniciosiora quo magis abscondita revelaturus est ex illorum consuetudine. Loquendi rationem exscusat.

PARS PRIOR. — SCHOLAE PTOLEMAEI SYSTEMA.

A) **Quae fiant in Pleromate.** I. Triginta Aeones in ogdoadem, decadem ac duodecadem distributi; trigesimi numeri ex Scripturis demonstratio. II. Discordia in Pleroma ex aemulatione Sophiae invehitur: Sophia paene deperdita ab Horo seu Termino restituitur, partu illius seu Achamoth extra Pleroma separato. Christus et Spiritus S. consummant Aeones ac confirmant. Ex Aeonum collatione Iesus. III. Quibus Scripturae locis utantur haeretici ad haec commenta asserenda

B) **Quae fiant extra Pleroma.** IV. Achamoth Christus et Sp. S. invisunt; illam hos insequentem Horus cohibet; ex perturbationibus illius singula materialia efformata secreto asserunt haeretici. Rogante Achamoth ei Paracletus mittitur qui illam perficit ac purificat. V. Purificata vero Acham. Demiurgum emittit per quem et psychicas substantias creat, hominem quoque et daemones, ac reliqua omnia. Origo pneumatis. VI. Hominum triplex dicitur classis:

quidam pneumatici sunt gnosim pollentes et hi omnino servabuntur, quaecumque sint eorum opera (dexteri); alteri omnino materiales « qui nullam inspirationem incorruptionis « recipere possunt » sinistri; alii demum animales, inter quos Christi asseclae, non accipient salutem nisi per bonam conversationem et merita Redemtoris. Qui igitur spiritales dicuntur gnostici caeno volutantur perditisque utuntur moribus. VII. Novissimo eventura exponuntur. Achamoth et omnes pneumatici in Pleroma transibunt: illa Salvatori, hi Angelis nupturi. Materiam omnem absumet latens in ea ignis. Redemtorem psychicorum nonnisi materiae apparentias assumpsisse docent: ex quadruplici esse elemento psychico, pneumatico, oeconomia et ex Servatore, qui super eum tempore baptismi descendens, passioni nonnisi materiae speciem reliquit. Pneumaticorum genera: sacerdotes, prophetae et reges. Demiurgus omnia ignoravit donec Servator advenerit. Quae sint post huius adventum illius partes et fata. VIII. Ad haec commenta Scripturas detorquent haeretici.

Adumbratur confutatio. IX. Scripturas ac praesertim Ioannem evidenter his repugnare ostendit Ir., et omnem Ogdoadem unum esse Christum cuius divinitati eximium reddit testimonium. Scripturis haeretici utuntur ea ratione qua Homeri versibus centonum compactores. At eo res absolvitur quod nec quidem inter se consentiant; haec diversitas opinionum ostendit veritatem fidei quam Ecclesia universim collecta uno ore profitetur. X. Exponitur aureum hoc symbolum veritatis quod nec varietatem nec mutationem patitur, quamvis tam dissitas regiones fideles incolant, quamvis alii in Ecclesia aliis doctiores sint, quorum negotia describuntur.

PARS ALTERA. — SCHOLARUM GNOSTICARUM VARIAE SENTENTIAE.

A) VALENTINIANA. XI. *Valentini* duplex Horus ac nutans christologia; *Secundi* Ogdoas in tetradem sinistram, seu tenebrarum, dexteram, seu lucis; Sophia non Aeon, sed ex Aeonibus. Alius (*Heracleonis*?) tetras ante triginta Aeones et absurda metaphysica loquendi ratio quam irridet Ir. Aliorum etiam innumerae sententiae vel de ipso Bytho. XII. Ptolemaica doctrina a discipulis varie quidem cum philosophorum placitis conciliatur, at multae dissensiones in hoc negotio praesertim Redemtorem quod attinet. XIII. *Marcus* magistri doctrinas ad practicam iniquitatem convertit. Character moralis huius heresiarchae: artes, imposturae, avaritiae, luxuriae, quae incassum aliquando cesserunt, saepe tamen supremam seductis discipulis et mulieribus perniciem adduxerunt. XIV. Marci hypothesis: fingit supremam tetradem instar mulieris ad se descendisse arcana patefacturam. Sub aenygmatica literarum et numerorum farragine Valentinianorum Pleroma tradit. XV. De Iesu autem eadem methodo alphabeto-arythmetica non diversa tradit a Valentinianorum commentis: hanc autem methodum inter se pugnantia docere ostendit Ir., qui etiam verba senioris in Marci insaniam commemoratur. XVI. Sequitur insulsa parabolarum de ore drachmaque deperdita a Marcosiis conficta explicatio ex qua sumpta occasione eloquenter Ir. vesaniam illorum sane lugendam ostendit. XVII. Cosmologia Marcosiorum exponitur, seu potius quibusnam rebus creatis Pleroma figuratum dicant: tetrada nempe quatuor elementis quibus operationes si iungas (calor, frigus, humor, ariditas) ogdoada; decada decem coelis duodecada zodiaco &c. XVIII. Demonstratio scripturalis a Marcosiis ducitur: *a*) ex V. T. (XVIII–XIX); *b*) ex N. T. ubi apocrypha miscent (XX, XXI). Doctrina Redemptionis diversimode exponitur, at practicis

caeremoniis reducitur tota: baptismati vel redemtionem per gnosim vel thalami vel lavacri et unctionis ritum cum horrendis formulis sufficiunt; haecque nonnulli in finem vitae reiiciunt. Durum tamen omnium describere sententias; quibus rursus Ir. opponit (cap. XXII) regulam veritatis a qua onnes deflectunt.

B) EORUM QUIBUS VALENTINUS SUCCESSIT. α) **Schola Siro-Samarita.** XXIII. *Simon* ab Apostolis reiectus magus efficitur; sese Deum profitetur qui in terris apparuerit ut Sophiam redimeret (in Helena socia), actionum moralitas malorum Angelorum calumnia: sequelae practicae. *Menander* huius doctrinae propagator. XXIV. *Saturninus* illam in paucis immutat ac docetismum explicite tradit. Mores asseclarum. β) **Scholae Alexandrinae** praeformatores. *Basilides* Angelorum bonorum et malorum doctrinam interpretatus, Pleromatis prima lineamenta tradit; non Iesum sed Simonem Cyren. crucifixum docet: nova genera magiae ad Angelorum malignitatem elidendam aperit. XXV. *Carpocrates* platonicae doctrinae de praeexistentia animarum insistens in hac tantum Christi puri hominis superioritatem reponit. Metempsychosim docet, omnium iniquitatum seminarium. Marcellina ex hac secta. γ) **Praeformatio gnoseos** in iudaizantium commentis. XXVI. *Cerinthus*, auctor doctrinae gnosticae de Iesu et Christo. Ebioneorum et Nicolaitarum mores. δ) **Scholae Marcionitae,** pater *Cerdon* qui primus Deum N. T. a Deo V. Legis alium dixit: auctor vero XXVII. *Marcion* qui Iesum contra Patrem pugnantem inducit, Redemtionem contra Creationem, Scripturas pro lubito reiicit. Hunc Ir. separatim refellere spondet.

C) EORUM QUI SIMUL CUM VALENTINO AB HIS ACCEPERUNT. α) XXVIII. *Tatianus* et Encratitae Satornili et

Marcionis commenta partim sequuntur: ut Creatorem calumnientur matrimonium damnant atque Adae salutem denegant. β) E contrario Carpocratiani polygamiam et quodvis nefas laudant. γ) XXIX. *Barbelitarum* Pleroma atque doctrina de Christo et Spiritu. XXIX. *Ophitarum et Sethianorum* commenta: Serpens Sophiae incarnatio: lapsus hominum historia. XXXI. *Cainitae* a Iuda proditore edocti Marcionis, et Carpocratis impietates in suum systema transferunt. Conclusio libri.

MONITUM

Quale nos iuverit consilium in Irenaei opere hoc quinquagesimo anno a postrema editione recensendo paucis accipe.

Textum latinum MASSUETI damus, ita tamen ut in nonnullis litteram Harvey vel Stieren praeferamus: ac etiam quae a quattuor codicibus Vaticanis (hos enim tantum inspicere licuit) feliciter nonnumquam servatur [cfr. v. g. I, 3, 5–6, p. 95 not. 1 et 96 not. 2].

Textum graecum, quattuor vel quinque fragmentis iam locupletatum a doctis viris,' ex recentioribas operum, quibus servatur, editionibus desumimus: at Dindorfiana Epiphanii editio in omnibus, nec semper frustra [cfr. v. g. I, 4, 4 ⟨p. 102⟩ μετεσχηκέναι restitutum pro μὴ ἔσχηκ.] collata est cum cod. Vat. gr. 503 et Urbin. gr. 17; Cruiciana Hippolyti quandoque derelicta est favore edit. Dunckerii [v. g. I, 24, 1, φωτεινῆς pro φαεινῆς ⟨cod. φω|νῆς⟩ co quod ipsa vox « lucida » ab Ir. I, 4, 2 ⟨p. 100⟩ φωτεινή reddatur]. Hinc fit ut textus quem damus cum nulla ex praecedentibus editionibus adamussim conveniat.

Romae, feriis Paschalibus a. 1907.

Sac. UBALDUS MANNUCCI.

[IRENAEI LUGDUNENSIS EPISCOPI DE DETECTIONE ET EVERSIONE FALSO COGNOMINATAE AGNITIONIS, (1) LIBER PRIMUS.]

PRAEFATIO. (2) 1. Quatenus veritatem refutantes (3) quidam inducunt verba falsa, et « genealogias infinitas, (4) quae « quaestiones magis praestant », quemadmodum Apostolus ait, « quam aedificationem Dei, quae est in fide »; et per eam, quae est subdole exercitata verisimilitudo, transducunt sensum eorum, qui sunt inexpertiores, et in captivitatem ducunt eos, falsantes verba Domini, interpretatores mali eorum, quae bene dicta sunt, effecti: et multos evertunt, attrahentes eos sub occasione (5) agnitionis ab eo, qui hanc universitatem

1. Ἐπεὶ τὴν ἀλήθειαν παραπεμπόμενοί τινες, ἐπεισάγουσιν λόγους ψευδεῖς, καὶ « γενεαλογίας ἀπεράντους, αἵτινες ζητήσεις « μᾶλλον παρέχουσιν », καθὼς ὁ Ἀπόστολός φησιν, « ἢ οἰκοδομὴν « Θεοῦ τὴν ἐν πίστει » · καὶ διὰ τῆς πανούργως συγκεκροτημένης πιθανότητος παράγουσι τὸν νοῦν τῶν ἀπειροτέρων, καὶ αἰχμαλωτίζουσιν αὐτούς, ῥᾳδιουργοῦντες τὰ λόγια τοῦ Κυρίου, ἐξηγηταὶ κακοὶ τῶν καλῶς εἰρημένων γινόμενοι · καὶ πολλοὺς ἀνατρέπουσιν, ἀπάγοντες αὐτοὺς προφάσει γνώσεως ἀπὸ τοῦ τόδε

(1) De tit. cfr. Proleg. II, 1. Graeca usque ad XI, 4, servavit EPIPH. *Panarion*, XXXI, § 9 sqq.

(2) Praef. una constat periodo [*quatenus* completur ex *igitur*, p.73].

(3) = reiicientes, ut alibi ap. Iren.; cfr. II, XII, 3; III, XIV, 2; XV, 2, etc.

(4) Est I *Tim*. I, 4 (cfr. variet. in ed. Tischend.); ἀπεράντους in EPIPH. h. l. habet quoque Cod. Vat. gr. 503 (saec. VIII); alii v. g. Urb. 17 (saec. X) ματαίας. Citatione Paulina (*Tit*. II, 8) incipit etiam Εἰς ἐπίδειξιν, ipsius Irenaei opus.

(5) I. e.: « praetextu » ut alibi v. g. II, 2.

constituit et ordinavit; quasi altius aliquid et maius(1) habentes ostendere, quam eum, qui coelum et terram, et omnia quae in eis sunt, fecit; suadenter quidem illi illiciunt per verborum artem simpliciores ad requirendi modum, male autem perdunt eos, in eo quod blasphemam et impiam ipsorum sententiam faciant in Fabricatorem, non discernere valentium falsum a vero.

2. Error enim secundum semetipsum non ostenditur, ne denudatus fiat comprehensibilis; suasorio autem cooperimento subdole adornatus, et ipsa veritate (ridiculum est et dicere) veriorem semetipsum praestat, ut decipiat exteriori phantasmate rudiores; quemadmodum a meliore nobis(2) dictum est de huiusmodi: Quoniam lapidem pretiosum sma-

τὸ πᾶν συστησαμένου καὶ κεκοσμηκότος, ὡς ὑψηλότερόν τι καὶ μεῖζον ἔχοντες ἐπιδεῖξαι τοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς πεποιηκότος Θεοῦ· πιθανῶς μὲν ἐπαγόμενοι διὰ λόγων τέχνης τοὺς ἀκεραίους εἰς τὸν τοῦ ζητεῖν τρόπον, ἀπιθάνως δὲ ἀπολλύντες αὐτοὺς ἐν τῷ βλάσφημον καὶ ἀσεβῆ τὴν γνώμην αὐτῶν κατασκευάζειν εἰς τὸν Δημιουργόν, μὴ διακρίνειν δυναμένων τὸ ψεῦδος ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς.

2. Ἡ γὰρ πλάνη καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γένηται κατάφωρος· πιθανῷ δὲ περιβλήματι πανούργως κοσμουμένη, καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀληθεστέραν ἑαυτὴν παρέχει φαίνεσθαι διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας τοῖς ἀπειροτέροις· καθὼς ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἡμῶν εἴρηται ἐπὶ τῶν τοιού-

(1) I. e. Bythos qui et *Pro*arche et *Pro*pator, longe Creatore seu Demiurgo excelsior [cfr. I, IV, 5, not.]. (Εἰς ἐπίδειξιν, § 99: «qui sibi «confingunt Patrem nostro Crea- «tore excelsiorem, quo putant et «quid veritate maius invenisse: im- «pii et blasphemi in Patrem et «Creatorem suum»).

(2) A meliore nobis: haec formula recurrit v. g. I, 13, 3, fin. III, 17, 4 (idem videtur esse qui in Marcum invectus est I, 15, 6.) Sententia vero, ab interpr. pessumdata restitui potest: «Lapidi pre- «tioso smaragdo... vitrum dede- «cus infert ei per artem assimi- «latum».

ragdum magni pretii apud quosdam, vitreum in eius contumeliam per artem assimilatum, quoadusque non adest, qui potest probare, et artificium arguere (1) quod subdole sit factum. Quum enim commixtum fuerit aeramentum argento, quis facile poterit, rudis cum sit, hoc probare? Igitur ne forte et cum (2) nostro delicto abripiantur quidam quasi oves a lupis, ignorantes eos propter exterius ovilis (3) pellis superindumentum, a quibus cavere denunciavit nobis Dominus (4) similia quidem nobis loquentes, dissimilia vero sentienties: necessarium duxi, cum legerim commentarios ipsorum,(5) quemadmodum ipsi dicunt, Valentini discipulorum, quibusdam autem ipsorum et congressus, et apprehendens sententiam ipsorum, manifestare tibi, dilectissime, portentuosissima et altissima mysteria, quae non omnes capiunt, quia non omnes cerebrum habent; (6) ut et tu cognoscens ea,

των, ὅτι λίθον τὸν τίμιον σμάραγδον ὄντα, καὶ πολυτίμητόν τισιν, ὕαλος ἐνυβρίζει διὰ τέχνης παρομοιουμένη, ὁπόταν μὴ παρῇ ὁ ἰσχύων δοκιμάσαι, καὶ τέχνην διελέγξαι τὴν πανούργως γενομένην· ὅταν δὲ ἐπιμιγῇ χαλκὸς εἰς τὸν ἄργυρον, τίς εὐκόλως δυνήσεται τοῦτον, ἀκέραιος ὤν, δοκιμάσαι; ἵνα οὖν μὴ καὶ παρὰ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν συναρπάζωνταί τινες, ὡς πρόβατα ὑπὸ λύκων, ἀγνοοῦντες αὐτοὺς διὰ τὴν ἔξωθεν τῆς προβατείου δορᾶς ἐπιβολὴν, οὓς φυλάσσειν παρήγγελκεν ἡμῖν Κύριος, ὅμοια μὲν λαλοῦντας, ἀνόμοια δὲ φρονοῦντας, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, ἐντυχὼν τοῖς ὑπομνήμασι τῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, Οὐαλεντίνου μαθητῶν, ἐνίοις δ᾽ αὐτῶν καὶ συμβαλὼν, καὶ καταλαβόμενος τὴν γνώμην αὐτῶν, μηνύσαί σοι, ἀγαπητὲ, τὰ τερατώδη καὶ βαθέα μυστήρια, ἃ οὐ πάντες χωροῦσιν, ἐπεὶ μὴ πάντες τὸν ἐγκέφαλον ἐξεπτύκασιν, ὅπως

(1) i. e. *delegere* (διελέγχειν cfr. et titul. operis). Seq. cfr. III, xv, 2.

(2) Graece: *absque nostra culpa.*

(3) Ita pro *ovillae* vel *ovinae* !

(4) MATTH. VII, 15: pro sequentibus cfr. TERTULL. *Praesc.* 38.

(5) *Commentarii* ex seq. *quemadm. dicunt* titulus videtur operis, fortasse Ὑπομνήματα Ptolemaei.

(6) ἐξεπτύκασιν = *exspuerunt*: vis loquutionis longe alia: = *non omnes admittunt* (χωροῦσιν) *quia non omnes*

omnibus his, qui sunt tecum, manifesta facias, et praecipias eis observare se a profundo insensationis,(1) et eius, quae est in Deum, blasphemationis. Et quantum nobis virtutis adest, sententiam ipsorum, qui nunc aliud(2) docent, dico autem eorum, qui sunt circa Ptolemaeum, quae est velut flosculum Valentini scholae, compendiose et manifeste ostendemus, et aliis occasiones dabimus secundum nostram mediocritatem ad evertendum eam, non stantia, neque apta veritati ostendentes ea, quae ab iis dicuntur: neque conscribere consueti, neque qui sermonum arti studuerimus: dilectione autem nos adhortante, et tibi et omnibus, qui sunt tecum, manifestare, quae usque adhuc erant absconsae, iam autem secundum gratiam Dei in manifestum venerunt doctrinae ipsorum. « Nihil enim est coopertum, quod non manifestabitur; et « nihil absconsum, quod non cognoscetur ».(3)

καὶ σὺ μαθὼν αὐτά, πᾶσι τοῖς μετὰ σοῦ φανερὰ ποιήσῃς, καὶ παραινέσῃς αὐτοῖς φυλάξασθαι τὸν βυθὸν τῆς ἀνοίας, καὶ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν βλασφημίας. Καί, καθὼς δύναμις ἡμῖν, τήν τε γνώμην αὐτῶν τῶν νῦν παραδιδασκόντων, λέγω δὴ τῶν περὶ Πτολεμαῖον, ὥσπερ ἀπάνθισμα οὖσαν τῆς Οὐαλεντίνου σχολῆς, συντόμως καὶ σαφῶς ἀπαγγελοῦμεν, καὶ ἀφορμὰς δώσομεν κατὰ τὴν ἡμετέραν μετριότητα, πρὸς τὸ ἀνατρέπειν αὐτήν, ἀλλόκοτα καὶ ἀσύστατα καὶ ἀνάρμοστα τῇ ἀληθείᾳ ἐπιδεικνύντες τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα, μήτε συγγράφειν εἰθισμένοι, μήτε λόγων τέχνην ἠσκηκότες· ἀγάπης δὲ ἡμᾶς προτρεπομένης σοί τε καὶ πᾶσι τοῖς μετά σου μηνύσαι τὰ μέχρι μὲν νῦν κεκρυμμένα, ἤδη δὲ κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ εἰς φανερὸν ἐληλυθότα διδάγματα αὐτῶν· « οὐδὲν « γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτόν, « ὃ οὐ γνωσθήσεται ».

cerebrum exspuerunt* (sed plurimi integrum sanumque habent). Simile profert DINDORF (ed. opp. s. Epiph. p. 637) ex ps. Demosthenis orat. de Halonneso, p. 88, 1: « siquidem « vos cerebrum in reconditis, non « in naricibus prolapsum fovetis ».

(1) Aperta allusio ad Βυθὸν gnost.

(2) Gr. = falsa docent.

(3) MATTH. X, 26. Cfr. Vulg.

3. Non autem exquires a nobis, qui apud Celtas commoramur, et in barbarum sermonem plerumque vacamus, orationis artem, quam non didicimus, neque vim conscriptoris, quam non affectavimus, neque ornamentum verborum, neque suadelam, quam nescimus: sed simpliciter et vere et idiotice (1) ea, quae tibi cum dilectione scripta sunt, cum dilectione percipies, et ipse auges ea penes te, ut magis idoneus quam nos, quasi semen et initia accipiens a nobis: et in latitudine sensus tui in multum fructificabis ea, quae in paucis a nobis dicta sunt, et potenter asseres iis, qui tecum sunt, ea quae invalide a nobis relata sunt. Et quemadmodum nos elaboravimus, olim quaerenti tibi discere sententiam eorum, non solum facere tibi manifestam, sed et subministrationem dare, uti ostenderemus eam falsam: sic et tu efficaciter reliquis ministrabis secundum gratiam, quae

3. Οὐκ ἐπιζητήσεις δὲ παρ' ἡμῶν, τῶν ἐν Κελτοῖς διατριβόντων καὶ περὶ βάρβαρον διάλεκτον τὸ πλεῖστον ἀσχολουμένων, λόγων τέχνην, ἣν οὐκ ἐμάθομεν, οὔτε δύναμιν συγγραφέως, ἣν οὐκ ἠσκήσαμεν, οὔτε καλλωπισμὸν λέξεων, οὔτε πιθανότητα, ἣν οὐκ οἴδαμεν· ἀλλὰ ἁπλῶς, καὶ ἀληθῶς, καὶ ἰδιωτικῶς τὰ μετὰ ἀγάπης σοὶ γραφέντα, μετὰ ἀγάπης προσδέξῃ, καὶ αὐτὸς αὐξήσεις αὐτὰ παρὰ σεαυτῷ, ἅτε ἱκανώτερος ἡμῶν τυγχάνων, οἱονεὶ σπέρματα καὶ ἀρχὰς λαβὼν παρ' ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ πλάτει σου τοῦ νοῦ ἐπὶ πολὺ καρποφορήσεις τὰ δι' ὀλίγων ὑφ' ἡμῶν εἰρημένα, καὶ δυνατῶς παραστήσεις τοῖς μετὰ σοῦ τὰ ἀσθενῶς ὑφ' ἡμῶν ἀπηγγελμένα· καὶ ὡς ἡμεῖς ἐφιλοτιμήθημεν, πάλαι ζητοῦντός σου μαθεῖν τὴν γνώμην αὐτῶν, μὴ μόνον σοὶ ποιῆσαι φανεράν, ἀλλὰ καὶ ἐφόδια δοῦναι πρὸς τὸ ἐπιδεικνύειν αὐτὴν ψευδῆ, οὕτως καὶ σὺ φιλοτίμως τοῖς λοιποῖς διακονήσεις, κατὰ τὴν χάριν τὴν

(1) = *proprie*, secundum eorum characterem; vel, iuxta alios, absque affectatione, candide. Sequentia vide et. in Εἰς ἐπίδειξιν (§ 1, in med.) ad Marcianum fratrem eadem ratione scripta.

tibi a Domino data est, ut iam non abstrahantur homines ab illorum suadela, quae est talis.

CAP. I. NARRATIO OMNIS ARGUMENTI VALENTINI DISCIPULORUM. 1. Dicunt(1) esse quemdam in invisibilibus, et inenarrabilibus altitudinibus perfectum Aeonem,(2) qui ante fuit. Hunc autem et Proarchen, et Propatora, et Bython vocant: esse autem illum invisibilem, et quem nulla res capere possit.(3) Cum autem a nullo caperetur, et esset invisibilis, sempiter-

ὑπὸ τοῦ Κυρίου σοὶ δεδομένην, εἰς τὸ μηκέτι παρασύρεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς ἐκείνων πιθανολογίας, οὔσης τοιαύτης.

I, 1. Λέγουσί τινα εἶναι ἐν ἀοράτοις καὶ ἀκατωνομάστοις ὑψώμασι τέλειον Αἰῶνα προόντα· τοῦτον δὲ καὶ Προαρχὴν καὶ Προπάτορα καὶ Βυθὸν καλοῦσιν. .... ὑπάρχοντα δ' αὐτὸν ἀχώρητον

(1) Graecis Epiph. hic iungitur summula THEODORETI [*Haer. fab.* I, 7]; cfr. et TERTULL. *Adv. Val.* Liquet ex praefatis doctrinam Valentini ex schola Ptolemaei ab Ir. describi. De Ptolemaei vita nihil fere novimus. Nuperrime HARNACK *coniecit* eum Romae docuisse c. a. 145 ac (ex Eus. IV, 17) martyrem occubuisse c. a. 150–152 [*Texte u. Unt.* XII, 2, II, p. 3]. De scriptis autem non superest nisi *epist. ad Floram* (ap. EPIPH. *Haer.* XXXIII, 3–7; cfr. Iren. I, VII, 3): conclusio huius ep. nostra innuere videtur. Fontes autem scripti ab Ir. afferuntur Ὑπομνήματα ex quibus *saltem* Comm. in Prol. Ioann. *ipsis dictionibus* exhibetur (cap. VIII, 15). — Haec doctrina scholae italicae conferenda est cum seriori descriptione scholae orientalis quae *Philos.* VI–VII; *Excerpt. ex Theodoto* [ap. Clem. *Strom.* VIII] ac quibusdam scriptis copticis [*Pistis Sophia, Liber Ieû* etc. apud SCHMIDT, *Schrift. kopt. gnost.*, Lipsiae, 1905] exhibetur; (cfr. de his Proleg. p. 43 sqq.).

Irenaeo antiquiora sed exigua habes in PS. TERTULL. *Adv. omn. haer.* [rec. Kroymann, 1906, p. 218 sq.], VALENTINI *fragm.* [apud Clem. Alex. *Strom.* I–VI pass.]; fragm. HERACLEONIS apud Orig. Comm. in Ioann. (rec. A. E. Brooke, Cambridge, 1891). Haec quidem omnia bene Iren. inlustrant et, vicissim, ab eo inlustrantur, ut iam dubium superesse nequeat de Ir. veracitate.

(2) Aeonem, graece Αἰὼν = *aeternus* (vel *aevus*). *Dei* vice hoc nomen assumitur a Platone (*Tim.* 38A) et Epicteto (cfr. ARRIAN. II, 5).

(3) Haec pauca graecis desunt.

nus, et ingenitus, in silentio et in quiete multa fuisse in immensis aeonibus.(1) Cum ipso autem fuisse et Ennoean, quam etiam Charin et Sigen vocant: et aliquando voluisse a semetipso emittere hunc Bythum initium omnium (et velut semen prolationem hanc praemitti voluit), et eam deposuisse quasi in vulva eius, quae cum eo erat, Sige. Hanc autem suscepisse semen hoc, et praegnantem factam generasse Nun, similem et aequalem ei, qui emiserat, et solum capientem magnitudinem Patris. Nun autem hunc, et Unigenitum vocant, et Patrem, et Initium omnium. Una autem cum eo emissam Veritatem, et hanc esse primam et primogenitam pythagoricam quaternationem, quam et radicem omnium dicunt.(2) Est enim Bythus et Sige, deinde

καὶ ἀόρατον, ἀΐδιόν τε καὶ ἀγέννητον, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἠρεμίᾳ πολλῇ γεγονέναι ἐν ἀπείροις αἰῶσι. Συνυπάρχειν δ' αὐτῷ καὶ Ἔννοιαν, ἣν δὴ καὶ Χάριν, καὶ Σιγὴν ὀνομάζουσι· καί ποτε ἐννοηθῆναι ἀφ' ἑαυτοῦ προβαλέσθαι τὸν Βυθὸν τοῦτον ἀρχὴν τῶν πάντων, καὶ καθάπερ σπέρμα τὴν προβολὴν ταύτην, ἣν προβαλέσθαι ἐνενοήθη, καὶ καταθέσθαι ὡς ἐν μήτρᾳ τῇ συνυπαρχούσῃ ἑαυτῷ Σιγῇ. Ταύτην δὲ ὑποδεξαμένην τὸ σπέρμα τοῦτο καὶ ἐγκύμονα γενομένην ἀποκυῆσαι Νοῦν, ὅμοιόν τε καὶ ἴσον τῷ προβαλόντι, καὶ μόνον χωροῦντα τὸ μέγεθος τοῦ πατρός· τὸν δὲ Νοῦν τοῦτον καὶ Μονογενῆ καλοῦσι, καὶ Πατέρα, καὶ Ἀρχὴν τῶν πάντων· Συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ Ἀλήθειαν, καὶ εἶναι ταύτην πρώτην καὶ ἀρχέγονον πυθαγορικὴν τετρακτὺν, ἣν καὶ ῥίζαν τῶν πάντων

(1) Restitue *aevis* vel saeculis: inopportuna hic Aeonum mentio.

(2) Pythagoreis utique ἡ πηγὴ τῆς φύσεως ἡ τετρακτύς (cfr. *Philosophum.* I) quia quaternarius numerus in se causam continet omnis numeri (ibid.) vel quia quattuor sunt mundi elementa. Verum haec cogitatio non prima Valentinum occupavit, qui de Sige nil habens pro quaternitate triadem ponit Abyssi Mentis et Veritatis, non tam ex theologiae aegyptiae [Nun-Ra-Mat] quam ex neoplatonicorum placitis quibus *Mens* per *Verbum* cuncta dicitur creasse; *Deus* vero a creatis omnino fingitur remotus (cfr. PSEUDO TERTULL. l. c.).

Nus et Alethia. Sentientem autem Unigenitum hunc in quae prolatus est,(1) emisisse et ipsum Logon et Zoen, patrem omnium eorum, qui post se futuri essent, et initium et formationem universi Pleromatis. De Logo autem et Zoe emissum, secundum coniugationem, Hominem et Ecclesiam, et esse hanc primogenitam octonationem, radicem et substantiam omnium, quatuor nominibus apud eos nuncupatam, Bython, et Nun, et Logon, et Anthropon.(2) Esse enim illorum unumquemque masculo-feminam, sic: initio

καλοῦσιν· ἔστι γὰρ Βυθὸς καὶ Σιγὴ, ἔπειτα Νοῦς καὶ Ἀλήθεια. Αἰσθόμενόν τε τὸν Μονογενῆ τοῦτον ἐφ' οἷς προεβλήθη, προβαλεῖν καὶ αὐτὸν Λόγον καὶ Ζωὴν, πατέρα πάντων τῶν μετ' αὐτὸν ἐσομένων, καὶ ἀρχὴν καὶ μόρφωσιν παντὸς τοῦ Πληρώματος. Ἐκ δὲ τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς προβεβλῆσθαι κατὰ συζυγίαν Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν· καὶ εἶναι ταύτην ἀρχέγονον Ὀγδοάδα, ῥίζαν καὶ ὑπόστασιν τῶν πάντων, τέτρασιν ὀνόμασι παρ' αὐτοῖς καλουμένην, Βυθῷ, καὶ Νῷ, καὶ Λόγῳ, καὶ Ἀνθρώπῳ. Εἶναι γὰρ αὐτῶν ἕκαστον ἀῤῥενόθηλυν, οὕτως· πρῶτον τὸν Προπάτορα

(1) Haec reddit TERT. l. c.: « Nus « simul accepit prolationis suae of« ficium », quod ex seqq. explicatur. His nempe obscure innuitur *lex imitationis* [κατ' ἀκολουθίαν, Hippol.], vi cuius Aeon integram quam accepit vim prolificam ⟨gloriam⟩ Patris, declarare seu exserere debet nova emissione priori simili. Hoc, uti patet, principium est emanationum quae mox describentur et similitudinis, quae in tribus mundi partibus reperitur.

(2) Attende in his nominibus gradualem manifestationem Dei ad extra: qui nempe Abyssus erat, hic ut Mens revelatur, Mens autem in Logon prorumpit, qui ad Hominem pervenit totius mundi imaginem. Nota et syzygiam unum esse masculo femininum, ut mox dicetur: Deus enim ipse (c. s.) unus est Bythos qui in semetipso principium generationis invenit et parit ⟨cfr. de his AMÉLINEAU, *Essai*, p. 292 sqq. ANRICH, *Antike Mysterienw.*, qui hanc doctrinam gnosticos ex Orphicorum mysteriosophia desumpsisse docet, demum HIPPOL. qui pythagoricam eiusdem originem pluribus ostendit. *Philos.* l. I⟩. Partus vero quia parenti similis, et ipse syzygos et ita porro: hinc ogdoas reapse nonnisi *tetras* est in Valentini germana sententia [Cfr. TERTULL. l. c.].

Propatorem illum coisse secundum coniugationem suae Ennoeae, id est cogitationi, quam Gratiam et Silentium vocant: Unigenitum autem, hoc est Nun, Alethiae, id est Veritati: Logon autem Zoae, id est Vitae: et Anthropon cum Ecclesia.

2. Hos autem Aeonas in gloriam Patris emissos, volentes et ipsos de suo clarificare Patrem, emisisse emissiones in coniugatione; Logon quidem et Zoen posteaquam emissus est Homo et Ecclesia, alteros decem Aeonas, quorum nomina dicunt haec: Bythius et Mixis, Ageratos et Henosis, Autophyes et Hedone, Acinetos et Syncrasis, Monogenes et Macaria. Hi decem Aeones, quos dicunt ex Logo et Zoe emissos. Anthropon autem et ipsum emisisse cum Ecclesia Aeonas duodecim, quibus nomina haec donant: Paracletus et Pistis, Patricos et Elpis, Metricos et Agape, Aenos et Synesis, Ecclesiasticos et Macariotes, Theletos et Sophia.(1)

ἡνῶσθαι κατὰ συζυγίαν τῇ ἑαυτοῦ Ἐννοίᾳ· τὸν δὲ Μονογενῆ, τουτέστι τὸν Νοῦν, τῇ Ἀληθείᾳ· τὸν δὲ Λόγον τῇ Ζωῇ, καὶ τὸν Ἄνθρωπον τῇ Ἐκκλησίᾳ.

2. Τούτους δὲ τοὺς Αἰῶνας εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς προβεβλημένους, βουληθέντας καὶ αὐτοὺς διὰ τοῦ ἰδίου δοξάσαι τὸν Πατέρα, προβαλεῖν προβολὰς ἐν συζυγίᾳ· τὸν μὲν Λόγον καὶ τὴν Ζωὴν, μετὰ τὸ προβαλέσθαι τὸν Ἄνθρωπον καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ἄλλους δέκα Αἰῶνας, ὧν τὰ ὀνόματα λέγουσι ταῦτα· Βύθιος καὶ Μῖξις, Ἀγήρατος καὶ Ἕνωσις, Αὐτοφυὴς καὶ Ἡδονὴ, Ἀκίνητος καὶ Σύγκρασις, Μονογενὴς καὶ Μακαρία· οὗτοι δέκα Αἰῶνες, οὓς φάσκουσιν ἐκ Λόγου καὶ Ζωῆς προβεβλῆσθαι. Τὸν δὲ Ἄνθρωπον καὶ αὐτὸν προβαλεῖν μετὰ τῆς Ἐκκλησίας Αἰῶνας δώδεκα, οἷς ταῦτα τὰ ὀνόματα χαρίζονται· Παράκλητος καὶ Πίστις, Πατρικὸς καὶ Ἐλπὶς, Μητρικὸς καὶ Ἀγάπη, Ἀείνους καὶ Σύνεσις, Ἐκκλησιαστικὸς καὶ Μακαριότης, Θελητὸς καὶ Σοφία·

(1) In schola orient. [*Philos.* VI, 11, 29] Nous et Aletheia decadem, Logos et Zoe duodecadem procreant ⟨ex PS. TERT. l. c.; PHILASTR. etc., duodecadem ante decadem⟩. Nomina curiosius investigari mitti-

3. Hi sunt triginta erroris eorum Aeones, qui tacentur et non agnoscuntur. Hoc invisibile et spiritale secundum eos Pleroma, tripartite divisum in octonationem, et decada, et duodecada:(1) et propter hoc Salvatorem dicunt (nec enim Dominum eum nominare volunt(2)) triginta annis in manifesto nihil fecisse,(3) ostendentem mysterium horum Aeonum. Sed et in parabola eorum operariorum, qui in vineam mittuntur,(4) dicunt manifestissime triginta hos Aeonas de-

3. Οὗτοί εἰσιν οἱ τριάκοντα Αἰῶνες τῆς πλάνης αὐτῶν, οἱ σεσιγημένοι καὶ μὴ γινωσκόμενοι· τοῦτο τὸ ἀόρατον καὶ πνευματικὸν κατ' αὐτοὺς Πλήρωμα, τριχῇ διεσταμένον εἰς ὀγδοάδα, καὶ δεκάδα, καὶ δωδεκάδα. Καὶ διὰ τοῦτο τὸν Σωτῆρα λέγουσιν (οὐδὲ γὰρ Κύριον αὐτὸν ὀνομάζειν θέλουσι) τριάκοντα ἔτεσι κατὰ τὸ φανερὸν μηδὲν πεποιηκέναι, ἐπιδεικνύντα τὸ μυστήριον τούτων τῶν Αἰώνων. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς παραβολῆς τῶν εἰς τὸν ἀμπελῶνα πεμπομένων ἐργατῶν φασι φανερώτατα τοὺς τριάκοντα τού-

mus: Massuet (et Harvey) decadem considerat tamquam Verbi Dei, duodecadem tamquam Spiritus S. enarrationem; Amélineau (p. 200 sq.) attendit in decade *masculos* Aeones *substantivis* nominibus, *feminas* vero *adiectivis*; et quidem ita, ut illa attributa Abyssi denotent, ista vero gradatim degenerent donec Aeon praevaricator Sophia emittatur: in duodecade vero *spiritûs* attributa facultatibus *animae* copulari. Verum, nulla certa lege haec nomina proferri, sed, ut habet ipse Ir. II, 14, 8 «frustra et «prout evenit», suadent ab Epiph. relata pro eisdem aeonibus [haer. 31, 2] Ἀμφιοῦ, Αὐρααν Βουκουά etc.! Neque haec mysteriosa vacuitas ab indole gnosticismi absona est.

(1) Pleromatis primum conceptum Valentino praebuisse aegyptiorum pantheon [*paut-neteru* generatim ex *octo* diis] auctor est Amélineau (p. 293 sq.), verum id maxime desumptum est ex oppositione platonica mundi huius vacui et fluxi (κήνωμα = vacuum), mundo ideali, aeterno ac spiritu *pleno* qui ex ideis archetypis [Aeonibus?] efformatur. Divisionem vero iuxta ordinem (4 + 4) + 10 + 12 = 30 pythagorica est: de 4 c. s.; 10 numerus est perfectus qui 4 priores numeros continet (1 + 2 + 3 + 4 = 10): 12 vero (= 4 × [4 − 1]) imperfectionem involvit.

(2) Dominus enim nomen Dei; vel quia, ut notum est, hebraei יהוה legunt Adonai = Dominus meus.

(3) Cfr. Luc. III, 23.

(4) Cfr. Matth. XX, 2.

claratos. Mittuntur enim alii quidem circa primam horam, alii circa tertiam, alii circa sextam, alii circa nonam, alii circa undecimam. Compositae igitur praedictae horae in semetipsas, triginta numerum adimplent. Una enim, et tres, et sex, et novem, et undecim, triginta fiunt. Per horas autem Aeonas manifestari volunt: et haec esse magna et admirabilia et abscondita mysteria, quae ipsi fructificant: et sicubi quid eorum, quae dicuntur(1) in Scripturis, poterunt adaptare, et assimilare figmento suo.

Cap. II, 1. [*WH. I, 2*]. Et Propatorem quidem eorum cognosci soli dicunt ei, qui ex eo natus est, Monogeni, hoc est, No: reliquis vero omnibus invisibilem et incomprehensibilem esse. Solus autem Nus, secundum eos, delectabatur videns Patrem, et magnitudinem immensam eius considerans exsultabat, et excogitabat reliquis quoque Aeonibus

τους Αἰῶνας μεμηνῦσθαι· πέμπονται γὰρ οἱ μὲν περὶ πρώτην ὥραν, οἱ δὲ περὶ τρίτην, οἱ δὲ περὶ ἕκτην, οἱ δὲ περὶ ἐνάτην, ἄλλοι δὲ περὶ ἑνδεκάτην· συντιθέμεναι οὖν αἱ προειρημέναι ὧραι εἰς αὐτὰς, τὸν τῶν τριάκοντα ἀριθμὸν ἀναπληροῦσι· μία γὰρ, καὶ τρεῖς, καὶ ἕξ, καὶ ἐννέα, καὶ ἕνδεκα, τριάκοντα γίνονται· διὰ δὲ τῶν ὡρῶν τοὺς Αἰῶνας μεμηνῦσθαι θέλουσι. Καὶ ταῦτ' εἶναι τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ καὶ ἀπόῤῥητα μυστήρια, ἃ καρποφοροῦσιν αὐτοὶ, καὶ εἴ που τι τῶν ἐν πλήθει εἰρημένων ἐν ταῖς Γραφαῖς δυνηθείη προσαρμόσαι, καὶ εἰκάσαι τῷ πλάσματι αὐτῶν.

II, 1. Τὸν μὲν οὖν Προπάτορα αὐτῶν γινώσκεσθαι μόνῳ λέγουσι τῷ ἐξ αὐτοῦ γεγονότι Μονογενεῖ, τουτέστι τῷ Νῷ, τοῖς δὲ λοιποῖς πᾶσιν ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον ὑπάρχειν. Μόνος δὲ ὁ Νοῦς κατ' αὐτοὺς ἐτέρπετο θεωρῶν τὸν Πατέρα, καὶ τὸ μέγεθος τὸ ἀμέτρητον αὐτοῦ κατανοῶν ἠγάλλετο· καὶ διενοεῖτο καὶ τοῖς

(1) «In multitudine» [ἐν πλήθει] delevit fortasse incautus scriba, quum comma initio simile «in Scripturis» occurrat; intellige: quidquid de *certa* multitudine habent Scripturae. Cfr. c. 18, l. II, 24.

participare magnitudinem Patris; quantus et quam magnus exsisteret, et quemadmodum erat sine initio, et incapabilis, et incomprehensibilis ad videndum. Continuit autem eum Sige voluntate Patris, quoniam vellet omnes hos in intellectum et desiderium exquisitionis Patris sui adducere. Et reliqui quidem omnes Aeones tacite quodammodo desiderabant prolatorem seminis sui videre, et eam, quae sine initio est, radicem contemplari.(1)

2. Praesiliit autem valde ultimus et iunior de duodecade ea, quae ab Anthropo et Ecclesia emissa fuerat, Aeon, hoc est Sophia: et passa est passionem sine complexu coniugis Theleti; quae (2) exorsa quidem fuerat in his, quae sunt erga

λοιποῖς Αἰῶσιν ἀνακοινώσασθαι τὸ μέγεθος τοῦ Πατρὸς, ἡλίκος τε καὶ ὅσος ὑπῆρχε, καὶ ὡς ἦν ἄναρχός τε καὶ ἀχώρητος, καὶ ἀκατάληπτος ἰδεῖν· κατέσχε δὲ αὐτὸν ἡ Σιγὴ βουλήσει τοῦ Πατρὸς, διὰ τὸ θέλειν πάντας αὐτοὺς εἰς ἔννοιαν καὶ πόθον ζητήσεως τοῦ προειρημένου Προπάτορος αὐτῶν ἀναγαγεῖν. Καὶ οἱ μὲν λοιποὶ ὁμοίως Αἰῶνες ἡσυχῇ πως ἐπεπόθουν τὸν προβολέα τοῦ σπέρματος αὐτῶν ἰδεῖν, καὶ τὴν ἄναρχον ῥίζαν ἱστορῆσαι.

2. Προήλατο δὲ πολὺ ὁ τελευταῖος καὶ νεώτατος τῆς δωδεκάδος, τῆς ὑπὸ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας προβεβλημένης, Αἰὼν, τουτέστιν ἡ Σοφία, καὶ ἔπαθε πάθος ἄνευ τῆς ἐπιπλοκῆς τοῦ συζύγου τοῦ Θελητοῦ· ὃ ἐνήρξατο μὲν ἐν τοῖς περὶ τὸν

(1) Huc quoque Ptol. a schola orient. videtur differre. Quae enim schola de hac Mentis praerogativa nil cogitans, Sophiae lapsum ideo explicat, quod et haec voluerit sicut Bythos, sine amplexu coniugis Theleti, procreare; non intelligens nempe Bython primum ex masculis, se vero ultimam ex feminis ideo imperfectissimam esse (*Philos.* VI, 30). Elegantius Ptol. hoc exemplo docet Spiritum tantum [mentem] rimari profunda Dei, ac nonnisi ex defectu Verbi (iussu Silentii) a communicandis quae noverat prohiberi (cfr. *Exc. Theod.* 29).

(2) Sensus est: passio... (desiderium exquirendi Patrem) iam exorsa fuerat, quum prolatio Mentis et Veritatis a Patre facta est, effectum vero habuit in Sophia depravata etc. [cfr. TERT. *Adv. Val.* 9]. Ratio philosophica est in promptu. Causa mundi visibilis ex lege imi-

Nun et Alethiam; derivavit autem in hunc Aeonem, id est Sophiam, demutatam, sub occasione quidem dilectionis, temeritatis autem, quoniam non communicaverat Patri perfecto, quemadmodum et Nus. Passionem autem esse exquisitionem Patris: voluit enim, ut dicunt, magnitudinem eius comprehendere. Dehinc quum non posset, quoniam impossibilem rem aggrederetur, in magna agonia constitutum propter magnitudinem altitudinis, et propter quod investigabile Patris est, et propter eam quae erat erga eum dilectionem, quum extenderetur semper in priora,(1) a dulcedine eius novissime forte absorptum fuisset, et resolutum in universam substantiam,(2) nisi ei, quae confirmat, et extra

Νοῦν καὶ τὴν Ἀλήθειαν, ἀπέσκηψε δὲ εἰς τοῦτον τὸν παρατραπέντα, προφάσει μὲν ἀγάπης, τόλμης δὲ, διὰ τὸ μὴ κεκοινῶσθαι τῷ Πατρὶ τῷ τελείῳ, καθὼς καὶ ὁ Νοῦς. Τὸ δὲ πάθος εἶναι ζήτησιν τοῦ Πατρός· ἤθελε γὰρ, ὡς λέγουσι, τὸ μέγεθος αὐτοῦ καταλαβεῖν· ἔπειτα μὴ δυνηθῆναι, διὰ τὸ ἀδυνάτῳ ἐπιβαλεῖν πράγματι, καὶ ἐν τῶ πολλῷ πάνυ ἀγῶνι γενόμενον, διά τε τὸ μέγεθος τοῦ βάθους, καὶ τὸ ἀνεξιχνίαστον τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν, ἐκτεινόμενον ἀεὶ ἐπὶ τὸ πρόσθεν, ὑπὸ τῆς γλυκύτητος αὐτοῦ τελευταῖον ἂν καταπεπόσθαι, καὶ ἀναλελύσθαι εἰς τὴν ὅλην οὐσίαν, εἰ μὴ τῇ στηριζούσῃ καὶ ἐκτὸς τοῦ ἀῤῥήτου

tationis *eadem* est qua mundus invisibilis exstitit, etsi depravata (hinc ibi in masculo, huc in femina): est enim desiderium sui principii cognoscendi, quo et Pater emittit Nun similem ei per omnia.· Ut haec identitas graphice exhibeatur, passio haec per Aeones transmigrare dicitur (cfr. IR. II, 17, 5 sqq.; *Exc. Theod.* 7). Attende etiam cum GRABE pro « derivavit » graece vocem medicis usitatam ἀπέσκηψε adhiberi, de qua GALENUS: « Aposcemmata vocant affectiones « quum humores, loco quem prius « infestabant relicto, in alterum « confluunt ». Hinc TERT. l. c.: « derivarat – ait – ut solent vitia « in corpore (nota!) connata, in « aliud membrum perniciem suam « efflare ».

(1) Cfr. pro modo loquendi *Philip.* III, 3; immo Paulus ipse in figura Achamoth exhibetur VIII, 2.

(2) Cfr. TERT. l. c. Nota poëticam imaginem *mali* quod semel

inenarrabilem magnitudinem custodit omnia, occurrisset virtuti. Hanc autem virtutem et Horon vocant; a qua abstentum et confirmatum, vix reversum in semetipsum, et credentem iam, quoniam incomprehensibilis est Pater, deposuisse pristinam intentionem cum ea, quae acciderat, passione, ex illa stuporis admiratione.

3. [*WH. I, 3*]. Quidam autem ipsorum huiusmodi passionem et reversionem Sophiae, velut fabulam narrant: impossibilem et incomprehensibilem rem eam aggressam, peperisse substantiam informem, qualem naturam habebat femina (1) parere: in quam cum intendisset, primo quidem

μεγέθους φυλασσούσῃ τὰ ὅλα συνέτυχε δυνάμει. Ταύτην δὲ τὴν δύναμιν καὶ Ὅρον καλοῦσιν, ὑφ' ἧς ἐπεσχῆσθαι καὶ ἐστηρίχθαι, καὶ μόγις ἐπιστρέψαντα εἰς ἑαυτὸν, καὶ πεισθέντα ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ὁ Πατὴρ, ἀποθέσθαι τὴν προτέραν ἐνθύμησιν σὺν τῷ ἐπιγενομένῳ πάθει ἐκ τοῦ ἐκπλήκτου ἐκείνου θαύματος.

3. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν οὕτω πως τὸ πάθος τῆς Σοφίας καὶ τὴν ἐπιστροφὴν μυθολογοῦσιν· ἀδυνάτῳ καὶ ἀκαταλήπτῳ πράγματι αὐτὴν ἐπιχειρήσασαν τεκεῖν οὐσίαν ἄμορφον, οἵαν φύσιν ἔσχεν θήλεια τεκεῖν· ἣν καὶ κατανοήσασαν, πρῶτον μὲν λυπηθῆναι

conceptum in immensum extenditur (cfr. c. 3) cui utique Pater universorum *terminum* (Ὅρον) indicit. Reflectitur hic et doctrina platonica malum non esse nisi ex deficientia virtutis in causa (Sapientia incapax Abyssi). Cfr. fragm. VAL. apud CLEM. *Strom.* III: « metum conceperunt Angeli, quando maiora « eloquutum est quam quae creatae rei convenirent, liberius loquendi sumpta fiducia de eo qui « invisibiliter dederat ei semen supernae essentiae » (de homine tamen dicta) [cfr. alia apud MIGNE, *P. G.* VII, 1274].

Reversio Sophiae iuxta hos in hoc est ut illa intra Pleroma sit retenta: Enthymesim vero et superventam passionem deposuerit, utique extra Pleroma. Id insequens opinio veluti per partum mythologico more concretam reddit (ita intell. « veluti fabulam « narrant » = μυθολογοῦσιν).

(1) Nempe: ut solet femina sine complexu viri. *Philos.* VI, 30: « in « ingenito – aiunt – omnia sunt simul; in genitis vero femina quidem est quae *materiam* profert, « mas autem qui *formam* huic dat »; ubi influxus Aristotelicae doctri-

contristatam, propter inconsummationem generationis: post deinde timuisse, ne hoc ipsum finem habeat: (1) dehinc expavisse et aporiatam, ⟨id est, confusam,⟩ quaerentem causam, et quemadmodum absconderet id, quod erat natum. In his autem passionibus factam, accepisse regressionem, et in Patrem regredi conari: et aliquamdiu ausam, tamen defecisse, et supplicem Patris factam. Una autem cum ea rogasse et reliquos Aeonas, maxime autem Nun. Hinc dicunt primum initium habuisse substantiam materiae, de ignorantia, et taedio, et timore, et stupore.

4. Pater autem praedictum Horon super haec per Monogenem praemittit in imagine sua, sine coniuge, masculofeminam. (2) Patrem enim aliquando quidem cum coniuge Sige, modo vero et pro masculo, et pro femina esse vo-

διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς γενέσεως, ἔπειτα φοβηθῆναι μὴ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τέλος ἔχῃ· εἶτα ἐκστῆναι καὶ ἀπορῆσαι, ζητοῦσαν τὴν αἰτίαν, καὶ ὅντινα τρόπον ἀποκρύψει τὸ γεγονός. Ἐγκαταγενομένην δὲ τοῖς πάθεσι λαβεῖν ἐπιστροφὴν, καὶ ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀναδραμεῖν πειρασθῆναι, καὶ μέχρι τινὸς τολμήσασαν, ἐξασθενῆσαι καὶ ἱκέτιν τοῦ Πατρὸς γενέσθαι· συνδεηθῆναι δὲ αὐτῇ καὶ τοὺς λοιποὺς Αἰῶνας, μάλιστα δὲ τὸν Νοῦν. Ἐντεῦθεν λέγουσι πρώτην ἀρχὴν ἐσχηκέναι τὴν οὐσίαν τῆς ὕλης, ἐκ τῆς ἀγνοίας, καὶ τῆς λύπης, καὶ τοῦ φόβου, καὶ τῆς ἐκπλήξεως,

4. Ὁ δὲ Πατὴρ τὸν προειρημένον Ὅρον ἐπὶ τούτοις διὰ τοῦ Μονογενοῦς προβάλλεται ἐν εἰκόνι ἰδίᾳ, ἀσύζυγον, ἀθήλυντον· τὸν γὰρ Πατέρα ποτὲ μὲν μετὰ συζυγίας τῆς Σιγῆς, ποτὲ δὲ καὶ ὑπὲρ ἄῤῥεν, καὶ ὑπὲρ θῆλυ εἶναι θέλουσι. Τὸν δὲ Ὅρον

nae, Hippolyto invisae, evidens est omnino.

(1) Cfr. TERTULL. l. c., vel melius *Exc. Theod.* 31; *Philos.* VI, 31: « contristati sunt [i. e. *omnes* Aeo« nes] putantes ne similiter infor« mes et inconsummati partus Aeo« num forent; timuerunt vero ne « ruina quaedam haud diutius Aeo« nes maneret » etc.

(2) Ex graec. habes: «... Horon, « non in syzygia, ideo sine femina » quemadmodum et ipse est. [Cfr. *Philos.* l. c.]. Interpres errat.

lunt. Horon vero hunc et Stauron, et Lytroten, et Carpisten, et Horotheten, et Metagogea vocant.(1) Per Horon autem hunc dicunt mundatam et confirmatam Sophiam, et restitutam coniugi. Separata enim intentione ab ea cum appendice passione,(2) ipsam quidem infra Pleroma perseverasse. Concupiscentiam vero eius cum passione, ab Horo separatam et crucifixam, et extra eum factam, esse quidem spiritalem substantiam, ut naturalem quemdam Aeonis impetum, informem vero et sine specie, quoniam nihil(3) apprehendisset. Et propter hoc fructum eius invalidum et femineum dicunt.

5. [*WH. I, 4*]. Postea vero quam separata sit haec

τοῦτον καὶ Σταυρὸν, καὶ Λυτρωτὴν, καὶ Καρπιστὴν, καὶ Ὁροθέτην, καὶ Μεταγωγέα καλοῦσι. Διὰ δὲ τοῦ Ὅρου τούτου φασὶ κεκαθάρθαι καὶ ἐστηρίχθαι τὴν Σοφίαν, καὶ ἀποκατασταθῆναι τῇ συζυγίᾳ· χωρισθείσης γὰρ τῆς Ἐνθυμήσεως ἀπ' αὐτῆς σὺν τῷ ἐπιγινομένῳ πάθει, αὐτὴν μὲν ἐντὸς Πληρώματος μεῖναι· τὴν δὲ ἐνθύμησιν αὐτῆς σὺν τῷ πάθει ὑπὸ τοῦ Ὅρου ἀφορισθῆναι καὶ ἀποσταυρωθῆναι, καὶ ἐκτὸς αὐτοῦ γενομένην, εἶναι μὲν πνευματικὴν οὐσίαν, φυσικήν τινα Αἰῶνος ὁρμὴν τυγχάνουσαν, ἄμορφον δὲ καὶ ἀνείδεον διὰ τὸ μηδὲν καταλαβεῖν· καὶ διὰ τοῦτο καρπὸν ἀσθενῆ καὶ θῆλυν αὐτὸν λέγουσιν.

5. Μετὰ δὲ τὸ ἀφορισθῆναι αὐτὴν ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος

(1) Cfr. TERT. *Adv. Val.* (in hac *Bibl.* III, 552, not. 1); *Exc. Theod.* 42; *Philos.* l. c. σταυρόν heic est *vallum* non *crucem* [cfr. *Iliad.* Ω 453 sqq.; HIPP. VI, 31: εἰς φρουρὰν καὶ *Χαράκωμα* τῶν Αἰώνον προβεβλημένος]; idem dic de insequente *crucifixam* quod displicet inter « separatam » et « extra eum « factam »; attamen facilius utraque simul acceptio *crux* et *vallum* passim apud Gnosticos intenditur. Carpistes a καρπός = manus (non *fructus*), i. e. ac *secernitor* (qui nempe *palmo* manus frumentum a paleis secernit) [HARVEY].

(2) I. e. Enthymesi (= concupitum) cum passione huic connexa.

(3) Nempe *virilis seminis* ex dictis (p. 84, n. 1) : etenim κατά supponit alium a quo; ipsa vero mera Sophiae σύλληψις [HARVEY]. Nota quoque hoc semen esse gnosim. (Cfr. infra IV, 1; V, 6).

extra Pleroma Aeonum, et mater eius redintegrata suae coniugationi, Monogenem iterum alteram emisisse coniugationem, secundum providentiam Patris, (1) Christum et Spiritum sanctum, (2) a quibus consummatos esse dicunt Aeonas. Christum enim docuisse eos, coniugationis naturam, innati comprehensionem cognoscentes, sufficientes ⟨sive idoneos⟩ esse: (3) declarasse quoque in eis Patris agnitionem, quoniam incapabilis est, et incomprehensibilis, et non est neque videre, neque audire eum nisi per solum Monogenem. Et causam quidem aeternae perseverationis iis omnibus incomprehensibile Patris esse: generationis autem et formationis com-

τῶν Αἰώνων, τήν τε μητέρα αὐτῆς ἀποκατασταθῆναι τῇ ἰδίᾳ συζυγίᾳ, τὸν Μονογενῆ πάλιν ἑτέραν προβαλέσθαι συζυγίαν κατὰ προμήθειαν τοῦ Πατρὸς, ἵνα μὴ ὁμοίως ταύτῃ πάθῃ τις τῶν Αἰώνων, Χριστὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, εἰς πῆξιν καὶ στηριγμὸν τοῦ Πληρώματος, ὑφ' ὧν καταρτισθῆναι τοὺς Αἰῶνας. Τὸν μὲν γὰρ Χριστὸν διδάξαι αὐτοὺς συζυγίας φύσιν, ἀγεννήτου κατάληψιν γινώσκοντας, ἱκανοὺς εἶναι· ἀναγορεῦσαί τε ἐν αὐτοῖς τὴν τοῦ Πατρὸς ἐπίγνωσιν, ὅτι τε ἀχώρητός ἐστι καὶ ἀκατάληπτος, καὶ οὐκ ἔστιν οὔτε ἰδεῖν οὔτε ἀκοῦσαι αὐτόν, ἢ διὰ μόνου τοῦ Μονογενοῦς. Καὶ τὸ μὲν αἴτιον τῆς αἰωνίου διαμονῆς τοῖς λοιποῖς τὸ ἀκατάληπτον ὑπάρχειν τοῦ Πατρὸς, τῆς δὲ γενέσεως αὐτοῦ

(1) Restitue hic ex graecis et TERTULL. l. c.: « ne quae illa, alius « Aeonum similiter pateretur ». In Sch. Orient. Christus et Spiritus ante Horon processisse dicuntur ad perficiendam Enthymesin operatione quae apud Ir. c. IV, 1 narratur.

(2) Addit iterum TERTULL. ex graec.: « solidandis rebus, et Ple- « romati muniendo iamque fi- « gendo »; *consummatos* intellige perfectos (cfr. p. 85, n. 1): non enim clausus numerus Aeonum nisi per Iesum (infra p. 89, n. 2).

(3) I. e. « docuisse eos, qui ex « coniugatione naturam accepe- « rant (non ideo Monogene) con- « tentos esse debere si sciant quae « Ingeniti agnitionem spectant: an- « nuntiasse vero in eis de hac Pa- « tris agnitione quoniam » etc. « sive idoneos » est glossa marg. ex Tertull. De huius loci sententia cfr. l. IV, 6, 4, circa medium.

prehensibile eius, quod quidem filius est.(1) Et haec quidem qui nunc emissus erat Christus in eis operatus est.

6. Spiritus vero sanctus adaequatos eos omnes gratias agere docuit, et veram requiem induxit. Et sic forma et sententia similes factos Aeonas dicunt, universos factos Noas et Logos, et omnes Anthropos, et omnes Christos: et feminas similiter omnes Alethias, et Zoas, et Spiritus,(2) et Ecclesias. Confirmata quoque in hoc omnia, et requiescentia ad perfectum, cum magno gaudio dicunt hymnizare Propatorem, magnae exultationis participantem. Et propter hoc beneficium, una voluntate et sententia, universum Pleroma

καὶ μορφώσεως τὸ καταληπτὸν αὐτοῦ, ᾧ δὴ υἱός ἐστιν. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἄρτι προβληθεὶς Χριστὸς ἐν αὐτοῖς ἐδημιούργησε.

6. Τὸ δὲ ἓν Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξισωθέντας αὐτοὺς πάντας εὐχαριστεῖν ἐδίδαξε, καὶ τὴν ἀληθινὴν ἀνάπαυσιν εἰσηγήσατο. Οὕτως τε μορφῇ καὶ γνώμῃ ἴσους κατασταθῆναι τοὺς Αἰῶνας λέγουσι, πάντας γενομένους Νόας, καὶ πάντας Λόγους, καὶ πάντας Ἀνθρώπους, καὶ πάντας Χριστούς· καὶ τὰς θηλείας ὁμοίως πάσας Ἀληθείας, καὶ πάσας Ζωὰς, καὶ Πνεύματα, καὶ Ἐκκλησίας. Στηριχθέντα δὲ ἐπὶ τούτῳ τὰ ὅλα, καὶ ἀναπαυσάμενα τελέως, μετὰ μεγάλης χαρᾶς φησὶν ὑμνῆσαι τὸν Προπάτορα, πολλῆς εὐφρασίας μετασχόντα. Καὶ ὑπὲρ τῆς εὐποιΐας ταύτης βουλῇ μιᾷ καὶ γνώμῃ τὸ πᾶν Πλήρωμα τῶν Αἰώνων, συνευδοκοῦντος

(1) « Ut reliqui Aeones in Plero- « mate perseverare possint requiri- « tur ut agnoscant Patrem com- « prehendi non posse (cfr. l. IV, « 6, 4; *Exc. Theod.* 7 sqq.): nam « comprendere eum est causa per- « severationis huic tantum qui ge- « neratio est et species Patris ». His omnibus completur *gnosis* superior qua superior mundus restituitur. — Alii tamen aliter difficillimum hunc locum exponunt.

(2) Spiritus Gnosticis femina est (ut hebraeis רוּחַ Ruach) et cum Christo syzygiam facit. Unificatio autem ostendit unitatem substantiae et perfectionis, qua Aeones non sint concipiendi nisi tamquam momenta psychologica in evolutione vitae divinae. Cfr. TERTULL. l. c. p. 539 vel potius *Exc. Teod.* 32 aut *Evang. Mariae* de quo c. 29, plura dicenda erunt.

Aeonum, consentiente Christo et Spiritu, unumquemque Aeonum, quod habebat in se optimum et florentissimum conferentes, collationem fecisse: et haec apte compingentes, et diligenter in unum adaptantes, emisisse problema, (1) et in honorem et gloriam Bythi perfectissimum decorem quemdam, et sidus Pleromatis, perfectum fructum Iesum, quem et Salvatorem vocari, et Christum, et Logon patronymice, ac Omnia, quoniam ab omnibus esset. Satellites quoque ei, in honorem ipsorum, eiusdem generis (2) Angelos cum eo prolatos.

Cap. III, 1. [*WH. I, 5.*] Haec igitur est quae intra Pleroma ipsorum (3) dicitur negotiatio et passi Aeonis, et paene

τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, τοῦ δὲ Πατρὸς αὐτῶν συνεπισφραγιζομένου, ἕνα ἕκαστον τῶν Αἰώνων, ὅπερ εἶχεν ἐν ἑαυτῷ κάλλιστον καὶ ἀνθηρότατον συνενεγκαμένους καὶ συνερανισαμένους, καὶ ταῦτα ἁρμοδίως πλέξαντας, καὶ ἐμμελῶς ἑνώσαντας, προβαλέσθαι πρόβλημα εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ Βυθοῦ, τελειότατον κάλλος τι καὶ ἄστρον τοῦ Πληρώματος, τέλειον καρπὸν τὸν Ἰησοῦν, ὃν καὶ Σωτῆρα προσαγορευθῆναι, καὶ Χριστὸν, καὶ Λόγον πατρωνυμικῶς, καὶ Πάντα, διὰ τὸ ἀπὸ πάντων εἶναι· δορυφόρους τε αὐτῷ εἰς τιμὴν τὴν αὐτῶν ὁμογενεῖς Ἀγγέλους συμπροβεβλῆσθαι.

III, 1. Αὕτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐντὸς Πληρώματος ὑπ' αὐτῶν λεγομένη πραγματεία, καὶ ἡ τοῦ πεπονθότος Αἰῶνος, καὶ μετὰ

(1) Prolatio (a gr. προβάλλω).

(2) ὁμογενεῖς h. e. non (ut Tertull. l. c.) quasi ὁμοούσιος, sed uti in eadem prolatione qua Christus genitos [cfr. mox *συμπροβλ.*]; item c. IV, 4 «*coaetaneis* suis Angelis». – *Ipsorum* refer ad *Aeones*, quorum scl. vis ex hac emissione clarificatur. Cfr. Heracl. fr. 22 et 40 [Brooke, p. 79 et 91]. De Pleromate autem nota iuxta Ptolem. et italos hoc 34 Aeonibus constare (Ogdoas, Decas, Dodecas, Horos, Christus, Spiritus, Iesus), in Orientali vero schola et iuxta Valentinum [c. XI, 1; cfr. et 1 s. Tert. l. c.] XXX tantum: Bytho (sine Sige) ut principio, Horo tanquam termino, Iesu quia non perfecto ante restitutam Achamoth, non inclusis in Aeonum numero.

(3) Fortasse ex graec. «ab ipsis».

perditi, et quasi in multa materia (1) propter inquisitionem Patris calamitas, et Hori, et Crucis ipsorum, et Redemtoris, et Carpistae, et Horothetae, et Metagogei; ex agonia compago; (2) et primi Christi cum Spiritu sancto, de poenitentia (3) a Patre ipsorum postrema Aeonum genesis; et secundi Christi, quem Soterem dicunt, ex collatione composita fabricatio. Haec autem manifeste quidem non esse dicta, quoniam non omnes capiunt agnitionem ipsorum, mysterialiter autem a Salvatore per parabolas ostensa his, qui possunt intelligere, sic: triginta Aeonas significari per triginta annos, sicut praediximus, (4) in quibus nihil in manifesto dicunt fecisse Salvatorem; et per parabolam operariorum vineae. Et Paulum manifestissime dicunt Aeonas nominare saepissime, adhuc

μικρὸν ἀπολωλότος, ὡς ἐν πολλῇ ὕλῃ διὰ ζήτησιν τοῦ Πατρὸς συμφορά, καὶ ἡ τοῦ Ὅρου, καὶ Σταυροῦ, καὶ Λυτρωτοῦ, καὶ Καρπιστοῦ, καὶ Ὁροθέτου, καὶ Μεταγωγέως ἐξ ἀγῶνος σύμπηξις, καὶ ἡ τοῦ πρώτου Χριστοῦ σὺν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἐκ μετανοίας ὑπὸ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν μεταγενεστέρα τῶν Αἰώνων γένεσις, καὶ ἡ τοῦ δευτέρου Χριστοῦ, ὃν καὶ Σωτῆρα λέγουσιν, ἐξ ἐράνου σύνθετος κατασκευή. Ταῦτα δὲ φανερῶς μὲν μὴ εἰρῆσθαι, διὰ τὸ μὴ πάντας χωρεῖν τὴν γνῶσιν αὐτῶν, μυστηριωδῶς δὲ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος διὰ παραβολῶν μεμηνῦσθαι τοῖς συνιεῖν δυναμένοις οὕτως· τοὺς μὲν γὰρ τριάκοντα Αἰῶνας μεμηνῦσθαι διὰ τῶν τριάκοντα ἐτῶν, ὡς προέφαμεν, ἐν οἷς οὐδὲν ἐν φανερῷ φάσκουσι πεποιηκέναι τὸν Σωτῆρα, καὶ διὰ τῆς παραβολῆς τῶν ἐργατῶν τοῦ ἀμπελῶνος. Καὶ τὸν Παῦλον φανερώτατα λέγουσι τούσδε

(1) Cfr. II, 2, n. 2 (p. 83 sq.).

(2) MASSUET legit ἐξαιώνιος σύμπηξις = hexaeonia compago [codd. latt. meliores: lex aeonia] nempe Horus sex dicta nomina in se coadunans; GRABE ἐξ ἀγῶνος σύμπηξις = ex agonia [Sophiae] consolidatio [per Horon, c. II, 5]. At nota TERTULL. hoc loco « Enthymeseos et « *coniunctae* passionis » meminisse, *Adv. Val.* c. XIII.

(3) Melius *post* poenitentiam (ἐκ μετανοίας [Sophiae scl.]), ut mox ex agonia = (probabilius) *post* agoniam.

(4) I. e. cap. I, 3 (p. 80 sq.).

etiam et ordinem ipsorum servare, sic dicentem: « In uni-« versas generationes saeculi saeculorum ».[1] Sed et nos ipsos denique in gratiarum actionibus dicentes, « aeonas aeo-« num »,[2] illos Aeonas significare: et ubicunque aeon aut aeones nominantur, in illos id referri volunt.

2. Duodecadis autem Aeonum emissionem significatam per id, quod duodecim annorum exsistens Dominus disputaverit cum legis doctoribus; et per apostolorum electionem: duodecim enim apostolos elegit. Et reliquos octodecim Aeonas manifestari per id, quod post resurrectionem a mortuis octodecim mensibus dicant conversatum eum cum discipulis.[3] Sed et praecedentes nominis eius duas literas iota et eta,[4] octodecim Aeonas significanter manifestare.

Αἰῶνας ὀνομάζειν πολλάκις, ἔτι δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν τετηρηκέναι οὕτως εἰπόντα « εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν « αἰώνων » · ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας λέγοντας, « εἰς « τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων », ἐκείνους τοὺς Αἰῶνας σημαίνειν· καὶ ὅπου ἂν αἰὼν ἢ αἰῶνες ὀνομάζωνται, τὴν ἀναφορὰν εἰς ἐκείνους εἶναι θέλουσι.

2. Τὴν δὲ τῆς δωδεκάδος τῶν Αἰώνων προβολὴν μηνύεσθαι, διὰ τοῦ δωδεκαετῆ ὄντα τὸν Κύριον διαλεχθῆναι τοῖς νομοδιδασκάλοις, καὶ διὰ τῆς τῶν Ἀποστόλων ἐκλογῆς· δώδεκα γὰρ Ἀπόστολοι. Καὶ τοὺς λοιποὺς δεκαοκτὼ Αἰῶνας φανεροῦσθαι, διὰ τοῦ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν δεκαοκτὼ μησὶ λέγειν διατετριφέναι αὐτὸν σὺν τοῖς μαθηταῖς· ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν προηγουμένων τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ δύο γραμμάτων, τοῦ τε ἰῶτα καὶ

(1) *Eph.* III, 21. Ordo servatur eo quod prior prolatio Aeonis (saeculi) dein Aeonum (saeculorum) generationes perhibeantur.

(2) Verbis « in saecula saeculo-« rum » clauditur antiquissima doxologia quae iam a PAULO (l. c.) innuitur. Attende graece pro « gra-« tiarum action*ibus* » legi ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας.

(3) Ita et Ophitae, c. XXX, 14. Huiusmodi fabula [cfr. *Act.* I, 3] fundamentum est multorum apocryphorum librorum: prima mentio occurrit in *Ascensione Esaiae*.

(4) Graece scl. Ι = 10, Η = 8.

Et decem autem Aeonas similiter per iota literam, quod praecedit in nomine eius, significari dicunt. Et propter hoc dixisse Salvatorem: « Iota unum, aut unus apex non prae« teriet, quoadusque omnia fiant ». (1)

3. Hanc autem passionem, quae circa duodecimum Aeonem facta est, significari dicunt per apostasiam Iudae, qui duodecimus erat apostolorum, et quoniam duodecimo mense passus est; (2) uno enim anno volunt eum post baptisma praedicasse. (3) Adhuc etiam in ea quae profluvium sanguinis patiebatur, manifestissime hoc significari: duodecim enim annis passam eam, per Domini (4) adventum esse sanatam,

τοῦ ἦτα, τοὺς δεκαοκτὼ Αἰῶνας εὐσήμως μηνύεσθαι. Καὶ τοὺς δέκα Αἰῶνας ὡσαύτως διὰ τοῦ ἰῶτα γράμματος, ὃ προηγεῖται τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, σημαίνεσθαι λέγουσιν. καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν Σωτῆρα, « ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἕως « ἂν πάντα γένηται ».

3. Τὸ δὲ περὶ τὸν δωδέκατον Αἰῶνα γεγονὸς πάθος ὑποσημαίνεσθαι λέγουσι διὰ τῆς ἀποστασίας Ἰούδα, ὃς δωδέκατος ἦν τῶν ἀποστόλων. καὶ ὅτι τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ ἔπαθεν· ἐνιαυτῷ γὰρ ἑνὶ βούλονται αὐτὸν μετὰ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ κεκηρυχέναι. Ἔτι τε ἐπὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης σαφέστατα τοῦτο δηλοῦσθαι· δώδεκα γὰρ ἔτη παθοῦσαν αὐτὴν ὑπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας

(1) MATTH. V, 18.

(2) Subint. « Salvator », cuius nomen ideo omittitur quia semper oculis obversatur. De emendatione textus graeci huius difficillimi loci cfr. DINDORF in ed. *Epiph.*

(3) De hac opinione serio disceptant nuperrimi auctores (cfr. NAGL, SCHUBERT, DAUSCH in *Bibl. Ztschr.* 1904–06; ZELLINGER, *Die Dauer offentl. Wirks. Iesu*, Münster, 1907) utrum Evangelio magis consona sit. FENDT [*Die Dauer* usw. (Monaci, 1906)], VAN BEBBER, BELSER (in *Ioh. commentar.*) id affirmant. His sepositis, constat tamen communem triennii opinionem ante Eusebium non invaluisse. Ir. ipse *decennium* tenet. TERTULL. *c. Iud.* 9; CLEM. ALEX. *Strom.* I; ORIG. *de princ.* IV, 5 et alii apud PATRIZI, *Diss.* XIX, p. 189 sqq. cum Gnosticis aliquando sentire videntur.

(4) Hic et ubique Gnosticorum dicta referuntur; restitue « Salva-

cum tetigisset fimbriam vestimenti eius et propter hoc dixisse Salvatorem: « Quis me tetigit? » (1) docentem discipulos quod factum esset inter Aeonas mysterium, et curationem passi Aeonis. Per illam enim quae passa est duodecim annis, illa virtus (2) significatur, eo quod extenderetur, et in immensum flueret eius substantia, quemadmodum dicunt. Et nisi tetigisset vestimentum illius,(3) hoc est Veritatis primae tetradis, quae per fimbriam manifesta est, advenisse in omnem substantiam suam. (4) Sed stetit et quievit a passione per egressam virtutem filii. Esse autem hanc Horon volunt, qui curavit eam, et passionem separavit ab ea.

τεθεραπεῦσθαι, ἁψαμένην τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν Σωτῆρα, « τίς μου ἥψατο; » διδάσκοντα τοὺς μαθητὰς τὸ γεγονὸς ἐν τοῖς Αἰῶσι μυστήριον, καὶ τὴν ἴασιν τοῦ πεπονθότος Αἰῶνος· ἡ γὰρ παθοῦσα δώδεκα ἔτη ἐκείνη ἡ δύναμις, ἐκτεινομένης αὐτῆς, καὶ εἰς ἄπειρον ῥεούσης τῆς οὐσίας, ὡς λέγουσιν, εἰ μὴ ἔψαυσε τοῦ φορήματος αὐτοῦ, τουτέστιν τῆς Ἀληθείας τῆς πρώτης τετράδος, ἥτις διὰ τοῦ κρασπέδου μεμήνυται, ἀνελύθη ἂν εἰς τὴν οὐσίαν αὐτῆς· ἀλλὰ ἔστη καὶ ἐπαύσατο τοῦ πάθους· ἡ γὰρ ἐξελθοῦσα δύναμις τούτου, (εἶναι δὲ ταύτην τὸν Ὅρον θέλουσιν), ἐθεράπευσεν αὐτήν, καὶ τὸ πάθος ἐχώρισεν ἀπ' αὐτῆς.

« toris » ut in gr.; cfr. p. 80, n. 2.

(1) Luc. VIII, 45 (Marc. V, 31).

(2) *Illa virtus* intell. Sophia. De seq. cfr. iterum p. 83, n. 2. Fluxui sanguinis malum fluens et cuncta pervadens assimilatur.

(3) Codd. interserunt gl. declarativam *Filii*, fortasse cum alio *hoc est* quod verborum ordinem perturbavit.

(4) Cfr. II, 25. Veritat*is* pro Veritat*em* ex errore positum est [gr. Ἀληθείας, sed ex praec. ἔψαυσε (tetigisset) quod genitiv. postulat]; loco *advenisse*, l. resolutam iri (ἀνελύθη non ἀνῆλθε). Igitur, vestimentum Filii seu Νοῦς (quae *maxime* oraverat pro Sophia [II, 3]) est sua coniux Veritas, quae, quum postrema sit in prima tetrade, pulchre in *fimbria* significatur. Ad seqq. nota « Ὅρον » utique a Monogene emitti ac proin huius virtutem esse. Cfr. vero Luc. VIII, 46 [VI, 19] de virtute quam egressam a se sensit Dominus.

4. Quod (1) autem: Salvatorem ex omnibus exsistentem Omne esse, per hoc responsum, « Omne masculinum ape- « riens vulvam », (2) manifestari dicunt. Qui cum omnia sit, aperuit vulvam excogitationis passi Aeonis, et separata ea extra Pleroma, quam etiam secundam ogdoadem vocant, de qua paulo post dicemus. (3) Et a Paulo autem manifeste propter hoc dictum dicunt: « Et ipse est omnia ». Et rursus: « Omnia in ipsum, et ex ipso omnia ». Et iterum: « In ipso habitat omnis plenitudo divinitatis ». Et illud: « Recapitulata esse omnia in Christo per Deum ». (4) Sic interpretantur dicta, et quaecunque alia sunt talia.

5. [*WH. I, 6*]. Adhuc etiam de Horo suo (quem etiam plurimis (5) nominibus vocant) duas operationes habere eum ostendunt, confirmativam et separativam : et secundum id qui-

4. Τὸ δὲ, Σωτῆρα τὸν ἐκ πάντων ὄντα τὸ πᾶν εἶναι, διὰ τοῦ λόγου τοῦ, « πᾶν ἄῤῥεν διανοῖγον μήτραν », δηλοῦσθαι λέγουσιν· ὅς, τὸ πᾶν ὤν, διήνοιξε τὴν μήτραν τῆς Ἐνθυμήσεως τοῦ πεπονθότος Αἰῶνος, καὶ ἐξορισθείσης ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος· ἣν δὴ καὶ δευτέραν ὀγδοάδα καλοῦσι, περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. Καὶ ὑπὸ τοῦ Παύλου δὲ φανερῶς διὰ τοῦτο εἰρῆσθαι λέγουσι· « καὶ αὐτός ἐστι τὰ πάντα » · καὶ πάλιν, « πάντα εἰς « αὐτὸν, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα » · καὶ πάλιν, « ἐν αὐτῷ κα- « τοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος » · καὶ τὸ, « ἀνακε- « φαλαιώσασθαι δὲ τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ Θεοῦ » · οὕτως ἑρμηνεύουσιν εἰρῆσθαι, καὶ εἴ τινα ἄλλα τοιαῦτα.

5. Ἔπειτα περὶ τοῦ Ὅρου αὐτῶν, ὃν δὴ καὶ πλείοσιν ὀνόμασιν καλοῦσι, δύο ἐνεργείας ἔχειν αὐτὸν ἀποφαινόμενοι, τήν τε ἑδραστικὴν καὶ τὴν μεριστικήν· καὶ καθὸ μὲν ἑδράζει καὶ στη-

(1) Lege: *Hoc* ex graec.

(2) Cfr. *Ex.* XIII, 2, ap. Luc. II, 23, ubi tamen aperiens est foetus.

(3) Lege: aperuit [ut foecundans, non ut foetus] vulvam Enthymeseos Sophiae, quae [Enth.] separata erat etc. Locus ad quem alludit est c. IV, 4 infra.

(4) Cfr. resp. *Col.* III, 11; ***Rom.*** XI, 36; *Col.* II, 9; *Eph.* I, 10, quae hic aliquantisper immutata perhibentur.

(5) Lectio codd. Vatt.

dem, quod firmat et constabilit, Crucem esse; secundum id vero, quod dividit et scindit, Horon.(1) Salvatorem autem sic manifestasse operationes eius: et primo quidem confirmativam, in eo quod dicit: « Qui non tollit crucem suam et sequitur « me, discipulus meus esse non potest ». Et iterum: « Tol« lens crucem, sequere me ».(2) Separativam autem in eo quod dicit: « Non veni mittere pacem, sed gladium ». Et Ioannem dicunt hoc ipsum manifestasse, dicentem: « Ven« tilabrum in manu eius, emundare aream, et colliget fru« mentum in horreum suum, paleas autem comburet igni « inextinguibili »;(3) et per haec operationem Hori significasse. Ventilabrum enim illud crucem interpretantur esse, quae scilicet consumit materialia omnia, quemadmodum paleas ignis: emundat autem eos qui salvantur, sicut ventilabrum triticum. Paulum autem apostolum et ipsum remi-

ρίζει, Σταυρὸν εἶναι, καθὸ δὲ μερίζει καὶ διορίζει, Ὅρον· τὸν μὲν Σωτῆρα οὕτως λέγουσι μεμηνυκέναι τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ· καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἑδραστικὴν ἐν τῷ εἰπεῖν· « ὃς οὐ βαστάζει « τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ μοι, μαθητής μου οὐ δύ« ναται εἶναι »· καί, « ἄρας τὸν σταυρὸν ἀκολούθει μοι »· τὴν δὲ διοριστικὴν αὐτοῦ ἐν τῷ εἰπεῖν· « οὐκ ἦλθον βαλεῖν « εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν ». Καὶ τὸν Ἰωάννην δὲ λέγουσιν αὐτὸ τοῦτο μεμηνυκέναι, εἰπόντα· « τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, « διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην « αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ »· καὶ διὰ τούτου τὴν ἐνέργειαν τοῦ Ὅρου μεμηνυκέναι· πτύον γὰρ ἐκεῖνο τὸν Σταυρὸν ἑρμηνεύουσιν εἶναι, ὃν δὴ καὶ ἀναλίσκειν τὰ ὑλικὰ πάντα, ὡς ἄχυρα πῦρ· καθαίρειν δὲ τοὺς σωζομένους, ὡς τὸ πτύον τὸν σῖτον. Παῦλον δὲ τὸν Ἀπόστολον καὶ αὐτὸν ἐπι-

(1) Immo duos Horous a Valent. agnosci docet IR. XI, 1. — PHILO (Περὶ τ. κοσμοπ.) de *horizonte* duplicem hanc virtutem asserit. — In latinis *et scindit* addimus auctor. cod. Vat.[1] fol. 3 A et Ottob.[1] fol. 5 A.

(2) LUC. XIV, 27, et MARC. X, 21 (varietates graec. insignes sunt).

(3) Cfr. resp. MATTH. X, 34; MATTH. III, 12 (LUC. III, 17).

nisci huius crucis dicunt sic: « Verbum enim crucis his qui « pereunt, stultitia est: his autem qui salvantur, virtus Dei ». Et iterum: « Mihi autem non eveniat in ullo gloriari, nisi « in Christi cruce, per quem mihi mundus crucifixus est, et « ego mundo ». (1)

6. Talia igitur de Pleromate ipsorum, et plasmate universorum dicunt, adaptare cupientes ea quae bene dicta sunt, iis quae male adinventa sunt ab ipsis. Et non solum autem ex Evangelicis et Apostolicis tentant ostensiones facere, convertentes interpretationes, et adulterantes expositiones: sed etiam ex Lege et Prophetis, quum, quando (2) multae parabolae et allegoriae sint dictae et in multa trahi possit ambiguum per expositionem, propensius ad figmentum suum et dolose adaptantes, in captivitatem ducunt a veritate eos, qui non fir-

μιμνήσκεσθαι τούτου τοῦ Σταυροῦ λέγουσιν οὕτως· « ὁ λόγος « γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί, τοῖς δὲ « σωζομένοις δύναμις Θεοῦ » · καὶ πάλιν· « ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο « ἐν μηδενὶ καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ « ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ κόσμῳ ».

6. Τοιαῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ Πληρώματος αὐτῶν, καὶ τοῦ πλάσματος πάντων λέγουσιν, ἐφαρμόζειν βιαζόμενοι τὰ καλῶς εἰρημένα τοῖς κακῶς ἐπινενοημένοις ὑπ' αὐτῶν· καὶ οὐ μόνον ἐκ τῶν Εὐαγγελικῶν καὶ τῶν Ἀποστολικῶν πειρῶνται τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι, παρατρέποντες τὰς ἑρμηνείας, καὶ ῥᾳδιουργοῦντες τὰς ἐξηγήσεις· ἀλλά, καὶ ἐκ Νόμου καὶ Προφητῶν, ἅτε πολλῶν παραβολῶν καὶ ἀλληγοριῶν εἰρημένων, καὶ εἰς πολλὰ ἕλκεσθαι δυναμένου τοῦ ἀμφιβόλου διὰ τῆς ἐξηγήσεως, δεινοτέρως τῷ πλάσματι αὐτῶν καὶ δολίως ἐφαρμόζοντες, αἰχμαλωτίζουσιν

(1) I *Cor.* I, 18 (ἡμῖν delent et. codd. gr. F, G; ex latt. Amiat. Fuld.; itala, Cyprian., Ambrosiast. etc.); *Gal.* VI, 14.

(2) Ita ex Ott.[1] (fol. 5 B) et Vat.[1] (f. 3 B) restit.; legebatur: « cum « multae... poss*int* ». Notanda quadripartitio S. Scripturae hinc in Legem et Prophetas, inde vero in Evangelica et Apostolica.

mam fidem in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Iesum Christum filium Dei conservant. (1)

Cap. IV, 1. [*WH. I*, 7]. Ea vero quae extra Pleroma (2) dicuntur ab iis, sunt talia: Enthymesin illius superioris Sophiae, quam et Achamoth (3) vocant, separatam a superiore Pleromate cum passione, dicunt in umbrae et vacuitatis locis (4) defervisse per necessitatem: extra enim lumen facta est, et extra Pleroma, informis et sine specie, quasi abortus, ideo quia nihil apprehendit. Misertum autem eius superiorem Christum, et per crucem extensum, (5) sua vir-

ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοὺς μὴ ἑδραίαν τὴν πίστιν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ διαφυλάσσοντας.

IV, 1. Τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος λεγόμενα ὑπ' αὐτῶν ἐστιν τοιαῦτα· τὴν Ἐνθύμησιν τῆς ἄνω Σοφίας, ἣν καὶ Ἀχαμὼθ καλοῦσιν, ἀφορισθεῖσαν τοῦ Πληρώματος σὺν τῷ πάθει, λέγουσιν ἐν σκιᾶς καὶ κενώματος τόποις ἐκβεβράσθαι κατὰ ἀνάγκην. Ἔξω γὰρ φωτὸς ἐγένετο καὶ Πληρώματος, ἄμορφος καὶ ἀνείδεος, ὥσπερ ἔκτρωμα, διὰ τὸ μηδὲν κατειληφέναι· οἰκτείραντά τε αὐτὴν τὸν ἄνω Χριστὸν, καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ ἐπεκταθέντα, τῇ

(1) Nota symboli orientalis initium, et cfr. praef. cuius argumentum huc recurrere videtur.

(2) Cap. IV et V describitur cosmogonia gnostica. Ad quam restituendam documenta praecipua ab Ir. suppeditantur: cetera vero, at incompleta et seriora, ab Hippol. et libris gnosticis III saeculi. Substratum rerum ex sententia Valent. restituere conati sumus in *Proleg.* Cfr. ibid. p. 45, et infra p. 111, n. 2.

(3) Est nomen hebr. Sophiae, quo utuntur Gnost. distinctionis gratia.

(4) Umbra et vacuitas opponitur mox ad lumen et Pleroma. Tertull. l. c. et Iren. II, 14, 2, provocant ad vacuum et inane Epicuri; verum chaos philosophis et christianis (*Gen.* I, 2) notum erat. *Defervisse* imperitus interpres pro *efferbuisse*, seu dolore incensam esse, ob infelicia sua fata (κατ' ἀνάγκην), ponit! Cfr. p. 85, n. 1.

(5) I. e. extra Horon usque se protendens [cfr. III, 18, 2, *superextensus Horo i. e. fini*]. Igitur syzygia Christus–Spiritus (II, 5 et

tute formasse formam, quae esset secundum substantiam tantum, sed non secundum agnitionem: et haec operatum recurrere, (1) subtrahentem suam virtutem, et reliquisse illam, uti sentiens passionem, quae erga illam esset per separationem Pleromatis, concupiscat eorum quae meliora essent, habens aliquam odorationem immortalitatis relictam in semetipsa a Christo et Spiritu sancto. Quapropter et ipsam duobus nominibus vocari, Sophiam paternaliter (pater enim eius Sophia vocatur) et Spiritum sanctum ab eo, qui est erga Christum Spiritus. Formatam autem eam et sensatam factam, statim autem evacuatam ab eo qui invisibiliter cum ea erat Verbo, hoc est Christo, in exquisitionem egressam eius luminis, quod se dereliquisset: et non potuisse apprehendere illud, quoniam coercebatur ab Horo. Et sic Horon

ἰδίᾳ δυνάμει μορφῶσαι μόρφωσιν τὴν κατ' οὐσίαν μόνον, ἀλλ' οὐ τὴν κατὰ γνῶσιν· καὶ πράξαντα τοῦτο ἀναδραμεῖν, συστείλαντα αὐτοῦ τὴν δύναμιν, καὶ καταλιπεῖν αὐτήν, ὅπως αἰσθομένη τοῦ περὶ αὐτὴν πάθους διὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ Πληρώματος, ὀρεχθῇ τῶν διαφερόντων, ἔχουσά τινα ὀδμὴν ἀφθαρσίας, ἐγκαταλειφθεῖσαν αὐτῇ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὸ καὶ αὐτὴν τοῖς ἀμφοτέροις ὀνόμασι καλεῖσθαι, Σοφίαν τε πατρωνυμικῶς (ὁ γὰρ πατὴρ αὐτῆς Σοφία κλήζεται), καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν Χριστὸν Πνεύματος. Μορφωθεῖσάν τε αὐτήν, καὶ ἔμφρονα γενηθεῖσαν, παραυτίκα δὲ κενωθεῖσαν τοῦ ἀοράτως αὐτῇ συνόντος Λόγου, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ ζήτησιν ὁρμῆσαι τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτὸς καὶ μὴ δυνηθῆναι καταλαβεῖν αὐτό, διὰ τὸ κωλυθῆναι ὑπὸ τοῦ Ὅρου. Καὶ ἐνταῦθα τὸν Ὅρον

mox) ad Achamoth descendit, ut huic (quae *informis* erat et sine specie eo quod nihil *apprehendisset*) conferret formam quamdam qua fieret saltem substantia, etsi nil agnitionis (virilis seminis?) eidem tribueret: hoc enim Paracleti Iesu munus est, qui postremo cum Achamoth syzygiam efficiet (cfr. c. VII).

(1) Scl. in Pleroma. Paulo aliter Hipp. VI, 31, et *Exc. Theod.* 23, ea perfectione donatam docent Achamoth, qua ceteri Aeones.

coercentem eam ne anterius irrueret, dixisse « Iao », unde et Iao nomen factum dicunt. (1) Quum non posset pertransire Horon, quoniam complexa fuerat passionem, (2) et sola fuisset derelicta foris, omni parti passionis succubuisse multifariae et variae exsistentis; et passam eam, tristitiam quidem, quoniam non apprehendit; timorem autem, ne quemadmodum eam lumen, sic et vita relinqueret; consternationem autem super haec: in ignorantia autem omnia. (3) Et non quemadmodum mater eius prima Sophia Aeon, demutationem in

κωλύοντα αὐτὴν τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῆς εἰπεῖν « Ἰαώ »· ὅθεν τὸ Ἰαὼ ὄνομα γεγενῆσθαι φάσκουσι. Μὴ δυνηθεῖσαν δὲ διοδεῦσαι τὸν Ὅρον, διὰ τὸ συμπεπλέχθαι τῷ πάθει, καὶ μόνην ἀπολειφθεῖσαν ἔξω, παντὶ μέρει τοῦ πάθους ὑποπεσεῖν πολυμεροῦς καὶ πολυποικίλου ὑπάρχοντος, καὶ παθεῖν αὐτὴν, λύπην μὲν, ὅτι οὐ κατέλαβεν· φόβον δὲ, μὴ καθάπερ αὐτὴν τὸ φῶς, οὕτω καὶ τὸ ζῆν ἐπιλίπῃ, ἀπορίαν τε ἐπὶ τούτοις· ἐν ἀγνοίᾳ δὲ τὰ πάντα. Καὶ οὐ καθάπερ ἡ μήτηρ αὐτῆς, ἡ πρώτη Σοφία Αἰὼν, ἑτεροίωσιν ἐν τοῖς πάθεσιν εἶχεν, ἀλλὰ ἐναντιότητα.

(1) In mss. *Iaoth*, hebr. (Vatt. *iam, Iaoth*): vera lectio *Iao* servatur a TERT.; sit ne nomen יהוה a Graecis ita lectum, an, ut putat Harvey, collectio litterarum symbolicarum I (י = Iahve) A et Ω (principium et finis), apud synagogas hellenistarum frequens, iudicet peritior. [Cfr. BAUDISSIN, *Der Ursprung des Gottesnamens* Ἰαώ in *Zeitschr. f. hist. Theol.* 1875]. In utraque hypothesi sanctum et terribile nomen est; cfr. Is. XLIV, 6; EPIPH. XXVI, 10; HIPP. VII, 31; *Pistis S.* (edit. Schmidt, p. 126).

(2) I. e. passio qua Aeon Sophia capta fuerat, quaeque a Sophia separata adhaesit (complexa fuerat) ad Achamoth: haud mirum ergo Acham. ratione illius a Pleromate prohibitam (cfr. II, 2–3, 4).

(3) Cfr. II, 3 fin.; HIPP. VI, 32: « in anxietate multa constituta est, « reputans a quonam formam re « cepisset, quid et ubinam Sp. S., « quid hunc prohibuerit apud illam « manere, quisve sibi beatam et « pulchram visionem invidisset. « Ex quibus in passionibus facta « est » etc. Cfr. et. *Pistis Sophia* (Schwartze, p. 30) et *Exc. Theod.* 31. — « In ignorantia autem (cuius « figura *ignis* tribus elementis sub- « iectus [c. VII]) omnia » quia nempe nulla adhuc formatio κατὰ γνῶσιν facta fuerat.

passionibus habuit, sed contrarietatem. (1) Super haec autem evenisse ei et alteram affectionem conversionis ad eum qui vivificavit.

2. Eam collectionem et substantiam fuisse materiae (2) dicunt, ex qua hic mundus constat. De conversione enim, mundi et Demiurgi omnem animam genesin accepisse: de timore autem et tristitia reliqua initium habuisse. A lacrymis enim eius factam universam humidam substantiam: a risu autem lucidam: a tristitia autem et pavore corporalia mundi elementa. Aliquando enim plorabat et tristis erat, quomodo dicunt, quod derelicta sola esset in tenebris et in vacuo: aliquando autem in cogitationem veniens eius quod dereliquerat eam lumen, diffundebatur et ridebat: aliquando autem rursus timebat: aliquando consternabatur, et extasin patiebatur.

Ἐπισυμβεβηκέναι δ' αὐτῇ καὶ ἑτέραν διάθεσιν, τὴν τῆς ἐπιστροφῆς ἐπὶ τὸν ζωοποιήσαντα.

2. Ταύτην σύνταξιν καὶ οὐσίαν τῆς ὕλης γεγενῆσθαι λέγουσιν, ἐξ ἧς ὅδε ὁ κόσμος συνέστηκεν. Ἐκ μὲν γὰρ τῆς ἐπιστροφῆς τὴν τοῦ κόσμου καὶ τοῦ Δημιουργοῦ πᾶσαν ψυχὴν τὴν γένεσιν εἰληφέναι, ἐκ δὲ τοῦ φόβου καὶ τῆς λύπης τὰ λοιπὰ τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι· ἀπὸ γὰρ τῶν δακρύων αὐτῆς γεγονέναι πᾶσαν ἔνυγρον οὐσίαν· ἀπὸ δὲ τοῦ γέλωτος, τὴν φωτεινήν· ἀπὸ δὲ τῆς λύπης καὶ ἐκπλήξεως, τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα. Ποτὲ μὲν γὰρ ἔκλαιε καὶ ἐλυπεῖτο, ὡς λέγουσι, διὰ τὸ καταλελεῖφθαι μόνην ἐν τῷ σκότει καὶ τῷ κενώματι· ποτὲ δὲ εἰς ἔννοιαν ἥκουσα τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτὸς, διεχεῖτο καὶ ἐγέλα· ποτὲ δ' αὖ πάλιν ἐφοβεῖτο· ἄλλοτε δὲ διηπόρει καὶ ἐξίστατο.

(1) I. e. passiones Aeonis successive demutatae fuere (cfr. II, 3: « primo quidem... post deinde... « dehinc... » etc.); Achamoth contra simul eas pertulit. Harvey vero demutationem intelligit degenerationem post quam tantum passiones factae sunt: dum in Acham. passiones congenitae fuere.

(2) Igitur non ipsam materiam sed huius essentiam: quod mox habet, revera nonnisi post operationem Paracleti accidit. Cfr. *Philos.* VI, 32; PS. TERTULL. l. c.

3. [*WH. I, 8*]. Et quid enim? Tragoedia[1] multa est iam hic, et phantasia uniuscuiusque illorum, aliter et aliter graviter exponentis, ex quali passione, et ex quali elemento substantia generationem accepit. Quae etiam convenienter videntur mihi non omnes velle in manifesto docere, sed solos illos qui etiam grandes mercedes pro talibus mysteriis praestare possunt. Non enim iam dicunt similia illis, de quibus Dominus noster dixit: « Gratis accepistis, gratis « date »: sed separata[2] et portentosa, et alta mysteria cum magno labore exquisita fallacibus. Quis enim non eroget omnia quae sunt eius, uti discat, quoniam a lacrymis Enthymeseos, quae est ex passione Aeonis, maria, et fontes, et flumina, et universa humida materia generationem acceperunt: de risu autem eius lumen; de pavore autem et inconstabilitate corporalia mundi elementa?

3. Καὶ τί γάρ; τραγῳδία πολλὴ λοιπὸν ἦν ἐνθάδε, καὶ φαντασία ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν, ἄλλως καὶ ἄλλως σοβαρῶς ἐκδιηγουμένου ἐκ ποταποῦ πάθους, ἐκ ποίου στοιχείου ἡ οὐσία τὴν γένεσιν εἴληφεν· ἃ καὶ οὐκ ἀπεικότως δοκοῦσί μοι μὴ ἅπαντας θέλειν ἐν φανερῷ διδάσκειν, ἀλλ' ἢ μόνους ἐκείνους τοὺς καὶ μεγάλους μισθοὺς ὑπὲρ τηλικούτων μυστηρίων τελεῖν δυναμένους. Οὐκέτι γὰρ ταῦτα ὅμοια ἐκείνοις, περὶ ὧν ὁ Κύριος ἡμῶν εἴρηκε, « δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε »· ἀλλὰ ἀνακεχωρηκότα, καὶ τερατώδη καὶ βαθέα μυστήρια μετὰ πολλοῦ καμάτου περιγινόμενα τοῖς φιλοψευδέσι. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκδαπανήσειε πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, ἵνα μάθῃ ὅτι ἀπὸ τῶν δακρύων τῆς Ἐνθυμήσεως τοῦ πεπονθότος Αἰῶνος, θάλασσαι, καὶ πηγαί, καὶ ποταμοί, καὶ πᾶσα ἔνυδρος οὐσία τὴν γένεσιν εἴληφεν, ἐκ δὲ τοῦ γέλωτος αὐτῆς τὸ φῶς, καὶ ἐκ τῆς ἐκπλήξεως καὶ ἀμηχανίας τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα;

(1) Ita corrigit et interpungit Ottob. I. Ceteri codd. habent: « Et quidem enim tragoedia » etc.

(2) Id est abstrusa (ἀνακεχωρηκότα); sententia Domini est MATTH. X, 8.

4. Volo autem aliquid et ego conferre fructificationi eorum. Quoniam enim video dulces quidem quasdam aquas, ut fontes, et flumina, et imbres, et talia; quae autem sunt in mari salsas: adinvenio non omnia a lacrymis eius emissa, quoniam lacrymae salsae sunt qualitate. Manifestum est igitur, quoniam salsae aquae hae sunt a lacrymis. Opinor autem eam, in agonia et in inconstantia grandi constitutam, et sudasse. Unde etiam secundum argumentationem ipsorum suspicari oportet, fontes et flumina, et si quae sunt aliae aquae dulces, generationem habuisse a sudoribus eius. Non est enim suadibile, quum sint unius qualitatis lacrymae, alteras quidem salsas, alteras dulces aquas ex iis exisse. Hoc autem magis suadibile, alteras quidem esse a lacrymis, alteras vero a sudoribus. Quoniam autem et calidae et austerae (1) sunt quaedam aquae in mundo, in-

4. Βούλομαι δὲ καὶ αὐτὸς συνεισενεγκεῖν τι τῇ καρποφορίᾳ αὐτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁρῶ τὰ μὲν γλυκέα ὕδατα ὄντα, οἷον πηγάς, καὶ ποταμούς, καὶ ὄμβρους, καὶ τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ ἐν ταῖς θαλάσσαις ἁλμυρά· ἐπινοῶ μὴ πάντα ἀπὸ τῶν δακρύων αὐτῆς προβεβλῆσθαι, διότι τὸ δάκρυον ἁλμυρὸν τῇ ποιότητι ὑπάρχει· φανερὸν οὖν, ὅτι τὰ ἁλμυρὰ ὕδατα ταῦτά ἐστι τὰ ἀπὸ τῶν δακρύων. Εἰκὸς δὲ αὐτὴν ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ καὶ ἀμηχανίᾳ γεγονυῖαν καὶ ἱδρωκέναι· ἐντεῦθεν δή, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν αὐτῶν, ὑπολαμβάνειν δεῖ, πηγὰς καὶ ποταμούς, καὶ εἴ τινα ἄλλα ὕδατα γλυκέα ὑπάρχει, τὴν γένεσιν μετεσχηκέναι ἀπὸ τῶν ἱδρώτων αὐτῆς· ἀπίθανον γάρ, μιᾶς ποιότητος οὔσης τῶν δακρύων, τὰ μὲν ἁλμυρά, τὰ δὲ γλυκέα ὕδατα ἐξ αὐτῶν προελθεῖν· τοῦτο δὲ πιθανώτερον, τὰ μὲν εἶναι ἀπὸ τῶν δακρύων, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἱδρώτων. Ἐπεὶ δὲ καὶ θερμὰ καὶ δριμέα τινὰ ὕδατά ἐστιν ἐν τῷ κόσμῳ, νοεῖν ὀφείλεις, τί ποιήσασα, καὶ ἐκ ποίου μορίου

(1) = acres. Cfr. similem irrisionem apud NILUM ascetam (*ep. ad Carpion.* inter epp. Ioannis Chrys. 234).

telligere debes, quid faciens, et ex quo membro emisit has. Apti sunt enim huiusmodi fructus argumento ipsorum.

5. Quum igitur peragrasset omnem passionem mater ipsorum, et vix quum elata esset, (1) ad obsecrationem conversa est huius luminis, quod dereliquerat eam, hoc est, Christi, dicunt: qui regressus in Pleroma, ipse quidem, ut datur intelligi, pigritatus est secundo descendere: (2) Paracletum autem misit ad eam, hoc est, Salvatorem, praestante ei virtutem omnem Patre, et omnia sub potestate tradente: et Aeonibus autem similiter, (3) uti « in eo omnia conderentur, « visibilia et invisibilia, throni, divinitates, dominationes ». Mittitur autem ad eam cum coaetaneis suis angelis. Hanc autem Achamoth reveritam eum, dicunt primo quidem coo-

προήκατο ταῦτα· ἁρμόζουσι γὰρ τοιοῦτοι καρποὶ τῇ ὑποθέσει αὐτῶν.

5. Διοδεύσασαν οὖν πᾶν πάθος τὴν μητέρα αὐτῶν, καὶ μόγις ὑπερκύψασαν, ἐπὶ ἱκεσίαν τραπῆναι τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτός, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ, λέγουσιν· ὃς ἀνελθὼν εἰς τὸ Πλήρωμα, αὐτὸς μὲν εἰκὸς ὅτι ὤκνησεν ἐκ δευτέρου κατελθεῖν, τὸν Παράκλητον δὲ ἐξέπεμψεν πρὸς αὐτήν, τουτέστι τὸν Σωτῆρα, ἐνδόντος αὐτῷ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ Πατρός, καὶ πᾶν ὑπ' ἐξουσίαν παραδόντος, καὶ τῶν Αἰώνων δὲ ὁμοίως, ὅπως « ἐν αὐτῷ τὰ « πάντα κτισθῇ τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, θρόνοι, θεότητες, κυριό- « τητες » · ἐκπέμπεται δὲ πρὸς αὐτὴν μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ τῶν ἀγγέλων. Τὴν δὲ Ἀχαμὼθ ἐντραπεῖσαν αὐτὸν λέγουσι

(1) I. e. a passionibus aegre emersisset. Descriptio obsecrationum Acham. argumentum est frequentis literaturae gnosticae. Specimina sunt XII psalmi poenitentiales Sophiae in op. *Pistis Soph.* [edit. Schwartze, p. 30–81].

(2) *Exc. Theod.* 23 aliter: « ab « omnibus Aeonibus pariter ac a « Paracleto detentus est » (ἐκρατήθη).

(3) Subaudi: praebentibus virtutem. Cfr. I fin. Redemtor necessario idem est quia eaedem passiones. — Versus est *Col.* I, 16; apud *Exc. Theod.* 24 et 43 adduntur βασιλεῖαι et λειτουργίαι de quibus postremis et *Pistis S.* pluries agit.

pertionem imposuisse propter reverentiam: deinde autem cum vidisset eum cum universa fructificatione sua, accurrisse ei, virtute accepta de visu eius.(1) Et illum formasse eam formationem, quae est secundum agnitionem,(2) et curationem passionum fecisse eius, separantem eas ab ea, et non eas neglexisse: nec enim erat possibile eas exterminari quemadmodum prioris, eo quod iam habilia et possibilia essent;(3) sed segregantem separatim commiscuisse et coagulasse, et de incorporali passione in incorporalem materiam transtulisse eas: et sic aptabilitatem et naturam fecisse in eis, ut in congregationes et corpora venirent, uti fierent duae substantiae, una quidem mala ex passionibus, altera autem conversionis passibilis: et propter hoc virtute Salvatorem fa-

πρῶτον μὲν κάλυμμα ἐπιθέσθαι δι' αἰδῶ, μετέπειτα δὲ ἰδοῦσαν αὐτὸν σὺν ὅλῃ τῇ καρποφορίᾳ αὐτοῦ, προσδραμεῖν αὐτῷ, δύναμιν λαβοῦσαν ἐκ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ· κἀκεῖνον μορφῶσαι αὐτὴν μόρφωσιν τὴν κατὰ γνῶσιν, καὶ ἴασιν τῶν παθῶν ποιήσασθαι αὐτῆς· χωρίσαντα αὐτὰ αὐτῆς, μὴ ἀμελήσαντα δὲ αὐτῶν· (οὐ γὰρ ἦν δυνατὰ ἀφανισθῆναι, ὡς τὰ τῆς προτέρας, διὰ τὸ ἑκτικὰ ἤδη καὶ δυνατὰ εἶναι) ἀλλ' ἀποκρίναντα χωρὶς συγχέαι καὶ πῆξαι, καὶ ἐξ ἀσωμάτου πάθους εἰς ἀσώματον τὴν ὕλην μεταβαλεῖν αὐτά· εἶθ' οὕτως ἐπιτηδειότητα καὶ φύσιν ἐμπεποιηκέναι αὐτοῖς, ὥστε εἰς συγκρίματα καὶ σώματα ἐλθεῖν, πρὸς τὸ γενέσθαι δύο οὐσίας, τὴν φαύλην ἐκ τῶν παθῶν, τήν τε τῆς ἐπιστροφῆς ἐμπαθῆ. καὶ διὰ τοῦτο δυνάμει τὸν Σωτῆρα δεδημιουργηκέναι φάσκουσι.

(1) Cfr. *Exc. Theod.* 44: « Videns illum Sophia similem lumini « a quo derelicta fuerat, exsultavit prae gaudio, et currens adoravit eum; at videns masculos « angelos qui simul cum eo erant « emissi (cfr. Iren. fructificatio) « erubuit et velamentum sibi obduxit ». Consonat *Pistis Sophia*, 43-45: immo et Iren. VIII, 2 magis huic versioni convenire videtur.

(2) Cfr. p. 97, n. 5. Apud *Exc. Theod.* 45 et 46, Paracl. Achamoth docet ἀπὸ πατρὸς ἀγεννήτου τὰ ἐν Πληρώματι καὶ τὰ μεχρὶ αὐτῆς: igitur hic quoque salus incipit per gnosim (cfr. I, 3).

(3) Tert.: « eo quod iam habitum et robur contraxissent ». Cfr. *Exc. Theod.* 45.

bricasse dicunt.(1) Hanc autem Achamoth extra passionem factam concepisse de gratulatione eorum, quae cum eo sunt luminum visionem,(2) id est, angelorum qui erant cum eo, et delectatam in conspectu eorum peperisse fructus secundum illius imaginem docent, partum spiritalem secundum similitudinem factum satellitum Salvatoris.

CAP. V, 1. [*WH. I, 9*]. Tria igitur haec cum subsistant secundum eos, unum quidem ex passione, quod erat materia, alterum vero de conversione, quod erat animale: alterum vero quod enixa est, quod est spiritale, sic conversa est in formationem ipsorum. Sed spiritale quidem non potuisse eam formare, quoniam eiusdem substantiae ei erat.(3)

Τὴν δὲ Ἀχαμὼθ ἐκτὸς τοῦ πάθους γενομένην, καὶ συλλαβοῦσαν τῇ χαρᾷ τῶν σὺν αὐτῷ φώτων τὴν θεωρίαν, τουτέστιν τῶν ἀγγέλων τῶν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐγκισσήσασαν αὐτούς, κεκυηκέναι καρποὺς κατὰ τὴν εἰκόνα διδάσκουσι, κύημα πνευματικὸν καθ' ὁμοίωσιν γεγονὸς τῶν δορυφόρων τοῦ Σωτῆρος.

V, 1. Τριῶν οὖν ἤδη τούτων ὑποκειμένων κατ' αὐτούς, τοῦ μὲν ἐκ τοῦ πάθους, ὃ ἦν ὕλη· τοῦ δὲ ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς, ὃ ἦν τὸ ψυχικόν· τοῦ δὲ ὃ ἀπεκύησεν, τουτέστιν τὸ πνευματικόν, οὕτως ἐτράπη ἐπὶ τὴν μόρφωσιν αὐτῶν. Ἀλλὰ τὸ μὲν πνευματικὸν μὴ δεδυνῆσθαι αὐτὴν μορφῶσαι, ἐπειδὴ ὁμοούσιον ὑπῆρχεν

(1) I. e. hanc incorpoream [immo et anorganicam] materiem ita constituit (non quidem actu sed potentia), ut posset in omnia corpora devenire et, iuxta originem, vel in malam verti substantiam [ex passionibus, cfr. IV, 1, p. 99] vel in bonam seu, potius, bonitate capacem [ex conversione, ibid. p. 100]. Ideoque optime dicitur Salvator creasse *virtute* seu in potentia, non actu, quippe qui meram *aptabilitatem et naturam* contulit. Cfr. *Exc. Theod.* 47; HIPP. VI, 32; *fragm. Valent.* ap. MIGNE, VII, 1275 sub finem.

(2) Nempe de grato eorum aspectu. Cfr. HIPP. l. c.; TERTULL. c. 17.

(3) « Fere enim paria et *consubstantiva* in alterutrum valere natura negavit »; TERT. c. 18.

Conversam autem in formationem eius, quae facta erat de conversione eius, animalis substantiae, emisisse quoque a Salvatore doctrinas. (1) Et primo quidem formasse eam de animali substantia dicunt Deum patrem, (2) et salvatorem, et regem omnium eiusdem substantiae ei, id est, animalium, quas dextras vocant; et eorum quae ex passione et ex materia, quas sinistras dicunt. Ea enim quae post eum sunt, eum dicunt formasse latenter motum a matre sua. Unde et Metropatorem, et Apatorem, et Demiurgum (3) eum, et Patrem vocant: dextrorum quidem patrem dicentes eum, id est, psychicorum; sinistrorum vero, id est, hylicorum, demiurgum: omnium autem regem. Hanc (4) enim Enthymesin volentem

αὐτῇ· τετράφθαι δὲ ἐπὶ τὴν μόρφωσιν τῆς γενομένης ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς αὐτῆς ψυχικῆς οὐσίας, προβαλεῖν τε τὰ παρὰ τοῦ Σωτῆρος μαθήματα. Καὶ πρῶτον μεμορφωκέναι αὐτὴν ἐκ τῆς ψυχικῆς οὐσίας λέγουσι τὸν πατέρα καὶ βασιλέα πάντων, τῶν τε ὁμοουσίων αὐτῷ, τουτέστιν τῶν ψυχικῶν, ἃ δὴ δεξιὰ καλοῦσι, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πάθους καὶ τῆς ὕλης, ἃ δὴ ἀριστερὰ λέγουσι· πάντα γὰρ τὰ μετ' αὐτὸν φάσκουσι μεμορφωκέναι, λεληθότως κινούμενον ὑπὸ τῆς μητρός· ὅθεν καὶ Μητροπάτορα, καὶ Ἀπάτορα, καὶ Δημιουργὸν αὐτὸν, καὶ Πατέρα καλοῦσι, τῶν μὲν δεξιῶν πατέρα λέγοντες αὐτὸν, τουτέστι τῶν ψυχικῶν, τῶν δὲ ἀριστερῶν, τουτέστι τῶν ὑλικῶν, δημιουργὸν, συμπάντων δὲ βασιλέα. Τὴν γὰρ Ἐνθύμησιν ταύτην βουληθεῖσαν εἰς τιμὴν τῶν Αἰώνων τὰ

(1) = in praxim deduxit quod a Salvatore didicerat, formans nempe res non tantum κατ'οὐσίαν sed etiam κατὰ γνῶσιν.

(2) Hic qui nunc exhibetur Deus, noster est Deus omnium Creator. Hinc aestimare licet quam sublimia Gnostici sibi visi sint attigisse. Omnia nempe quae hucusque exposita sunt supra Deum nostrum et haec quae nos cognoscimus omnia, constituta sunt!

(3) = etymolog.: fabricator, ideoque Creator et Dominus.

(4) Enthymesis operata est ad imaginem Pleromatis. Igitur, ut Bythos Aeonibus ignotus, ita et illa Demiurgo qui Monogenis imaginem refert, sicut angeli, qui ab eo sunt, reliquorum Aeonum. Cfr. *Exc. Theod.* 49 et HERACLEON. ap. Brooke, p. 52.

in Aeonum honorem omnia facere, imagines dicunt fecisse ipsorum, magis autem Salvatorem per ipsam. Et ipsam quidem, in imagine invisibilis Patris, conservasse incognitam a Demiurgo. Hunc autem unigeniti Filii: reliquorum vero Aeonum eos, qui ab hoc facti sunt angeli et archangeli.

2. Patrem itaque et deum dicunt factum eorum quae sunt extra Pleroma, fabricatorem esse omnium psychicorum et hylicorum. Separantem enim duas substantias confusas, et de incorporalibus corporalia facientem,(1) fabricasse quae sunt caelestia et terrena, et factum hylicorum et psychicorum, dextrorum et sinistrorum fabricatorem, levium et gravium, sursum advolantium, et deorsum devergentium: septem quoque caelos fecisse, super quos Demiurgum esse

πάντα ποιῆσαι, εἰκόνας λέγουσι πεποιηκέναι αὐτῶν, μᾶλλον δὲ τὸν Σωτῆρα δι' αὐτῆς· καὶ αὐτὴν μὲν ἐν εἰκόνι τοῦ ἀοράτου Πατρὸς τετηρηκέναι μὴ γινωσκομένην ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ· τοῦτον δὲ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ, τῶν δὲ λοιπῶν Αἰώνων τοὺς ὑπὸ τούτου γεγονότας ἀρχαγγέλους τε καὶ ἀγγέλους.

2. Πατέρα οὖν καὶ θεὸν λέγουσιν αὐτὸν γεγονέναι τῶν ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος, ποιητὴν ὄντα πάντων ψυχικῶν τε καὶ ὑλικῶν· διακρίναντα γὰρ τὰς δύο οὐσίας συγκεχυμένας, καὶ ἐξ ἀσωμάτων σωματοποιήσαντα, δεδημιουργηκέναι τά τε οὐράνια καὶ τὰ γήϊνα, καὶ γεγονέναι ὑλικῶν καὶ ψυχικῶν, δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν δημιουργὸν, κούφων καὶ βαρέων, ἀνωφερῶν καὶ κατωφερῶν. Ἑπτὰ γὰρ οὐρανοὺς κατεσκευακέναι, ὧν ἐπάνω τὸν Δημιουργὸν λέ-

(1) Igitur Demiurgi est *potentiam*, quam a Paracleto materia habebat ut hylica vel psychica fieret et in corpora transiret (IV, 5), ad actum reducere [*confusa* ⟨indeterminata⟩ discernere, et corporalia facere]; dein ex psychica dextra, levia etc., ex hylica contraria exprimere (cf. *Exc. Theod.* 47), quod inchoat a creatione *septem* caelorum a quibus sibi regnum et nomen est. Septem huiusmodi dari caelos in mythologia aegyptia, assyra, hellenica et cabalistica, notum est: immo et apud hos populos septem caeli cum septem angelis moderatoribus iidem sunt. Cfr. IV, 1, 1. Ir. ipse (Εἰς ἐπίδ. § 9) ad haec trahit septem Spiritus dona et alia.

dicunt. Et propter hoc Hebdomadam vocant eum,(1) matrem autem Achamoth Ogdoada, servantem numerum primogenitae et primariae Pleromatis ogdoadis. Septem autem caelos, quos intellectuales esse dicunt; angelos autem eos tradunt et Demiurgum et ipsum angelum, Deo autem similem, quemadmodum et Paradisum supra tertium caelum exsistentem virtutem, archangelum quartum dicunt esse, et ab hoc aliquid accepisse Adam conversatum in eo.(2)

3. Haec autem Demiurgum dicunt a semetipso quidem putasse in totum fabricasse; fecisse autem ea Achamoth. Caelum enim fecisse nescientem caelum, et hominem plasmasse ignorantem hominem, terram autem ostendisse non scientem terram, et in omnibus sic dicunt ignorasse eum figuras eorum, quae faciebat, et ipsam matrem; semeti-

γουσιν εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο Ἑβδομάδα καλοῦσιν αὐτόν, τὴν δὲ μητέρα τὴν Ἀχαμὼθ Ὀγδοάδα, ἀποσώζουσαν τὸν ἀριθμὸν τῆς ἀρχεγόνου, καὶ πρώτης τοῦ Πληρώματος ὀγδοάδος. Τοὺς δὲ ἑπτὰ οὐρανούς, οὓς εἶναι νοητούς φασιν· ἀγγέλους δὲ αὐτοὺς ὑποτίθενται, καὶ τὸν Δημιουργὸν δὲ καὶ αὐτὸν ἄγγελον, Θεῷ δὲ ἐοικότα· ὡς καὶ τὸν Παράδεισον ὑπὲρ τρίτον οὐρανὸν ὄντα, τέταρτον ἀρχάγγελον λέγουσι δυνάμει ὑπάρχειν, καὶ ἀπὸ τούτου τι εἰληφέναι τὸν Ἀδὰμ διατετριφότα ἐν αὐτῷ.

3. Ταῦτα δὲ τὸν Δημιουργὸν φάσκουσιν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν ᾠῆσθαι κατασκευάζειν, πεποιηκέναι δ' αὐτὰ τῆς Ἀχαμὼθ προβαλλούσης· οὐρανὸν γὰρ πεποιηκέναι, μὴ εἰδότα τὸν οὐρανόν· καὶ ἄνθρωπον πεπλακέναι, ἀγνοοῦντα τὸν ἄνθρωπον· γῆν τε δεδειχέναι, μὴ ἐπιστάμενον τὴν γῆν· καὶ ἐπὶ πάντων οὕτως λέγουσιν ἠγνοη-

(1) Cfr. Hipp. l. c.; *Exc. Th.* 47, de columnis *septem* a Sapientia excisis. Ubi Hebdomas et Ogdoas nominantur, certe Pleroma in mentem revocatur.

(2) Paradisum ut IV caelum-angelum tradit *Exc. Th.* 51: qua ratione ignoramus. Notanda quae heic de Adamo innuuntur (cfr. Εἰς ἐπίδ. 12 sqq.) quaeque suspicionem inducunt Gnosticos primaevum lapsum substantialiter ex *Genesi* enarrasse. Cf. immo c. 30 Ophitarum commenta.

psum autem putasse omnia esse.(1) Causam autem ei fuisse matrem eius talis operationis(2) dicunt, quae sic voluerit producere eum: caput quidem et initium suae substantiae, dominum autem universae operationis. Hanc autem Matrem et Ogdoadem vocant, et Sophiam, et Terram, et Hierusalem, et Spiritum sanctum, et Dominum masculiniter. Habere autem medietatis locum eam, et esse quidem super Demiurgum, subtus autem sive extra Pleroma usque ad finem.(3)

4. [*WH. I, 10*]. Quoniam quidem materialem substantiam ex tribus passionibus constare dicunt, timore, et tristitia, et aporia; de timore quidem et de conversione animalia subsistentiam accepisse: de conversione quidem Demiurgum volunt genesin habuisse: de timore autem reli-

κέναι αὐτῶν τὰς ἰδέας ὧν ἐποίει καὶ αὐτὴν τὴν μητέρα· αὐτὸν δὲ μόνον ᾠῆσθαι πάντα εἶναι. Αἰτίαν δ' αὐτῷ γεγονέναι τὴν μητέρα τῆς οἰήσεως ταύτης φάσκουσι, τὴν οὕτω βουληθεῖσαν προαγαγεῖν αὐτὸν, κεφαλὴν μὲν καὶ ἀρχὴν τῆς ἰδίας οὐσίας, κύριον δὲ τῆς ὅλης πραγματείας. Ταύτην δὲ τὴν Μητέρα καὶ Ὀγδοάδα καλοῦσι, καὶ Σοφίαν, καὶ Γῆν, καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ Κύριον ἀρσενικῶς. Ἔχειν δὲ τὸν τῆς μεσότητος τόπον αὐτὴν, καὶ εἶναι ὑπεράνω μὲν τοῦ Δημιουργοῦ, ὑποκάτω δὲ ἢ ἔξω τοῦ Πληρώματος, μέχρι συντελείας.

4. Ἐπεὶ οὖν τὴν ὑλικὴν οὐσίαν ἐκ τριῶν παθῶν συστῆναι λέγουσι, φόβου τε, καὶ λύπης, καὶ ἀπορίας· ἐκ μὲν τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὰ ψυχικὰ τὴν σύστασιν εἰληφέναι· ἐκ μὲν τῆς ἐπιστροφῆς τὸν Δημιουργὸν βούλονται τὴν γένεσιν ἐσχηκέναι,

(1) De Demiurgi ignorantia cfr. HIPP. VI, 34; *Exc. Theod.* 49; HERACL. (*fragm.* ap. Brooke, p. 52).

(2) Forsitan leg.: *opinationis.*

(3) Cfr *Proleg.* p. 44 de tribus universorum partibus. Ad μεσότην quod attinet in *Exc. Theod.* 31 docetur angelos in Pleromate masculos, ibi feminas esse; cfr. plura apud HERACL. *fr.* 40 (Brooke, p. 91 sqq.); de fine (consummatione omnium rerum) v. cap. VII.

quam omnem animalem substantiam (1) mutorum animalium, et hominum. Et propter hoc superiorem (2) eum existentem praescire quae sunt spiritalia, et se putasse solum deum, et per prophetas dixisse: « Ego Deus, et praeter me nemo ». (3) De tristitia autem spiritalia malitiae (4) docent facta: unde et diabolum genesin habuisse, quem et Cosmocratorem vocant, et daemonia, et omnem spiritalem malitiae substantiam. Sed Demiurgum quidem psychicum filium matris suae dicunt, Cosmocratorem vero creaturam Demiurgi; et Cosmocratorem quidem intelligere ea quae sunt supra eum, quoniam sit spiritalis malitia; Demiurgum vero ignorare, cum sit animalis. Habitare matrem quidem ipsorum in eo qui sit [super]coelestis locus, hoc est in medietate;

ἐκ δὲ τοῦ φόβου τὴν λοιπὴν πᾶσαν ψυχικὴν ὑπόστασιν, ὡς ψυχὰς ἀλόγων ζώων, καὶ θηρίων, καὶ ἀνθρώπων. Διὰ τοῦτο ἀτονώτερον αὐτὸν ὑπάρχοντα πρὸς τὸ γινώσκειν τινὰ πνευματικά, αὐτὸν νενομικέναι μόνον εἶναι θεὸν, καὶ διὰ τῶν προφητῶν εἰρηκέναι· « ἐγὼ Θεὸς, πλὴν ἐμοῦ οὐδείς ». Ἐκ δὲ τῆς λύπης τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας διδάσκουσι γεγονέναι· ὅθεν τὸν διάβολον τὴν γένεσιν ἐσχηκέναι, ὃν καὶ Κοσμοκράτορα καλοῦσι, καὶ τὰ δαιμόνια, καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ πᾶσαν τὴν πνευματικὴν τῆς πονηρίας ὑπόστασιν. Ἀλλὰ τὸν μὲν Δημιουργὸν υἱὸν ψυχικὸν τῆς μητρὸς αὐτῶν λέγουσι, τὸν δὲ Κοσμοκράτορα κτίσμα τοῦ Δημιουργοῦ· καὶ τὸν μὲν Κοσμοκράτορα γινώσκειν τὰ ὑπερ αὐτὸν, ὅτι πνεῦμά ἐστι τῆς πονηρίας· τὸν δὲ Δημιουργὸν ἀγνοεῖν, ἅτε ψυχικὸν ὑπάρχοντα. Οἰκεῖν δὲ τὴν μητέρα αὐτῶν εἰς τὸν ὑπερ-

(1) Supple hic ex graecis: *ut animas*... Cfr. *Exc. Theod.* 48.

(2) Male legit ἀνώτερον προγιγν. pro ἀτονώτερον γινώσκειν, i. e. (ut TERT. habet) « invalidus spiritalia « accedere ». Cfr. mox dicenda de Cosmocratore.

(3) *Deut.* IV, 35; Is. XLV, 5.

(4) *Eph.* VI, 12. Cosmocrator = princeps huius mundi, vel, iuxta PAUL. l. c., « corrector tenebrarum « harum », nomen est in Cabbala usitatum, ad quod alludere videtur IOAN. XII, 31. De eo cfr. HIPP. VI, 33; HERACL. 20, 45 et 37 ubi 70 λόγοι spiritalia malitiae dicuntur.

Demiurgum vero in eo qui sit in caelo locus, hoc est hebdomade: Cosmocratorem vero in eo qui sit secundum nos mundo. De expavescentia vero et aporia, quasi de vesaniori, corporalia, quemadmodum praediximus,(1) mundi elementa facta esse: terram vero secundum expavescentiae statum, aquam vero secundum timoris motum, aerem vero secundum maestitiae fixionem: ignem vero omnibus his inesse mortem et corruptelam, quemadmodum et ignorantiam omnibus tribus passionibus inabsconsam docent.(2)

5. Quum fabricasset igitur mundum, fecit et hominem choicum,(3) non autem ab hac arida terra, sed ab invisibili

ουράνιον τόπον, τουτέστιν ἐν τῇ μεσότητι· τὸν Δημιουργὸν δὲ εἰς τὸν ἐπουράνιον τόπον, τουτέστιν ἐν τῇ ἑβδομάδι· τὸν δὲ Κοσμοκράτορα ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς κόσμῳ. Ἐκ δὲ τῆς ἐκπλήξεως καὶ ἀμηχανίας, ὡς ἐκ τοῦ ἀσημοτέρου τὰ σωματικά, καθὼς προείπαμεν, τοῦ κόσμου στοιχεῖα γεγονέναι· γῆν μὲν κατὰ τὴν ἐκπλήξεως στάσιν, ὕδωρ δὲ κατὰ τὴν φόβου κίνησιν, ἀέρα δὲ κατὰ τὴν λύπης πῆξιν· τὸ δὲ πῦρ ἅπασιν αὐτοῖς ἐμπεφυκέναι θάνατον καὶ φθοράν, ὡς καὶ τὴν ἄγνοιαν τοῖς τρισὶ πάθεσιν ἐγκεκρύφθαι διδάσκουσι.

5. Δημιουργήσαντα δὴ τὸν κόσμον, πεποιηκέναι καὶ τὸν ἄνθρωπον τὸν χοϊκόν· οὐκ ἀπὸ ταύτης δὲ τῆς ξηρᾶς γῆς, ἀλλ' ἀπὸ

(1) Cfr. IV, 2 et not. p. 100.

(2) De hoc igne cfr. *Exc. Theod.* 48: cur mors et corruptela, vide VII, 1.— His absolvitur cosmogonia Gnosticorum de qua v. *Proleg.* p. 45 sq. Gradus sunt: I. Conceptio et separatio Achamoth; II. Perfectio potentiae illius per formam substantiae et gnosim ex quo demum triplex *informis* incorporea mundi materia prodit, ex passione hylica, ex conversione psychica, ex contemplatione pneumatica; III. Informatio per ministerium primae creaturae seu Demiurgi qui omnia ad actum reducit, caelos ex psychica, ex hylica cetera ducens. Cfr. HIPP. l. I de Neoplatonicorum placitis his similibus; DIOG. LAERT. III; HEINRICI *Valent. Gnosis.* — Sequenti § transitus fit ad anthropologiam.

(3) Choicus, a χοῦ = limo. Cfr. de creat. hom. *Exc. Theod.* 2, 21, 50, 53, 55; HIPP. VI, 34 sqq.; *fragm.* VALENT. (*Strom.* II, 20; IV, 13); HERACL. 16 (Brooke, p. 71); *Pistis S.* (Schmidt), p. 48. Ad sequentia nota hominem per-

substantia, et ab effusili et fluida materia accipientem: et in hunc insufflasse psychicum definiunt. Et hunc esse secundum imaginem et similitudinem factum: secundum imaginem quidem hylicum esse, proximum quidem, sed non eiusdem substantiae esse Deo: secundum similitudinem vero psychicum, unde et spiritum vitae substantiam eius dictam, cum sit ex spiritali definitione. Post deinde circumdatam dicunt ei dermatinam tunicam:(1) hanc autem sensibilem carnem esse volunt.

6. Partum vero matris ipsorum, quae est Achamoth,

τῆς ἀοράτου οὐσίας, ἀπὸ τοῦ κεχυμένου καὶ ῥευστοῦ τῆς ὕλης λαβόντα· καὶ εἰς τοῦτον ἐμφυσῆσαι τὸν ψυχικὸν διορίζονται. Καὶ τοῦτον εἶναι τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν γεγονότα· καὶ κατ' εἰκόνα μὲν τὸν ὑλικὸν ὑπάρχειν, παραπλήσιον μὲν, ἀλλ' οὐχ ὁμοούσιον ὄντα τῷ Θεῷ· καθ' ὁμοίωσιν δὲ τὸν ψυχικὸν, ὅθεν καὶ πνεῦμα ζωῆς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ εἰρῆσθαι, ἐκ πνευματικῆς ἀποῤῥοίας οὖσαν. Ὕστερον δὲ περιτεθεῖσθαι λέγουσιν αὐτῷ τὸν δερμάτινον χιτῶνα· τοῦτο δὲ τὸ αἰσθητὸν σαρκίον εἶναι θέλουσι.

6. Τὸ δὲ κύημα τῆς μητρὸς αὐτῶν τῆς Ἀχαμὼθ (ὃ κατὰ

fectum apud Gnosticos constare: 1° ex corpore [pars choica, *imago* Demiurgi, non ex terra, sed ex subst. fusili, nempe limo]; 2° ex anima [*similitudo* Demiurgi ab hoc inspirata]; 3° ex carne [seu ex subst. solida]; 4° ex pneumate [seu spiritu] ab Acham. concepto in adventu Paracleti ac latenter immixto, seu *conseminato*, insufflationi Demiurgi: hoc semen est Ecclesia seu praedestinatio ad gnosim. Iamvero homo in triplici ponitur differentia: *a*) homo hylicus, qui ex 1° et 3° tantum constat; *b*) psychicus qui insuper 2^{m} accepit; *c*) pneumaticus qui et pneuma habet. Ex his vero: *a*) *nequit recipere* gnosim, ideo peribit; *b*) *potest*, ideoque ab eo pendet utrum salvus fiat; *c*) *nequit amittere*, ideo « immortalis ab « initio » est [VALENT. l. c.]. Nullo negotio adnotabis hic deturpationem complurium dogmatum catholicorum, et praeformatos Praedestinatianorum errores.

(1) Cfr. *Exc. Theod.* 55. De consimili opinione Origenis longa exstitit controversia [cfr. v. g. HUET, *Origeniana*, XII, 8, ubi et de (ps.?) IUST. Περὶ ἀναστάσεως, 7, disputat. Cfr. et not. in TERT. o. c. p. 574].

(quem secundum inspectionem eorum angelorum qui sunt erga Salvatorem generavit), exsistentem eiusdem substantiae matri suae, spiritalem, et ipsum ⟨enim⟩ ignorasse Demiurgum dicunt: et latenter depositum esse in eum, nesciente eo, uti per eum in eam, quae ab eo esset, animam seminatum, et in materiale hoc corpus, gestatum quoque velut in utero in his et amplificatum, paratum fiat ad susceptionem perfectae rationis.(1) Latuit igitur, quemadmodum dicunt, Demiurgum, conseminatus insufflationi eius a Sophia, spiritalis homo, inenarrabili virtute et providentia. Quemadmodum enim matrem suam ignoravit, sic et semen eius. Quod etiam ipsum Ecclesiam esse dicunt, exemplum superioris Ecclesiae:(2) et hunc esse in semetipsis hominem

τὴν θεωρίαν τῶν περὶ τὸν Σωτῆρα ἀγγέλων ἀπεκύησεν), ὁμοούσιον ὑπάρχον τῇ μητρί, πνευματικόν, καὶ αὐτὸ ἠγνοηκέναι τὸν Δημιουργὸν λέγουσι· καὶ λεληθότως κατατεθεῖσθαι εἰς αὐτόν, μὴ εἰδότος αὐτοῦ, ἵνα δι' αὐτοῦ εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ ψυχὴν σπαρέν, καὶ εἰς τὸ ὑλικὸν τοῦτο σῶμα, κυοφορηθὲν ἐν τούτοις καὶ αὐξηθὲν ἕτοιμον γένηται πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ τελείου λόγου. Ἔλαθεν οὖν, ὥς φασι, τὸν Δημιουργὸν ὁ συγκατασπαρεὶς τῷ ἐμφυσήματι αὐτοῦ ὑπὸ τῆς Σοφίας πνευματικὸς ἄνθρωπος ἀῤῥήτῳ δυνάμει καὶ προνοίᾳ. Ὡς γὰρ τὴν μητέρα ἠγνοηκέναι, οὕτω καὶ τὸ σπέρμα αὐτῆς· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Ἐκκλησίαν εἶναι λέγουσιν, ἀντίτυπον τῆς ἄνω Ἐκκλησίας· καὶ τοῦτ, εἶναι τὸν ἐν αὐτοῖς ἄν-

(1) Gr. λόγου = sermonis (TERT.). Est nempe ipsum obiectum seu ipsa propositio gnoseos. *Exc. Theod.* 53: « ut os [ὀστοῦν] scl. anima *rationa-* « *lis* non esset vacua sed spiritalis « medulla plena ». De hoc λόγῳ plena doctrina traditur apud *Philos.* VI, 34 ac *fragm.* VALENT. (*Strom.* II, 20). Est enim « verbum quod « ex ore communis fructus *Plero-* « *matis* (Iesu) et Sophiae immis- « sum est in terram ac in anima « tamquam in hospitio cohabitat « quum daemones absunt » (*Philos.*; ita et HERACL. *fr.* 20 cit.). « Quum « hoc in corde sit receptum, sancti- « ficatum est cor, atque luce prae- « fulget; ideoque beati sunt qui tale « cor habent; nam ipsi Deum vi- « debunt » (VALENT.).

(2) Cfr. *Exc. Theod.* 2, 21, 39, 40, 53, 58; HERACL. *fr.* 13 (Brooke,

volunt, uti habeant animam quidem a Demiurgo, corpus autem a limo, et carneum a materia, spiritalem vero hominem a matre Achamoth.

Cap. VI, 1. [*WH. I, 11*]. Quum sint igitur tria, alterum materiale (quod etiam sinistrum vocant) ex necessitate perire dicunt, quippe quum nullam spirationem incorruptelae recipere possit: animale vero (quod etiam dextrum appellant) quum sit medium spiritalis et materialis, illuc redigi, quocumque declinaverit: spiritale vero emissum esse, uti hic animali coniunctum formetur, coeruditum ei in conversatione.(1) Et hoc esse dicunt «sal», et «lumen mundi».(2)

θρωπον ἀξιοῦσιν, ὥστε ἔχειν αὐτοὺς τὴν μὲν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, τὸ δὲ σῶμα ἀπὸ τοῦ χοὸς, καὶ τὸ σαρκικὸν ἀπὸ τῆς ὕλης, τὸν δὲ πνευματικὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς μητρὸς τῆς Ἀχαμώθ.

VI, 1. Τριῶν οὖν ὄντων, τὸ μὲν ὑλικὸν, ὃ καὶ ἀριστερὸν καλοῦσι, κατὰ ἀνάγκην ἀπόλλυσθαι λέγουσιν, ἅτε μηδεμίαν ἐπιδέξασθαι πνοὴν ἀφθαρσίας δυνάμενον· τὸ δὲ ψυχικὸν, ὃ καὶ δεξιὸν προσαγορεύουσιν, ἅτε μέσον ὂν τοῦ τε πνευματικοῦ καὶ τοῦ ὑλικοῦ, ἐκεῖσε χωρεῖν, ὅπου ἂν καὶ τὴν πρόσκλισιν ποιήσηται· τὸ δὲ πνευματικὸν ἐκπεπέμφθαι, ὅπως ἐνθάδε τῷ ψυχικῷ συζυγὲν μορφωθῇ, συμπαιδευθὲν αὐτῷ ἐν τῇ ἀναστροφῇ. Καὶ τοῦτ' εἶναι θέλουσι τὸ «ἅλας», καὶ τὸ «φῶς τοῦ κόσμου»· ἔδει

p. 68). Ecclesia est principium electionis seu praedestinationis (*Exc.* 39: ἐκκλησία ἥτις ἐστὶ τὸ γένος τὸ ἐκλεκτόν): attende hoc semen electionis non esse ex defectione Sophiae, sed directe derivari a contemplatione angelorum [ἀποῤῥοία τοῦ ἀγγελικοῦ (*Exc.* 2)] et quidem Pleromatis, ideo τοῦ ἀῤῥῆνος [cfr. p. 109, n. 3]. Quo perficitur similitudo huius Eccl. cum superiori.

(1) I. e. spiritale emittitur ad animale iuvandum quatenus utrumque coniunctum *formatur* seu perficitur (in scientiam) ex conversatione terrena (*hīc*). Inde etiam spiritale iuvatur, quippe quod *pusillum* emissum ac perfectione indigens (cfr. fin. h. c. p. 120); maxime tamen animale, ad quod sermonem coarctat Ir. Cfr. *Exc. Theod.* 56.

(2) Matth. V, 13.

Opus erat enim animali sensibilibus disciplinis. Ob quam causam et mundum fabricatum esse dicunt, et Salvatorem autem ad hoc venisse animale, quia suae potestatis est, ut id salvet. Quae enim(1) salvaturus erat, eorum primitias eum suscepisse dicunt: ab Achamoth quidem spiritale, a Demiurgo autem indutum(2) psychicum ⟨id est animalem⟩ Christum, a dispositione(3) autem circumdatum corpus, animalem habens substantiam, paratum vero inenarrabili arte, ut et visibile, et palpabile, et passibile fieret. Et hylicum autem nihil omnino suscepit: non enim esse hylicum capacem salutis. Consummationem vero futuram, quum formatum

γὰρ τῷ ψυχικῷ καὶ αἰσθητῶν παιδευμάτων. Διὸ καὶ κόσμον κατεσκευάσθαι λέγουσι, καὶ τὸν Σωτῆρα δὲ ἐπὶ τοῦτο παραγεγονέναι τὸ ψυχικόν, ἐπεὶ καὶ αὐτεξούσιόν ἐστιν, ὅπως αὐτὸ σώσῃ. Ὧν γὰρ ἔμελλε σώζειν, τὰς ἀπαρχὰς αὐτὸν εἰληφέναι φάσκουσιν, ἀπὸ μὲν τῆς Ἀχαμὼθ τὸ πνευματικόν, ἀπὸ δὲ τοῦ Δημιουργοῦ ἐνδεδύσθαι τὸν ψυχικὸν Χριστόν, ἀπὸ δὲ τῆς οἰκονομίας περιτεθεῖσθαι σῶμα ψυχικὴν ἔχον οὐσίαν, κατεσκευασμένον δὲ ἀῤῥήτῳ τέχνῃ, πρὸς τὸ καὶ ὁρατὸν καὶ ψηλαφητὸν καὶ παθητὸν γενέσθαι· καὶ ὑλικὸν δὲ οὐδ' ὁτιοῦν εἰληφέναι λέγουσιν αὐτόν· μὴ γὰρ εἶναι τὴν ὕλην δεκτικὴν σωτηρίας. Τὴν δὲ συντέλειαν ἔσεσθαι, ὅταν μορφωθῇ καὶ τελειωθῇ γνώσει πᾶν

(1) Nempe substantiae hominum de quibus p. 111 sq. n. 3, excepta, ut dicetur, *hylica*. (Cfr. et *Pistis*, p. 8, 17, 77 etc.). Cfr. cum his c. II fin.

(2) Subaudi: *esse*.

(3) I. e. dispensatione (οἰκονομία) quo nomine Graecis venit « Incar-« natio ». Cfr. *Exc. Theod.* 59 et 62. — Valentini docetismus patet etiam ex fragm. epist. ad Agathopum (*Strom*. III, 8): de discipulorum controversiis cfr. *Philos*. VI, 35; Iren. ipse alias opiniones innuit, v. g. VII, 2: at non satis distinctis fontibus. Fortasse haec (*Ob quam causam* usque ad *semetipsos dicunt*) parenthesim efficiunt, quae perficitur ex V, 2–5; VII, 1 (*Quum autem – ut iam non sit*) et innuunt opinionem a ceteris huius sectionis partibus distinctam. Hinc etiam habes cur TERT. dixerit (c. 26) se heic *ex disperso* colligere: nempe, uti videtur, ex hoc cap. VI, 1; ex VII, 3–4; VII, 2; VII fin. Cfr. HEINRICI *Val. Gnosis*, p. 89 sqq.

et perfectum fuerit scientia omne spiritale, hoc est, [spiritales] homines, qui perfectam agnitionem habent de Deo, et hi qui ab Achamoth initiati sunt mysteria: esse autem hos semetipsos dicunt.

2. Erudiuntur autem psychica ⟨id est animalia⟩ psychici ⟨id est animales⟩ homines, qui per operationem et fidem nudam firmantur, et non perfectam agnitionem (1) habent. Esse autem hos nos, qui sumus ab Ecclesia, dicunt. Quapropter et nobis quidem necessariam esse bonam conversationem respondent: aliter enim impossibile esse salvari. Semetipsos autem non per operationem, sed eo quod sint naturaliter spiritales, omnimodo salvari dicunt. Quemadmodum enim choicum impossibile est salutem percipere (non enim esse illum capacem salutis dicunt), sic iterum quod spiritale (quod semetipsos esse volunt) impossibile esse corruptelam percipere, licet in quibuscumque fuerint

τὸ πνευματικόν, τουτέστιν οἱ πνευματικοὶ ἄνθρωποι, οἱ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες περὶ Θεοῦ καὶ ὑπὸ τῆς Ἀχαμὼθ μεμυημένοι μυστήρια· εἶναι δὲ τούτους ἑαυτοὺς ὑποτίθενται.

2. Ἐπαιδεύθησαν δὲ τὰ ψυχικὰ οἱ ψυχικοὶ ἄνθρωποι, οἱ δι' ἔργων καὶ πίστεως ψιλῆς βεβαιούμενοι, καὶ μὴ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες· εἶναι δὲ τούτους ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἡμᾶς λέγουσι· διὸ καὶ ἡμῖν μὲν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν ἀποφαίνονται· ἄλλως γὰρ ἀδύνατον σωθῆναι· Αὐτοὺς δὲ μὴ διὰ πράξεως, ἀλλὰ διὰ τὸ φύσει πνευματικοὺς εἶναι, πάντη ⟨τε καὶ πάντως⟩ σωθήσεσθαι δογματίζουσιν. Ὡς γὰρ τὸ χοϊκὸν ἀδύνατον σωτηρίας μετασχεῖν· (οὐ γὰρ εἶναι δεκτικὸν αὐτῆς λέγουσιν αὐτοί) οὕτως πάλιν τὸ πνευματικόν, ὃ αὐτοὶ εἶναι θέλουσιν, ἀδύνατον φθορὰν καταδέξασθαι, κἂν ὁποίαις συγκαταγέ-

(1) Oppositionem inter ψιλὴν πίστιν et τελείαν γνῶσιν ostendit CLEM. (*Strom.* II, c. 3 init.): « Valentiniani nobis ut simplicioribus « *fidem* adscribentes, sibi, necessario salvandis ob discretivum spi« ritum, *agnitionem* decernunt, ma« gis hanc ab illa, quam spiritale « ab animali distare autumantes ». Ubi scopus gnoseos evidens est.

factis. Quemadmodum enim aurum in coeno depositum non amittit decorem suum, sed suam naturam custodit, quum coenum nihil nocere auro possit: sic et semetipsos dicunt, licet in quibuscumque materialibus operibus sint, nihil semetipsos noceri, neque amittere spiritalem substantiam.(1)

3. [*WH. I, 12*]. Quapropter et intimorate omnia quae vetantur, hi, qui sunt ipsorum perfecti, operantur, de quibus Scripturae confirmant, quoniam « qui faciunt ea, regnum « Dei non hereditabunt ».(2) Etenim idolothyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab his putantes, et in omnem diem festum ethnicorum, pro voluptate in honorem deorum factum, primi conveniunt;(3) uti in nihilo quidem absti-

νωνται πράξεσιν. Ὃν γὰρ τρόπον χρυσὸς ἐν βορβόρῳ κατατεθεὶς οὐκ ἀποβάλλει τὴν καλλονὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν φύσιν διαφυλάττει, τοῦ βορβόρου μηδὲν ἀδικῆσαι δυναμένου τὸν χρυσόν, οὕτω δὲ καὶ αὐτοὺς λέγουσι, κἂν ἐν ὁποιαις ὑλικαῖς πράξεσι καταγένωνται, μηδὲν αὐτοὺς παραβλάπτεσθαι, μηδὲ ἀποβάλλειν τὴν πνευματικὴν ὑπόστασιν.

3. Διὸ δὴ καὶ τὰ ἀπειρημένα πάντα ἀδεῶς οἱ τελειότατοι πράττουσιν αὐτῶν, περὶ ὧν αἱ Γραφαὶ διαβεβαιοῦνται, « τοὺς « ποιοῦντας αὐτὰ βασιλείαν Θεοῦ μὴ κληρονομήσειν ». Καὶ γὰρ εἰδωλόθυτα ἀδιαφόρως ἐσθίουσι, μηδὲν μολύνεσθαι ὑπ' αὐτῶν ἡγούμενοι· καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἑορτάσιμον τῶν ἐθνῶν τέρψιν εἰς τιμὴν

(1) Hippol., Clem., Orig. imo et ipse *Liber Ieû* (II, 55) eadem testantur. Num vero προπάτορες quoque τῶν δογμάτων [Clem.] eadem sensissent, quod spectat inamissibilitatem salutis, ambigendum non est: hanc enim invenisse, omnium tunc temporis desiderium erat. Cfr. VALENT. (*Strom.* IV, 13): « Ab initio « vos immortales estis et filii vitae « aeternae; *et mortem* vobis adsci« scere (μερίσασθαι) voluistis ut « eam consumeretis et aboleretis, « et mors in vobis moreretur et per « vos etc. ». Cfr. TERT. *De resurr. carn.* 19. Gnosim tamen ad sublimia non ad nefanda vertebant illi: at consequentias practicas doctrinarum non satis praecavere, omnibus errorum magistris proprium est.

(2) *Gal.* V, 21.

(3) Pretiosa hic habes de disciplina Eccl. II saec. Cfr. similia apud FUNK, *Didascal.* I, p. 176, 330.

neant, quod est apud Deum et apud homines odiosum muneris homicidiale spectaculum.[1] Quidam autem et carnis voluptatibus insatiabiliter inservientes, carnalia carnalibus, spiritalia spiritalibus reddi dicunt. Et quidam quidem ex ipsis clam eas mulieres, quae discunt ab eis doctrinam hanc, corrumpunt: quemadmodum multae saepe ab his suasae, post conversae mulieres ad Ecclesiam Dei, cum reliquo errore et hoc confessae sunt.[2] Alii vero et manifeste, ne quidem erubescentes, quascumque adamaverint mulieres, has a viris suis abstrahentes, suas nuptas fecerunt. Alii vero valde modeste initio, quasi cum sororibus fingentes habitare, procedente tempore manifestati sunt, gravida sorore a fratre facta.

τῶν εἰδώλων γινομένην πρῶτοι συνίασιν, ὡς μηδὲ τῆς παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις μεμισημένης τῆς τῶν θηριομάχων καὶ μονομαχίας ἀνδροφόνου θέας ἀπέχεσθαι ἐνίους αὐτῶν. Οἱ δὲ, καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς κατακόρως δουλεύοντες, τὰ σαρκικὰ τοῖς σαρκικοῖς, καὶ τὰ πνευματικὰ τοῖς πνευματικοῖς ἀποδίδοσθαι λέγουσιν. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν λάθρα τὰς διδασκομένας ὑπ' αὐτῶν τὴν διδαχὴν ταύτην γυναῖκας διαφθείρουσιν, ὡς πολλαὶ πολλάκις ὑπ' ἐνίων αὐτῶν ἐξαπατηθεῖσαι, ἔπειτα ἐπιστρέψασαι γυναῖκες εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, σὺν τῇ λοιπῇ πλάνῃ καὶ τοῦτο ἐξωμολογήσαντο· οἱ δὲ καὶ κατὰ τὸ φανερὸν ἀπερυθριάσαντες, ὧν ἂν ἐρασθῶσι γυναικῶν, ταύτας ἀπ' ἀνδρῶν ἀποσπάσαντες, ἰδίας γαμετὰς ἡγήσαντο. Ἄλλοι δὲ αὖ πάλιν σεμνῶς κατ' ἀρχὰς, ὡς μετὰ ἀδελφῶν προσποιούμενοι συνοικεῖν, προϊόντος τοῦ χρόνου ἠλέγχθησαν, ἐγκύμονος τῆς ἀδελφῆς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ γενηθείσης.

(1) Gr. habes: « odiosum bestiariorum et gladiatorum homicidiale spectaculum »; at interpres (hinc colliges quam vetustus) usus est verbo, dixerim, technico ac perraro. Cfr. SVETON. *in Caes.*: « Bestias ad *munus* comparatas... spectacula varii generis: *munus* gladiatorium etc. ».

(2) Cfr. praesertim quae de Marco dicentur, c. XIII, 5. Confessionem privatam post MASSUET viderunt heic non pauci, verum non sufficienti ratione; immo verba

4. Et alia multa odiosa et irreligiosa facientes, nos quidem, qui per timorem Dei timemus etiam usque in mentibus nostris et sermonibus peccare,(1) arguunt quasi idiotas, et nihil scientes; semetipsos extollunt, perfectos vocantes, et semina electionis. Nos enim in usu(2) gratiam accipere dicunt, quapropter et auferri a nobis: semetipsos autem proprie possidere, desursum ab inenarrabili et innominabili syzygia descendentem habere gratiam, et propterea adiici eis.(3) Quapropter ex omni modo oportere eos semper syzygiae meditari mysterium.(4) Et hoc suadent insensibilibus, his sermonibus dicentes sic: Quicumque in saeculo est, et uxorem non amat, ut ei coniungatur, non est de veri-

4. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ μυσερὰ καὶ ἄθεα πράσσοντες, ἡμῶν μὲν διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ φυλασσομένων καὶ μέχρις ἐννοίας καὶ λόγου ἁμαρτεῖν, κατατρέχουσιν, ὡς ἰδιωτῶν, καὶ μηδὲν ἐπισταμένων· ἑαυτοὺς δὲ ὑπερυψοῦσι, τελείους ἀποκαλοῦντες, καὶ σπέρματα ἐκλογῆς. Ἡμᾶς μὲν γὰρ ἐν χρήσει τὴν χάριν λαμβάνειν λέγουσι· διὸ καὶ ἀφαιρεθήσεσθαι αὐτῆς· αὐτοὺς δὲ ἰδιόκτητον ἄνωθεν ἀπὸ τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀνωνομάστου συζυγίας κατεληλυθυῖαν ἔχειν τὴν χάριν· καὶ διὰ τοῦτο προστεθήσεσθαι αὐτοῖς. Διὸ καὶ ἐκ παντὸς τρόπου δεῖν αὐτοὺς ἀεὶ τὸ τῆς συζυγίας μελετᾶν μυστήριον. Καὶ τοῦτο πείθουσι τοὺς ἀνοήτους, αὐταῖς λέξεσι λέγοντες οὕτως· ὃς ἂν ἐν κόσμῳ γενόμενος γυναῖκα οὐκ ἐφίλησεν, ὥστε αὐτὴν κρατηθῆναι, οὐκ ἔστιν ἐξ ἀληθείας, καὶ

« cum reliquo errore » nimis generalia sunt ut integritatem ipsam huius confessionis, ac propterea valorem sacramentalem *ex hisce solis* ostendas.

(1) Cfr. v. g. HERMAE *Vis.* I, sub init.; vel Εἰς ἐπίδειξιν, 2, ex quibus aptum his commentarium habes.

(2) Loquutio iuridica notatu digna: *in usu* = in usufructu; *proprie* = in proprietate possidere.

(3) Cfr. MARC. IV, 25; LUC. XIX, 26: « habenti dabitur » etc. De vanagloria Gnosticorum cfr. III, 15, 2.

(4) Cfr. TERTULL. c. 30 (p. 583); verbum gr. μελετᾶν simul *meditari* et *exercere* exprimit: quod etiam latini verbi (a *metiri*?) etymon innuit (cfr. PLAUT. *Stich.* IV, 34). Infra ἀνοήτους aptius vertitur *stolidis* quam *insensibilibus*.

tate, et non transiet in veritatem. Qui autem de saeculo[1] est, mixtus mulieri non transit in veritatem: quoniam in concupiscentia mixtus est mulieri. Quapropter nobis quidem, quos psychicos vocant, et de saeculo esse dicunt, necessariam continentiam, et bonam operationem, uti per eam veniamus in medietatis locum. Sibi autem, spiritalibus et perfectis vocatis, nullo modo. Non enim operatio in Pleroma inducit, sed semen,[2] quod est inde pusillum quidem emissum, hic autem perfectum factum.

Cap. VII. 1. [*WH. seq. I, 12*]. Quum autem universum semen perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem

οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν· ὁ δὲ ἀπὸ κόσμου ὢν κρατηθεὶς γυναικὶ, οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν, διὰ τὸ ἐν ἐπιθυμίᾳ κρατηθῆναι γυναικός. Διὰ τοῦτο οὖν ἡμᾶς, οὓς ψυχικοὺς ὀνομάζουσι, καὶ ἐγκόσμους εἶναι λέγουσι, καὶ ἀναγκαίαν ἡμῖν τὴν ἐγκράτειαν καὶ ἀγαθὴν πρᾶξιν, ἵνα δι᾽ αὐτῆς ἔλθωμεν εἰς τὸν τῆς μεσότητος τόπον· αὐτοῖς δὲ πνευματικοῖς τε καὶ τελείοις καλουμένοις μηδαμῶς· οὐ γὰρ πρᾶξις εἰς Πλήρωμα εἰσάγει, ἀλλὰ τὸ σπέρμα τὸ ἐκεῖθεν νήπιον μὲν ἐκπεμπόμενον, ἐνθάδε δὲ τελειούμενον.

VII. 1. Ὅταν δὲ πᾶν τὸ σπέρμα τελειωθῇ, τὴν μὲν Ἀχαμὼθ τὴν μητέρα αὐτῶν μεταστῆναι τοῦ τῆς μεσότητος τόπου λέγουσι,

(1) Haec oppositio in « saeculo... « de saeculo » efformata videtur super Ioann. XVII, 11-14: « *in* mundo « sunt... et... non sunt *de* mun« do »: non sunt scl. de mundo quamvis sint in mundo, qui partem nobiliorem sui, seu pneuma, extra ordinem naturalis creationis (cfr. p. 113 sq. n. 2) acceperunt: alii e contra, qui eo carent, omnino sunt de mundo. Quapropter illi, si mulieri misceantur, id agunt ex principio supernaturali, ex imitatione Aeonum (cfr. etiam infra c. XXXI, 1 fin.), ut clarificent syzygias, ac praesertim primam Mentis et Veritatis (cur hanc praesertim, cfr. Ioann. l. c. v. 17); si non misceantur, hanc syzygiam ex qua sunt non bene referunt, nec ostendunt « ge« nerositatem suam » (Tertull. l. c.). Alii vero qui omnino sunt de mundo, nec de Veritate noverant an sit, omnino ex concupiscentia miscentur etc. Cfr. *Philos.* VI, 19. Videas etiam Ir. III, 15, 2.

(2) Id est *pneuma*; cfr. V, 6 (p. 113, n. 2); VI, 1 (p. 114, n. 1 sq.).

ipsorum transire de medietatis loco dicunt, et intra Pleroma introire, et recipere sponsum suum Salvatorem, qui est ex omnibus factus, uti syzygia fiat Salvatoris et Sophiae, quae est Achamoth. Et hoc esse sponsum et sponsam:(1) nymphonem(2) vero universum Pleroma. Spiritales vero exspoliatos animas,(3) et spiritus intellectuales factos, inapprehensibiliter et invisibiliter intra Pleroma ingressos, sponsas reddi his qui circa Salvatorem sunt angelis. Demiurgum vero transire et ipsum in matris suae Sophiae locum, hoc est, in medietatem. Iustorum quoque animas refrigerare(4) et ipsas in medietatis loco. Nihil enim psy-

καὶ ἐντὸς Πληρώματος εἰσελθεῖν, καὶ ἀπολαβεῖν τὸν νυμφίον αὐτῆς τὸν Σωτῆρα, τὸν ἐκ πάντων γεγονότα, ἵνα συζυγία γένηται τοῦ Σωτῆρος καὶ τῆς Σοφίας τῆς Ἀχαμώθ. Καὶ τοῦτο εἶναι νυμφίον καὶ νύμφην, νυμφῶνα δὲ τὸ πᾶν Πλήρωμα. Τοὺς δὲ πνευματικοὺς ἀποδυσαμένους τὰς ψυχὰς καὶ πνεύματα νοερὰ γενομένους, ἀκρατήτως καὶ ἀοράτως ἐντὸς Πληρώματος εἰσελθόντας, νύμφας ἀποδοθήσεσθαι τοῖς περὶ τὸν Σωτῆρα ἀγγέλοις. Τὸν δὲ Δημιουργὸν μεταβῆναι καὶ αὐτὸν εἰς τὸν τῆς μητρὸς Σοφίας τόπον, τουτέστιν ἐν τῇ μεσότητι· τάς τε τῶν δικαίων ψυχὰς ἀναπαύσεσθαι καὶ αὐτὰς ἐν τῷ τῆς μεσότητος τόπῳ.

(1) De quibus scl. MATTH. XXV, 6; et ubique in Scripturis similia.

(2) = thalamus: νύμφων; cfr. MATTH. V, 20 (graec.). Videas etiam quae c. XXI, 3 de ritu thalami dicuntur, quaeque periti super ritus mysticos orphicos et eleusinos (παστός) efformata docent. Cfr. ANRICH, l. c.

(3) Exuentes quas a Demiurgo acceperant ψυχάς (cfr. V, 4, init.); quia: « nihil ψυχικόν in Pleroma « transibit [hic fin.] ». Cfr. *Exc. Theod.* 64, qui nuptias ita declarat: « ad visionem Spiritus admitten- « tur, ad intellectuales et aeternas « coniugationes nuptias ». Cfr. HERACL. *fr.* 12, 15, 35 (ed. Brooke, p. 67, 70, 88).

(4) Refrigerare, etiam active pro ἀναπαύσεσθαι in monumentis christianae antiquitatis bene notum est. Cfr. HERACL. *fr.* 42 (Brooke, p. 96); *Exc. Theod.* 63-66. Notandum nomen *iustorum*, δικαίων, ad significandos psychicos et hos qui sunt circa Demiurgum: medium quidem est inter ἀγαθός et ἀδίκαιος,

chicum intra Pleroma transire. [*WH. I, 13*]. His autem factis ita, is qui latet in mundo ignis, exardescens et comprehendens,(1) universam materiam consumit, et ipsum simul consumptum abire in id, ut iam non sit. Demiurgum autem nihil horum cognovisse ostendunt ante Salvatoris(2) adventum.

2. Sunt autem(3) qui dicunt emisisse eum et Christum filium suum, sed et animalem: et de hoc per prophetas loquutum esse. Esse autem hunc qui per Mariam transierit, quemadmodum aqua per tubum transit, et in hunc in baptismate descendisse illum, qui esset de Pleromate ex omnibus, Salvatorem, in figura columbae:(4) fuisse autem in eo et illud,

Μηδὲν γὰρ ψυχικὸν ἐντὸς Πληρώματος χωρεῖν. Τούτων δὲ γενομένων οὕτως, τὸ ἐμφωλεῦον τῷ κόσμῳ πῦρ ἐκλάμψαν καὶ ἐξαφθὲν, καὶ κατεργασάμενον πᾶσαν ὕλην συναναλωθήσεσθαι αὐτῇ, καὶ εἰς τὸ μηκέτ' εἶναι χωρήσειν διδάσκουσι. Τὸν δὲ Δημιουργὸν μηδὲν τούτων ἐγνωκέναι ἀποφαίνονται πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας.

2. Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες προβαλέσθαι αὐτὸν καὶ Χριστὸν υἱὸν ἴδιον, ἀλλὰ καὶ ψυχικόν· καὶ περὶ τούτου διὰ τῶν προφητῶν λελαληκέναι. Εἶναι δὲ τοῦτον τὸν διὰ Μαρίας διοδεύσαντα, καθάπερ ὕδωρ διὰ σωλῆνος ὁδεύει, καὶ εἰς τοῦτον ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος κατελθεῖν ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τοῦ Πληρώματος ἐκ πάντων Σωτῆρα, ἐν εἴδει περιστερᾶς· γεγονέναι δὲ ἐν αὐτῷ καὶ τὸ ἀπὸ

sicut Demiurgus medium locum inter Propatora et Cosmocratora tenet. Cfr. praesertim Ptolem. *Ep. ad Floram*, et *Proleg.* p. 44 sq.

(1) Gr. ἐξαφθέν = comburens (an ita scriptum, corruperint librarii?). — Cfr. et II, 29, 3; Tert. c. 32. Quod rem propositam spectat, cfr. V, 4, p. 111, n. 2; *Exc. Theod.* 81; *Apocal.* XX, 9, 14.

(2) Cfr. haec cum illis quae ex alio fonte, c. VI, 1 (p. 115, n. 3) exposita sunt.

(3) Fragmentum «Sunt autem – «per tubum transit» exstat syriace in cod. Nitr. 12/157, fol. 127 (viii saec.). Convenit omnino cum vers. lat. sed loco «de hoc» habet «per hunc».

(4) Cfr. infra c. XXI, 2; XXVI, 1.

quod est ab Achamoth, semen spiritale. Dominum igitur nostrum ex quatuor his compositum fuisse dicunt, servantem typum primogenitae et primae quaternationis; de spiritali, quod erat ab Achamoth: et de animali, quod erat de Demiurgo: et de dispositione, quod erat factum inenarrabili arte: et de Salvatore, quod erat illa, quae descendit in eum, columba.(1) Et hunc quidem impassibilem perseverasse (non enim possibile erat pati eum, quum esset incomprehensibilis et invisibilis): et propter hoc ablatum esse, quum traheretur ad Pilatum, illum qui depositus erat in eum spiritus Christi. Sed ne id quidem quod a matre erat semen, passum esse dicunt. Impassibile enim et illud, quippe spiritale, et invisibile etiam ipsi Demiurgo.(2) Passus est

τῆς Ἀχαμὼθ σπέρμα πνευματικόν. Τὸν οὖν Κύριον ἡμῶν ἐκ τεσσάρων τούτων σύνθετον γεγονέναι φάσκουσιν, ἀποσώζοντα τὸν τύπον τῆς ἀρχεγόνου καὶ πρώτης τετρακτύος· ἔκ τε τοῦ πνευματικοῦ, ὃ ἦν ἀπὸ τῆς Ἀχαμὼθ, καὶ ἐκ τοῦ ψυχικοῦ, ὃ ἦν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ ἐκ τῆς οἰκονομίας, ὃ ἦν κατεσκευασμένον ἀῤῥήτῳ τέχνῃ, καὶ ἐκ τοῦ Σωτῆρος, ὃ ἦν κατελθοῦσα εἰς αὐτὸν περιστερά. Καὶ τοῦτον μὲν ἀπαθῆ διαμεμενηκέναι (οὐ γὰρ ἐνεδέχετο παθεῖν αὐτὸν ἀκράτητον καὶ ἀόρατον ὑπάρχοντα)· καὶ διὰ τοῦτο ἦρθαι, προσαγομένου αὐτοῦ τῷ Πιλάτῳ, τὸ εἰς αὐτὸν κατατεθὲν πνεῦμα Χριστοῦ. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἀπὸ τῆς μητρὸς σπέρμα πεπονθέναι λέγουσιν. Ἀπαθὲς γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ πνευματικὸν, καὶ ἀόρατον καὶ αὐτῷ τῷ Δημιουργῷ. Ἔπαθε δὲ λοιπὸν

(1) Haec nova sent. (cfr. etiam c. XV, 2 quae Marcus doceat) igitur distinguit Christum psychicum filium Demiurgi, et Iesum de Pleromate (c. I fin.) compactum; his additur ut in ceteris electis pneuma. De Christo psychico exaggerantur docetica: Aeon vero in forma columbae ex novo additur (cfr. TERT. qui c. 26 hoc tacet, meminit vero c. 27; *Exc. Theod.* 61). In *Exc. Theod.* utrumque separatim habes: tres substantiae frag. 59; quarta vero, seu περιστερά, frag. 16. Cfr. HERACL. *fragm.* 8 et 10 [BROOKE p. 64 sq.]. Hanc non fuisse Valentini sententia patet vel ex PS. TERTULL. *Adv. haer.* c. 18.

(2) Attende analogiam huius ignorantiae cum sententia Ignatii

autem, secundum hos animalis Christus, et ille qui ex dispositione fabricatus, in mysterio, ut ostendat per eum mater typum superioris Christi, illius qui extensus est Cruci, et formavit Achamoth formationem secundum substantiam: omnia enim haec exempla illorum esse dicunt.(1)

3. Eas vero,(2) quae habuerunt semen id, quod est ab Achamoth, animas, meliores dicunt fuisse quam reliquas: quapropter et plus eas dilectas a Demiurgo, non sciente causam, sed a semetipso putante esse tales. Quapropter et in prophetas, aiunt, distribuebat eas, et sacerdotes, et reges. Et multa de [ab] hoc semine dicta per prophetas exponunt: quippe quum altioris naturae esset.(3) Multa au-

ὁ κατ' αὐτοὺς ψυχικὸς Χριστὸς, καὶ ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένος, μυστηριωδῶς, ἵν' ἐπιδείξῃ δι' αὐτοῦ ἡ μήτηρ τὸν τύπον τοῦ ἄνω Χριστοῦ, ἐκείνου τοῦ ἐπεκταθέντος τῷ Σταυρῷ, καὶ μορφώσαντος τὴν Ἀχαμὼθ μόρφωσιν τὴν κατ' οὐσίαν· πάντα γὰρ ταῦτα τύπους ἐκείνων εἶναι λέγουσι.

3. Τὰς δὲ ἐσχηκυίας τὸ σπέρμα τῆς Ἀχαμὼθ ψυχὰς ἀμείνους λέγουσι γεγονέναι τῶν λοιπῶν· διὸ καὶ πλέον τῶν ἄλλων ἠγαπῆσθαι ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, μὴ εἰδότος τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ λογιζομένου εἶναι τοιαύτας. Διὸ καὶ εἰς προφήτας, φασὶν, ἔτασσεν αὐτὰς, καὶ ἱερεῖς, καὶ βασιλεῖς. Καὶ πολλὰ ὑπὸ τοῦ σπέρματος τούτου εἰρῆσθαι διὰ τῶν προφητῶν ἐξηγοῦνται, ἅτε ὑψηλοτέρας φύσεως ὑπάρχοντος· πολλὰ δὲ καὶ τὴν μητέρα

et aliorum, qui docent ideo desponsatam Mariam Iosepho ut Partus eius diabolo celaretur.

(1) Nempe ut Achamoth redimeretur necesse fuit ut Christus superior per Horon seu Stauron se protendens eam attigerit (cfr. IV, 1); ut homo redimatur alius Christus alia cruce pertenditur. Quam similitudinem inter longe diversa Gnostici, eisdem adhibitis verbis, ostendunt. Redemtionem autem hanc mere exemplarem fingunt, ut diximus *Proleg.* p. 46.

(2) Haec, ut dixi, restitue cap. V fin. Enarrant nempe effectus pneumatis inditi. De prophetis plura habes apud HERACLEON. *fragm.* 5 (Brooke, p. 56 sq.); cfr. et *Philosoph.* VI, 35.

(3) Semen hoc, cunctis rebus, ipso Demiurgo, excellentius, pro-

tem et matrem de superioribus dixisse dicunt; sed et per hunc, et per eas, quae ab hoc factae sunt animae.(1) Ac deinceps dividunt prophetias, aliquid quidem a matre dictum docentes, aliquid a semine, aliquid autem ab ipso Demiurgo:(2) et Iesum tantumdem aliquid quidem [a] Salvatore dixisse, aliquid a matre, aliquid a Demiurgo, quemadmodum ostendemus procedente nobis sermone.

4. Demiurgum autem, quippe ignorantem quae essent super eum, moveri(3) quidem in his quae dicuntur, contempsisse vero ea, aliam atque aliam causam putantem, quam(4)

περὶ τῶν ἀνωτέρω εἰρηκέναι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τούτου καὶ τῶν ὑπὸ τούτου γενομένων ψυχῶν. Καὶ λοιπὸν τέμνουσι τὰς προφητείας, τὸ μέν τι ἀπὸ τῆς μητρὸς εἰρῆσθαι θέλοντες, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ σπέρματος, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰησοῦν ὡσαύτως, τὸ μέν τι ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρηκέναι, τὸ δέ τι ἀπὸ τῆς μητρὸς, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, καθὼς ἐπιδείξομεν ἔτι προϊόντος ἡμῖν τοῦ λόγου.

4. Τὸν δὲ Δημιουργὸν, ἅτε ἀγνοοῦντα τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, κινεῖσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, καταπεφρονηκέναι δὲ αὐτῶν, ἄλλοτε ἄλλην αἰτίαν νομίσαντα, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ προφητεῦον

fundiora scrutatur [V, 4, p. 110] et per prophetas exponit (attende, etsi detortam, doctrinam inspirationis).

(1) Notum est Gnosticos, sublimitate capti quam Sapientiales libri V. T. exhibent, ex quibus multa verba ac res suis *superioribus* accommodarunt, Sophiam ipsam seu Matrem Achamoth suarum traditionum auctricem dixisse.

(2) Exemplar huius divisionis habes in PTOLEM. *ep. ad Floram*, ubi *Pentateuchi* partes Deo, Demiurgo et Cosmocratori fiunt; cfr. HERACL. *frag.* 20 fin.; alia infra ubi de Saturnino, Basilide, Marcione, Sethianis. Idem vero asserit ORIG. (*in Ezech.* I): « Valentiniani sunt, qui « ex Vett. Scripturis alias a divi« niore et sublimiore potentia, a« lias dicunt esse a debiliore ».

(3) I. e. commotum esse.

(4) Pro *quam* pone *sive* (ἢ); est enim prima causa debilior quam D. putat, i. e. quaedam libertas assumpta a spiritu, quem ipse indiderat (cfr. sup. *aliquid ab ipso Demiurgo*), quique, ut ventus, ubi vult spirat; altera est homo, nempe huius naturalis vis; tertia vero dolus et fraus aliorum spirituum (daemonum, pythonum, spiritalis ma-

spiritus qui prophetat (habens et ipse suam aliquam motionem), sive hominem, sive perplexionem peiorum: et sic ignorantem conservasse[1] usque ad adventum Salvatoris. Quum venisset autem Salvator, didicisse eum ab eo omnia dicunt, et in gaudium ei cessisse[2] cum omni virtute sua, et eum esse illum in Evangelio centurionem, dicentem Salvatori: « Et ego enim sub potestate mea habeo milites « et servos, et quod iussero faciunt ».[3] Perfecturum autem eum eam, quae secundum ipsum est, mundi creationem,[4] usque ad id tempus quod oportet, maxime autem propter Ecclesiae diligentiam[5] atque curam, et propter agnitionem[6] praeparati praemii, quoniam in locum matris transibit.

(ἔχον καὶ αὐτὸ ἰδίαν τινὰ κίνησιν), ἢ τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὴν προσπλοκὴν τῶν χειρόνων καὶ οὕτως ἀγνοοῦντα διατετελεκέναι ἄχρι τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου. Ἐλθόντος δὲ τοῦ Σωτῆρος, μαθεῖν αὐτὸν παρ' αὐτοῦ πάντα λέγουσι, ἄσμενον αὐτῷ προσχωρήσαντα μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἑκατόνταρχον, λέγοντα τῷ Σωτῆρι· « καὶ γὰρ « ἐγὼ ὑπὸ τὴν ἐμαυτοῦ ἐξουσίαν ἔχω στρατιώτας καὶ δούλους, « καὶ ὃ ἐὰν προστάξω, ποιοῦσι ». Τελέσειν δὲ αὐτὸν τὴν κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομίαν μέχρι τοῦ δέοντος καιροῦ, μάλιστα δὲ διὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐπιμέλειαν, καὶ διὰ τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἑτοιμασθέντος αὐτῷ ἐπάθλου, ὅτι εἰς τὸν τῆς μητρὸς τόπον χωρήσει.

litiae). Ita interpretor, loco προσπλοκὴν (quae vox incognita est graecis) legens διαπλ. Iuxta alios vero pro *per*plexionem legend (ob simile in codicibus compendium *con–*, *per–*) *com*plexionem deteriorum nempe carnalium. Cfr. quid de oraculis senserint antiqui apud PLUTARC. (op. omon.), APUL. (*De deo Socratis*), IAMBLYCHUM, PROCLUM etc.

(1) Gr. *perseverasse* = διατετελεκέναι; Int. fortasse legit, ut iam V, 1 fin., διατετηρηκέναι. At in codicibus Vatt. ambigue positum inveni ex ratione mox dicta.

(2) Gr. ad eum accessisse (Tert. *accurrit*) cum omnibus viribus.

(3) MATTH. VIII, 9; LUC. VII, 8: milites = homines; servi = angeli (v. 1); cfr. Εἰς ἐπίδ. 8.

(4) F l. ex graec. [*pro*]*curationem*.

(5) = dilectionem (cfr. init. § 3) erga eos qui eligentur.

(6) Attende *mereri* et *agnoscere* [ἐπίγνωσιν] Gnosticis idem esse.

5. [*WH. I, 14*]. Hominum autem tria genera dicunt;[1] spiritalem, psychicum, choicum, quemadmodum fuit Cain, Abel, Seth; ut ostendant et ex his tres naturas, iam non secundum unumquemque, sed secundum genus.[2] Et choicum quidem in corruptelam abire: animale vero, si meliora elegerit, in loco medietatis refrigeraturum: si vero peiora, transire et ipsum ad similia. Spiritalia vero inseminat Achamoth, ex illo tempore usque nunc, propter quod et animae erudientur quidem hic: et semina enutrita, quia pusilla emittantur, post deinde perfectione digna habita,[3] sponsas reddi Salvatoris angelis respondent; animabus eorum ex necessitate in medietate cum Demiurgo refrigera-

5. Ἀνθρώπων δὲ τρία γένη ὑφίστανται, πνευματικόν, ψυχικόν, χοϊκόν, καθὼς ἐγένοντο Κάϊν, Ἄβελ, Σήθ· καὶ ἐκ τούτων τὰς τρεῖς φύσεις, οὐκέτι καθ᾽ ἕνα, ἀλλὰ κατὰ γένος. Καὶ τὸ μὲν χοϊκὸν εἰς φθορὰν χωρεῖν· καὶ τὸ ψυχικόν, ἐὰν τὰ βελτίονα ἕληται, ἐν τῷ τῆς μεσότητος τόπῳ ἀναπαύσεσθαι· ἐὰν δὲ τὰ χείρω, χωρήσειν καὶ αὐτὸ πρὸς τὰ ὅμοια· τὰ δὲ πνευματικά, ἃ ἐγκατασπείρει ἡ Ἀχαμὼθ ἔκτοτε ἕως τοῦ νῦν δικαίαις ψυχαῖς, παιδευθέντα ἐνθάδε καὶ ἐκτραφέντα, διὰ τὸ νήπια ἐκπέμπεσθαι, ὕστερον τελειότητος ἀξιωθέντα, νύμφας ἀποδοθήσεσθαι τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἀγγέλοις δογματίζουσι, τῶν ψυχῶν αὐτῶν κατ᾽ ἀνάγκην ἐν μεσότητι μετὰ τοῦ Δημιουργοῦ ἀναπαυσαμένων

(1) Cfr. cap. VI init., cuius argum. hic rursus assumitur: *Exc. Th.* 54: « choicus κατ᾽ εἰκόνα, psychicus « καθ᾽ ὁμοίωσιν, spiritale κατ᾽ ἰδέαν « Θεοῦ est ».

(2) I. e. tres naturae iam non describuntur quatenus in unoquoque homine sunt (cfr. V, 5, p. 111 sq. n. 3), sed quatenus ex eorum participatione tria genera efformantur hominum: cur Seth supra Abelem ponatur docet Scriptura: Abel enim *iustus*, non reapse bonus dicitur et perfectus (*Exc. Theod.* 54: « rationa- « lis et iustitiae dedita natura »): Seth vero spiritalis in ipso nomine significatur (cfr. *Gen.* IV, 25: « posuit « mihi Deus *semen* »). Quae reliqua sunt in hoc §, iam vidimus VI, 1 et 4.

(3) Ex gr. (male lectis ab int.) restitue: Spiritalia vero, quae ex illo tempore usque nunc ⟨i. e. ad finem⟩ animabus inseminaverit Acham., hic erudita et enutrita (quoniam pusilla emissa sunt) post deinde etc. Cfr. *Exc. Th.* 56 et 63.

turis in aeternum. Et ipsas autem animas rursus subdividentes, dicunt quasdam quidem natura bonas, quasdam autem natura malas. Et bonas quidem has esse, quae capaces seminis fiunt: alias vero natura nequam, numquam capere illud semen.

CAP. VIII, 1. [*WH. I, 15*]. Quum (1) sit igitur tale illorum argumentum, quod neque prophetae praedicaverunt, neque Dominus docuit, neque apostoli tradiderunt, quod abundantius (2) gloriantur plus quam caeteri cognovisse; de his quae non sunt scripta legentes, et (quod solet dici) de arena resticulas (3) nectere affectantes, fide digna aptare conantur his quae dicta sunt, vel (4) parabolas dominicas, vel dictiones propheticas, aut sermones apostolicos, ut figmentum illorum non sine teste esse videatur; ordinem quidem et textum Scripturarum supergredientes, et quantum in ipsis est, sol-

εἰς τὸ παντελές. Καὶ αὐτὰς μὲν τὰς ψυχὰς πάλιν ὑπομερίζοντες λέγουσιν, ἃς μὲν φύσει ἀγαθὰς, ἃς δὲ φύσει πονηράς. Καὶ τὰς μὲν ἀγαθὰς ταύτας εἶναι τὰς δεκτικὰς τοῦ σπέρματος γινομένας· τὰς δὲ φύσει πονηράς μηδέποτε ἂν ἐπιδέξασθαι ἐκεῖνο τὸ σπέρμα.

VII. 1. Τοιαύτης δὲ τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν οὔσης, ἣν οὔτε προφῆται ἐκήρυξαν, οὔτε ὁ Κύριος ἐδίδαξεν, οὔτε ἀπόστολοι παρέδωκαν, ἣν περὶ τῶν ὅλων αὐχοῦσιν πλέον τῶν ἄλλων ἐγνωκέναι, ἐξ ἀγράφων ἀναγινώσκοντες, καὶ (τὸ δὴ λεγόμενον), ἐξ ἄμμου σχοινία πλέκειν ἐπιτηδεύοντες, ἀξιόπιστα προσαρμόζειν πειρῶνται τοῖς εἰρημένοις, ἤτοι παραβολὰς κυριακὰς, ἢ ῥήσεις προφητικὰς, ἢ λόγους ἀποστολικοὺς, ἵνα τὸ πλάσμα αὐτῶν μὴ ἀμάρτυρον εἶναι δοκῇ· τὴν μὲν τάξιν καὶ τὸν εἱρμὸν τῶν Γραφῶν ὑπερβαίνοντες, καὶ, ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, λύοντες τὰ μέλη τῆς ἀλη-

(1) Hic § I gr. exstat quoque in op. s. EPHRAEMI Syri *de virtut.* c. 8: syriace pars « Quomodo si « quis – eloquia Dei » in codd. Nitr. 12/157 et 14/629 VIII saec. His utimur ad graeca emendanda.

(2) Gr: περὶ τῶν ὅλων = de omnibus. Int. legit περισσοτέρως.

(3) I. e. funes. EPHR. σχοινίον.

(4) = utpote.

ventes membra veritatis.[1] Transferunt autem et transfingunt, et alterum ex altero facientes, seducunt multos ex his quae aptant ex dominicis eloquiis male composito phantasmati. Quomodo si quis regis imaginem bonam fabricatam[2] diligenter ex gemmis pretiosis a sapiente artifice, solvens subiacentem hominis figuram transferat gemmas illas, et reformans faciat ex his formam canis vel vulpeculae, et hanc male dispositam; dehinc confirmet et dicat, hanc esse regis illam imaginem bonam, quam sapiens artifex fabricavit ostendens gemmas, quae bene quidem a primo artifice in regis imaginem compositae erant, male vero a posteriore in canis figuram translatae sunt; et per gemmarum phantasiam[3] decipiat idiotas, qui comprehensionem regalis for-

θείας. Μεταφέρουσι δὲ καὶ μεταπλάττουσι, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου ποιοῦντες ἐξαπατῶσι πολλοὺς τῇ τῶν ἐφαρμοζομένων κυριακῶν λογίων κακοσυνθέτῳ φαντασίᾳ. Ὄνπερ τρόπον εἴ τις, βασιλέως εἰκόνος καλῆς κατεσκευασμένης ἐπιμελῶς ἐκ ψηφίδων ἐπισήμων ὑπὸ σοφοῦ τεχνίτου, λύσας τὴν ὑποκειμένην τοῦ ἀνθρώπου ἰδέαν, μετενέγκαι τὰς ψηφῖδας ἐκείνας, καὶ μεθαρμόσοι, καὶ ποιήσοι μορφὴν κυνὸς ἢ ἀλώπεκος, καὶ ταύτην φαύλως κατεσκευασμένην, ἔπειτα διορίζοιτο, καὶ λέγοι ταύτην εἶναι τὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνην εἰκόνα τὴν καλήν, ἣν ὁ σοφὸς τεχνίτης κατεσκεύασεν, δεικνὺς τὰς ψηφῖδας τὰς καλῶς ὑπὸ τοῦ τεχνίτου τοῦ πρώτου εἰς τὴν τοῦ βασιλέως εἰκόνα συντεθείσας, κακῶς δὲ ὑπὸ τοῦ ὑστέρου εἰς κυνὸς μορφὴν μετενεχθείσας, καὶ διὰ τῆς τῶν ψηφίδων φαντασίας μεθοδεύοι τοὺς ἀπειροτέρους, τοὺς κατάληψιν βασιλικῆς

(1) I. e. « partes veritati debitas, « pessumdantes » ; duplex scl. vitium; extrinsecus quia nihil de ordine, intrinsecus quia nihil de vero sensu sermonis curant. – Loco τάξιν, Ephr. λέξιν, at vitiose, legit.

(2) Graece, tria haec verba sunt in abl. absoluto; at accusat. adhibent pariter Ephr. et codd. Syr. qui postremi tamen *capiens* addunt, ceteraque coniunctive construunt, i. e. « solvat ... reformet ». Pro *bona*, gr. est καλὴν = pulcram, hic et deinceps: quae vox a codd. Syr. hac vice omitt. ob inseq. *diligenter*.

(3) Melius *speciem*: at eadem verba voluit adhibere quibus usus est paulo superius de Scriptura lo-

mae non habeant, et suadeat quoniam haec turpis vulpeculae figura illa est bona regis imago: eodem modo et hi anicularum fabulas adsuentes,[1] post deinde sermones, et dictiones, et parabolas hinc inde auferentes, adaptare volunt fabulis suis eloquia Dei. Et quanta quidem his, quae sunt intra Pleroma, aptant, diximus.[2]

2. [*WH. I, 16*]. Quanta autem de his quae extra Pleroma sunt ipsorum, ⟨ad suos⟩[3] insinuare conantur ex Scripturis, sunt talia: Dominum in novissimis mundi temporibus propter hoc venisse ad passionem dicunt, ut ostendat, quae circa novissimum Aeonum facta est, passionem, et per hunc finem manifestet finem eius, quae est circa Aeonas, dispositionis. Duodecim autem annorum virginem illam archisynagogi filiam, quam insistens[4] Dominus a mortuis

μορφῆς οὐκ ἔχοντας, καὶ πείθοι ὅτι αὕτη ἡ σαπρὰ τῆς ἀλώπεκος ἰδέα ἐκείνη ἐστὶν ἡ καλὴ τοῦ βασιλέως εἰκών· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οὗτοι γραῶν μύθους συγκαττύσαντες, ἔπειτα ῥήματα καὶ λέξεις καὶ παραβολὰς ὅθεν καὶ ποθὲν ἀποσπῶντες, ἐφαρμόζειν βούλονται τοῖς μύθοις αὐτῶν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅσα μὲν τοῖς ἐντὸς τοῦ Πληρώματος ἐφαρμόζουσιν, εἰρήκαμεν.

2. Ὅσα δὲ καὶ τοῖς ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος αὐτῶν προσοικειοῦν πειρῶνται ἐκ τῶν Γραφῶν, ἔστιν τοιαῦτα· τὸν Κύριον ἐν τοῖς ἐσχάτοις τοῦ κόσμου χρόνοις διὰ τοῦτο ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸ πάθος λέγουσιν, ἵν' ἐπιδείξῃ τὸ περὶ τὸν ἔσχατον τῶν Αἰώνων γεγονὸς πάθος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ τέλους ἐμφήνῃ τὸ τέλος τῆς περὶ τοὺς Αἰῶνας πραγματείας. Τὴν δὲ δωδεκαετῆ παρθένον ἐκείνην, τὴν τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγατέρα, ἣν ἐπιστὰς ὁ Κύριος

quens. Paulo post pro *idiotas* repone *inexpertos* ut in codd. Syr.

(1) Ephr. συγκαττύουσι; cod. Syr. *agglutinant*.

(2) Cfr. nempe c. I, 3, et III quae cum praesentibus unus fons sunt.

(3) Male interpolatum est.

(4) Cfr. Marc. V, 22 et 35 sqq. ⟨qui solus ex synopticis habet « erat « enim XII annorum » sicut Sophia, XII Aeon (III, 2)⟩: typus habetur quoque ex eo quod Christus « *insi*« *stens* et tenens manum puellae » (Marc. l. c.), sat similis est Christo qui *stans* in Pleromate *extendebatur* extra Horon ad Achamoth.

liberavit, typum esse narrant Achamoth, quam extensus Christus eorum figuravit, et ad sensibilitatem adduxit eius, quod dereliquerat eam, luminis.(1) Quoniam autem ei manifestavit semetipsum Salvator, exsistenti extra Pleroma in abortionis parte, Paulum dicunt dixisse in prima ad Corinthios epistola: « Novissime autem tamquam abortivo visus est et mihi ».(2) Et illam quae est cum coaetaneis Salvatoris adventationem ad Achamoth, similiter manifestasse eum in eadem epistola dicentem: « Oportere mulierem velamen habere in capite pro« pter angelos ».(3) Et quoniam adventante Salvatore ad eam, propter verecundiam velamen imposuit Achamoth [Moysen fecisse manifestum dum velamen imposuit](4) in faciem suam. Et passiones autem, quas passa est, significasse Dominus dicunt: in hoc quidem, ⟨quod derelicta est a lumine; in eo⟩,

ἐκ νεκρῶν ἤγειρεν, τύπον εἶναι διηγοῦνται τῆς Ἀχαμώθ, ἣν ἐπεκταθεὶς ὁ Χριστὸς αὐτῶν ἐμόρφωσεν, καὶ εἰς αἴσθησιν ἤγαγε τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτός. Ὅτι δὲ αὐτῇ ἐπέφανεν ἑαυτὸν ὁ Σωτὴρ ἐκτὸς οὔσῃ τοῦ Πληρώματος, ἐν ἐκτρώματος μοίρᾳ, τὸν Παῦλον λέγουσιν εἰρηκέναι ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους· « Ἔσχατον δὲ πάντων, ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί ». Τήν τε μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν τοῦ Σωτῆρος παρουσίαν πρὸς τὴν Ἀχαμὼθ, ὁμοίως πεφανερωκέναι αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ, εἰπόντα· « Δεῖ τὴν γυναῖκα κάλυμμα ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς « διὰ τοὺς ἀγγέλους ». Καὶ ὅτι ἥκοντος τοῦ Σωτῆρος πρὸς αὐτὴν, δι' αἰδῶ κάλυμμα ἐπέθετο ἡ Ἀχαμώθ, Μωυσέα πεποιηκέναι φανερὸν, κάλυμμα θέμενον ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Καὶ τὰ πάθη δὲ αὐτῆς, ἃ ἔπαθεν, ἐπισεσημειῶσθαι τὸν Κύριον

(1) De his et seqq. cfr. IV, 1, p. 97 sq.

(2) Cfr. I *Cor.* XV, 6: pretiosum πρώτῃ latens in seq. πρὸς, in graecis auctor. cod. Ven. restituit Dindorf. Cfr. et p. 83, n. 1.

(3) Ibid. XI, 10. *Exc. Theod.* 44, ubi pro κάλυμμα legitur ἐξουσία ut in vulg. Vetus itala habebat περιβόλαιον; idem in vers. syr. Cfr. Commentatores Pauli in h. l.

(4) Lacuna haec (orta ex ὁμοτελευτείᾳ), facile ex graecis suppletur. — Cfr. *Ex.* XXXIV, 29.

quum dicit in cruce:(1) « Deus meus, Deus meus, ut quid me « dereliquisti ? » (2) manifestasse eum, quoniam derelicta est a lumine Sophia, et prohibita est ab Horo in priora impetum facere. Taedium autem eius, in eo quod dixisset: « Quam « tristis est anima mea! » (3) Timorem autem, in eo quod dixerit: « Pater, si possibile est, transeat a me calix ».(4) Et aporiam autem ⟨id est consternationem⟩ similiter in eo, quod dixerit: « Et quid dicam nescio ».(5)

3. Tria autem genera hominum ostendisse docent eum: hylicum quidem, in eo quod responderit dicenti: « Sequar « te? » « Non habet filius hominis ubi caput reclinet ».(6)

φάσκουσιν ἐν τῷ σταυρῷ. Καὶ ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν, « Ὁ Θεός μου, « ὁ Θεός μου, εἰς τί ἐγκατέλιπές με; » μεμηνυκέναι αὐτὸν, ὅτι ἀπελείφθη ἀπὸ τοῦ φωτὸς ἡ Σοφία, καὶ ἐκωλύθη ὑπὸ τοῦ Ὅρου τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῆς· τὴν δὲ λύπην αὐτῆς, ἐν τῷ εἰπεῖν· « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου »· τὸν δὲ φόβον, ἐν τῷ εἰπεῖν· « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον »· καὶ τὴν ἀπορίαν δὲ ὡσαύτως, ἐν τῷ εἰρηκέναι· « Καὶ τί εἴπω, οὐκ « οἶδα ».

3. Τρία δὲ γένη ἀνθρώπων οὕτως δεδειχέναι διδάσκουσιν αὐτόν· τὸ μὲν ὑλικὸν, ἐν τῷ ἀποκριθῆναι τῷ λέγοντι, « Ἀκολου« θήσω σοι; »· « Οὐκ ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ποῦ τὴν κεφαλὴν

(1) Totus hic locus ex glossa male interpolata « quod derelicta « est a lumine » pessumdatur; restitue: « ... significasse Dominum di« cunt in cruce: et in hoc quidem « quod dicit: Deus etc. ».

(2) Cfr. MARC. XV, 34, adamussim cum Ir. (ὁ Θεός μου): contra MATTH. XXVII, 46 (Θεέ μου).

(3) MARC. XIV, 34; idem vers. occurrit III, 22, 2, addito (ante περίλ.), ὡς quod interpres videtur legisse hic quoque: « *Quam* tristis ». Propterea utrimque deest ἕως θανάτου.

(4) MATTH. XXVI, 38. Iren. lectio melior est illa quae a vulgata perhibetur, ut ostendunt allatis testimoniis TISCHEND. et WORDSWORTH in h. l.

(5) IOH. XII, 27; οὐκ οἶδα interpol. gnostici ad ἀπορίαν exprimendam.

(6) LUC. IX, 57-58, cum levi transpositione.

Animale autem, in eo quod dixerit dicenti: « Sequar te, per« mitte autem mihi ire et renunciare domesticis ».(1) « Nemo « super aratrum manum imponens, et in posteriora respi« ciens, aptus et regno caelorum ». Hunc autem dicunt de mediis esse. Et illum autem similiter, qui multas partes iustitiae confitebatur se fecisse, post deinde noluisse sequi, sed a divitiis victum, ne fieret perfectus, et hunc de psychico genere fuisse volunt.(2) Spiritale vero, in eo quod dicit: « Remitte mortuos sepelire mortuos suos, tu autem « vade et annuntia regnum Dei ».(3) Et Zacchaeo publicano, dicens: « Properans descende, quoniam hodie in domo tua « oportet me manere ».(4) Et fermenti parabolam, quod mulier abscondisse dicitur in farinae(5) sata tria, tria genera

« κλίνῃ »· τὸ δὲ ψυχικὸν, ἐν τῷ εἰρηκέναι τῷ εἰπόντι, « Ἀκολου« θήσω σοι, ἐπίτρεψον δέ μοι πρῶτον ἀποτάξασθαι τοῖς οἰκείοις ». « Οὐδεὶς ἐπ' ἄροτρον τὴν χεῖρα ἐπιβαλὼν, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω βλέπων, « εὔθετός ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ». Τοῦτον γὰρ λέγουσι τῶν μέσων εἶναι. Κἀκεῖνον δὲ ὡσαύτως τὸν τὰ πλεῖστα μέρη τῆς δικαιοσύνης ὁμολογήσαντα πεποιηκέναι, ἔπειτα μὴ θελήσαντα ἀκολουθῆσαι, ἀλλὰ ὑπὸ πλούτου ἡττηθέντα, πρὸς τὸ μὴ τέλειον γενέσθαι, καὶ τοῦτον τοῦ ψυχικοῦ γένους γεγονέναι θέλουσι. Τὸ δὲ πνευματικὸν, ἐν τῷ εἰπεῖν· « Ἄφες τοὺς « νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· σὺ δὲ πορευθεὶς διάγγελλε « τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ »· καὶ ἐπὶ Ζακχαίου τοῦ τελώνου εἰπών· « Σπεύσας κατάβηθι, ὅτι σήμερον ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι »· τούτους γὰρ πνευματικοῦ γένους καταγγέλλουσι γεγονέναι. Καὶ τὴν τῆς ζύμης παραβολὴν, ἣν γυνὴ ἐγκεκρυφέναι λέγεται εἰς

(1) Luc. IX, 61-62, cum varietatibus sane notandis: interpres magis reddit antiquam italam et syr. (cfr. verbum *ire*), quam Vulg.

(2) Marc. X, 17 sqq.; Matth. XIX, 16 sqq.; Luc., XVIII, 28 sqq.

(3) Luc. IX, 60; vocem πορευθεὶς loco ἀπελθὼν vulgatae, exhibet inter alios cod. Cantabrig. (Cfr. ed. Tischend.).

(4) Luc. XIX, 5, post haec gr. legimus: « Hos enim spiritalis ge« neris annunciant fuisse ». Non tamen desiderantur omissa.

(5) Luc. XIII, 21; Matth. XIII, 33 (graec.).

manifestare dicunt. Mulierem quidem Sophiam dici docent; farinae vero sata tria, tria genera hominum, spiritale, animale, choicum. Fermentum vero ipsum Salvatorem dictum dicunt. Et Paulum autem manifeste dixisse choicos, animales, spiritales. Alibi quidem: « Qualis choicus, tales et « choici ».(1) Alibi autem: « Animalis homo non percipit « quae sunt spiritus ».(2) Alibi autem: « Spiritalis examinat « omnia ».(3) « Animalis autem non percipit quae sunt spi- « ritus », de Demiurgo dictum dicunt, qui quum psychicus sit non cognoverit neque matrem spiritalem exsistentem, neque semen eius, neque eos qui sunt in Pleromate Aeones. Quoniam autem eorum quos salvaturus erat Salvator initia(4) accepit, Paulum dixisse: « Et si delibatio sancta, et massa ».(5)

ἀλεύρου σάτα τρία, τὰ τρία γένη δηλοῦν λέγουσι· γυναῖκα μὲν γὰρ τὴν Σοφίαν λέγεσθαι διδάσκουσιν· ἀλεύρου δὲ σάτα τρία, τὰ τρία γένη τῶν ἀνθρώπων, πνευματικόν, ψυχικόν, χοϊκόν· ζύμην δὲ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα εἰρῆσθαι διδάσκουσι. Καὶ τὸν Παῦλον διαῤῥήδην εἰρηκέναι χοϊκούς, ψυχικούς, πνευματικούς· ὅπου μέν, « Οἷος ὁ χοϊκός, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί »· ὅπου δέ, « Ψυχικὸς ἄν- « θρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος »· ὅπου δέ, « Πνευμα- « τικὸς ἀνακρίνει τὰ πάντα ». Τὸ δέ, « Ψυχικὸς δὲ οὐ δέχεται « τὰ τοῦ πνεύματος », ἐπὶ τοῦ Δημιουργοῦ φασὶν εἰρῆσθαι, ὃν ψυχικὸν ὄντα μὴ ἐγνωκέναι μήτε τὴν μητέρα πνευματικὴν οὖσαν, μήτε τὸ σπέρμα αὐτῆς, μήτε τοὺς ἐν Πληρώματι Αἰῶνας. Ὅτι δὲ οὓς ἔμελλε σώζειν ὁ Σωτήρ, τούτων τὰς ἀπαρχὰς ἀνέλαβεν, Παῦλον εἰρηκέναι· « Καὶ εἰ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα ».

(1) I *Cor.* XV, 48.

(2) I *Cor.* II, 14. τοῦ Θεοῦ Vulg. deest etiam in CLEM. *Strom.* lib. V; in CHRYS. *Comm.* in h. l.; in vers. syr.; in minusc. 2 et alios codd. Num omissio a Gnosticis (quibus sane contraria sunt verba) repetenda? Cfr. tamen *fragm.* HERACL. 2 (Brooke, p. 54) ubi eadem verba integre perhibentur.

(3) I *Cor.* II, 15, gr. sequitur: « Hoc autem: Animalis etc. ».

(4) ἀπαρχάς = *primitias* (ut in c. VI, 1, p. 115); fortasse a librariis corruptum in *initia.*

(5) *Rom.* XI, 16.

Delibationem quidem, quod est spiritale dictum docentes: conspersionem autem nos, id est psychicam Ecclesiam, cuius substantiam assumpsisse dicunt eum, et cum semetipso erexisse, quoniam erat ipse fermentum.(1)

4. [*WH. I, 17*]. Et quoniam erravit Achamoth extra Pleroma, et formata est a Christo, et quaesita est a Salvatore, manifestare eum dicunt, in eo quod dixit, semetipsum venisse ad eam quae errasset ovem.(2) Ovem enim errantem matrem suam referunt dici, ex qua eam, quae sit hic, volunt esse seminatam Ecclesiam. Errorem autem, eam, quae est extra Pleroma, in omnibus passionibus immorationem, ex quibus factam materiam tradunt.(3) Mulierem

Ἀπαρχὴν μὲν τὸ πνευματικὸν εἰρῆσθαι διδάσκοντες· φύραμα δὲ ἡμᾶς, τουτέστιν τὴν ψυχικὴν Ἐκκλησίαν, ἧς τὸ φύραμα ἀνειληφέναι λέγουσιν αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ συνανεστακέναι, ἐπειδὴ ἦν αὐτὸς ζύμη.

4. Καὶ ὅτι ἐπλανήθη ἡ Ἀχαμὼθ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος, καὶ ἐμορφώθη ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνεζητήθη ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, μηνύειν αὐτὸν λέγουσιν ἐν τῷ εἰπεῖν, αὐτὸν ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸ πεπλανημένον πρόβατον. Πρόβατον μὲν γὰρ πεπλανημένον τὴν μητέρα αὐτῶν ἐξηγοῦνται λέγεσθαι, ἐξ ἧς τὴν ὧδε θέλουσιν ἐσπάρθαι Ἐκκλησίαν· πλάνην δὲ, τὴν ἐκτὸς Πληρώματος ἐν πᾶσι τοῖς πάθεσι διατριβὴν, ἐξ ὧν γεγονέναι τὴν ὕλην ὑποτίθενται. Τὴν δὲ γυναῖκα τὴν σαροῦσαν τὴν οἰκίαν,

(1) Ad haec intelligenda cfr. parabolam mox allatam mulieris abscondentis fermentum [cum qua fortasse et cum seqq. unam expositionem efficiunt, dum interposita ex alio fonte corrivata videntur]. Fermentum est Redemtor; massa universa, psychica Ecclesia; huius delibatio, pneumaticum. Redemtor, dum se unit pneumatico, assumit simul psychicum et hoc sanctificat; prout fermentum uniens se delibationi quae illud proximius circumdat, integram farinae massam inflans erigit.

(2) Respicit potius MATTH. XVIII, 12; quam LUC. XV, 4 sqq., ubi pro *errare* est *perdere*, quod ad rem non facit. Cfr. eadem infra ubi de Sim. Mago, 23, 2 (*Philos.* VI, 29) et de Marco, c. 16.

(3) Cfr. IV, 3 sqq.

autem illam, quae mundat domum, et invenit drachmam,(1) superiorem Sophiam narrant dici: quae, quum perdidisset intentionem suam, post deinde, mundatis omnibus per Salvatoris adventum, invenit eam; quoniam et haec restituitur secundum eos intra Pleroma. Symeon autem eum, qui « in « manus suas accepit Christum, et gratias egit Deo, et dixit: « Nunc remittis servum tuum, Domine, secundum sermo- « nem tuum in pace »,(2) typum esse Demiurgi dicunt, qui veniente Salvatore didicit transpositionem suam,(3) et gratias egit Bytho. Et per Annam, quae in Evangelio(4) dicitur « septem « annis cum viro vixisse », reliquum autem omne tempus vidua perseverasse, donec vidisset Salvatorem, et agnovisset eum, et loqueretur de eo omnibus, manifestissime Achamoth

καὶ εὑρίσκουσαν τὴν δραχμὴν, τὴν ἄνω Σοφίαν διηγοῦνται λέγεσθαι, ἥτις ἀπολέσασα τὴν ἐνθύμησιν αὐτῆς, ὕστερον καθαρισθέντων πάντων διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας εὑρίσκει αὐτήν· διὸ καὶ ταύτην ἀποκαθίστασθαι κατ' αὐτὸς ἐντὸς Πληρώματος. Συμεῶνα δὲ τὸν εἰς τὰς ἀγκάλας λαβόντα τὸν Χριστὸν, καὶ εὐχαριστήσαντα τῷ Χριστῷ, καὶ εἰπόντα· « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν « σου, δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ », τύπον εἶναι τοῦ Δημιουργοῦ λέγουσιν, ὃς ἐλθόντος τοῦ Σωτῆρος ἔμαθε τὴν μετάθεσιν αὐτοῦ, καὶ ηὐχαρίστησε τῷ Βυθῷ. Καὶ διὰ τῆς Ἄννας τῆς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κηρυσσομένης προφήτιδος, ἑπτὰ ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἐζηκυίας, τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον χήρας μεμενηκυίας, ἄχρις οὗ τὸν Σωτῆρα ἰδοῦσα ἐπέγνω αὐτὸν, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι, φανερώτατα τὴν Ἀχαμὼθ μηνύεσθαι διορί-

(1) Luc. XV, 8. Ampliorem expositionem gnosticam harum parabolarum habes infra c. XVI.

(2) Luc. II, 28-29, ex quibus primus magis mutatur; nota praesertim pro εὐλόγησεν τὸν Θεὸν poni εὐχαριστήσαντα τῷ Χριστῷ (ex cod. Ven.; edd. αὐτῷ). *Re*mittis pro *di*mittis hic tantum habes: cfr. III, 10, 5; 16, 4; IV, 7, 1.

(3) Scl. in medietatem. (Cfr. VII, 1, p. 121 etiam quod gaudium et reliqua spectat).

(4) Luc. II, 36. Ἄννας in gr. restituit Dindorf ex cod. Veneto Ephiphanii.

significari dicunt: quae quum ad modicum vidisset tunc Salvatorem cum coaetaneis suis,[1] postero omni tempore perseverans in medietate, sustinebat eum, quando iterum veniat et reponat eam suae coniugationi. Et nomen autem eius significatum a Salvatore, in eo quod dixerit: « Iustificata « est Sapientia a filiis eius »: [2] et a Paulo autem sic: « Sa- « pientiam autem loquimur perfectis ». [3] Et coniugationes autem quae sunt intra Pleroma, Paulum dixisse dicunt, in uno ostendentem: de ea enim coniugatione, quae est secundum hanc vitam scribens, ait: « Hoc enim mysterium ma- « gnum est; dico autem in Christo et Ecclesia ». [4]

5. [*WH. I, 18*]. Adhuc autem Ioannem discipulum Domini docent primam ogdoadem, et omnium generatio-

ζονται, ἥτις πρὸς ὀλίγον ἰδοῦσα τὸν Σωτῆρα μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ, τῷ λοιπῷ χρόνῳ παντὶ μένουσα ἐν τῇ μεσότητι προσεδέχετο αὐτὸν, πότε πάλιν ἐλεύσεται καὶ ἀποκαταστήσει αὐτὴν τῇ αὐτῆς συζυγίᾳ. Καὶ τὸ ὄνομα δὲ αὐτῆς μεμηνῦσθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῷ εἰρηκέναι· « Καὶ ἐδικαιώθη ἡ Σοφία ἀπὸ « τῶν τέκνων αὐτῆς »· καὶ ὑπὸ Παύλου δὲ οὕτως· « Σοφίαν δὲ « λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις ». Καὶ τὰς συζυγίας δὲ τὰς ἐντὸς Πληρώματος τὸν Παῦλον εἰρηκέναι φάσκουσιν ἐπὶ ἑνὸς δείξαντα· περὶ γὰρ τῆς περὶ τὸν βίον συζυγίας γράφων ἔφη· « Τὸ μυστή- « ριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκ- « κλησίαν ».

5. Ἔτι τε Ἰωάννην τὸν μαθητὴν τοῦ Κυρίου διδάσκουσι τὴν πρώτην ὀγδοάδα μεμηνυκέναι, αὐταῖς λέξεσι λέγοντες οὕτως· Ἰωάννης ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου βουλόμενος εἰπεῖν τὴν τῶν ὅλων

(1) Angelis ex I, 3 et IV: nota praesertim *septem annis* ad angelos trahi: suntne igitur septem angeli circa Iesum, ut in Medietate circa Demiurgum?

(2) Luc. VII, 35; *ab omnibus* Vulg.; sed πάντων delent cum Ir. cod. D et alii; cfr. Tischend.

(3) I *Cor*. II, 6.

(4) *Eph*. V, 32; alterum εἰς non solum Ir. delevisse ostendit Weiss h. l. Cfr. quae de coniugatione terrena relate ad caelestem diximus VI (4, p. 120, n. 1).

nem significasse ipsis dictionibus.[1] Itaque Principium quoddam subiecit, quod primum factum est a Deo: quod etiam Nun vocat et Filium: et Unigenitum Domini[2] vocat, in quo omnia Pater emisit[3] seminaliter. Ab hoc autem ait Verbum emissum, et in eo omnem Aeonum substantiam, quam ipsum postea formavit Verbum. Quoniam igitur de prima genesi dicit, bene a Principio, hoc est a Filio, et Verbo doctrinam facit. Dicit autem sic: « In « Principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et « Deus erat Verbum: hoc erat in Principio apud Deum ».[4] Prius distinguens in tria, Deum, et Principium, et Verbum, iterum ea univit,[5] uti et emissionem ipsorum utrorumque

γένεσιν, καθ' ἣν τὰ πάντα προέβαλεν ὁ Πατήρ, 'Αρχήν τινα ὑποτίθεται τὸ πρῶτον γεννηθὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὃ δὴ καὶ Υἱὸν καὶ Μονογενῆ Θεὸν κέκληκεν, ἐν ᾧ τὰ πάντα ὁ Πατὴρ προέβαλε σπερματικῶς. Ὑπὸ δὲ τούτου φησὶ τὸν Λόγον προβεβλῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῷ τὴν ὅλην τῶν Αἰώνων οὐσίαν, ἣν αὐτὸς ὕστερον ἐμόρφωσεν ὁ Λόγος. 'Επεὶ οὖν περὶ πρώτης γενέσεως λέγει, καλῶς ἀπὸ τῆς 'Αρχῆς, τουτέστι τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Λόγου, τὴν διδασκαλίαν ποιεῖται· λέγει δὲ οὗτος· « 'Εν 'Αρχῇ ἦν ὁ Λόγος, « καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· οὗτος « ἦν ἐν 'Αρχῇ πρὸς τὸν Θεόν ». Πρότερον διαστείλας τὰ τρία, Θεόν, καὶ 'Αρχήν, καὶ Λόγον, πάλιν αὐτὰ ἑνοῖ, ἵνα καὶ τὴν

(1) Graece: ipsis dictionibus, dicentes sic: « Ioannes, discipulus « Domini, cupiens rerum omnium « ortum exponere, iuxta quem Pa- « ter omnia produxit, Principium « quoddam subiecit etc. ». Fit igitur recitatio litteralis, quam non advertens interpres initium obtruncavit, tamquam inutilem repetitionem.

(2) Gr. Unigenitum Deum: ita etiam *Exc. Theod.* 6 cum quo conferatur integer praesens locus.

(3) Edd. « praemisit » = « P̄r emisit » (cfr. mox *emissum*) ut legit Ar.; Ott. et Vatt. omnes legunt *dimisit* ex frequenti immutatione E in D.

(4) IOAN. I, 1-2.

(5) Distinguuntur scl. quatenus unumquodque in propositione distincta exhibetur: uniuntur vero in postremo commate unica propositione; in qua immo exhibetur tum ordo processionum: (hoc3 [Verbum] erat in Principio2 apud

ostendat, id est, Filii et Verbi, et eam quae est ad invicem simul et ad Patrem unionem. In Patre enim et ex Patre Principium, in Principio autem et ex Principio Verbum. Bene igitur dixit: « In Principio erat Verbum »; erat enim in Filio: « Et Verbum erat apud Deum »: et enim Principium.(1) « Et Deus erat Verbum »; consequenter: quod enim ex Deo natum est, Deus est.(2) « Hic enim erat in « Principio apud Deum », ostendit emissionis ordinem.(3) « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil ». Omnibus enim his, qui post eum, sunt Aeonibus, formationis et generationis causa Verbum factum est. « Sed quod fa« ctum est in eo », inquit, « Vita est »:(4) hic enim syzygias(5)

προβολὴν ἑκατέρων αὐτῶν δείξῃ, τοῦ τε Υἱοῦ καὶ τοῦ Λόγου, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἅμα, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἕνωσιν. Ἐν γὰρ τῷ Πατρὶ, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ Ἀρχὴ· ἐν δὲ τῇ Ἀρχῇ καὶ ἐκ τῆς Ἀρχῆς ὁ Λόγος. Καλῶς οὖν εἶπεν· « Ἐν Ἀρχῇ « ἦν ὁ Λόγος »· ἦν γὰρ ἐν τῷ Υἱῷ· « καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν « Θεόν »· καὶ γὰρ ἡ Ἀρχή· « καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος », ἀκολούθως· τὸ γὰρ ἐκ Θεοῦ γεννηθὲν, Θεός ἐστιν· « οὗτος ἦν ἐν « Ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν »· ἔδειξε τὴν τῆς προβολῆς τάξιν· « πάντα « δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν »· πᾶσι γὰρ τοῖς μετ' αὐτὸν Αἰῶσι μορφῆς καὶ γενέσεως αἴτιος ὁ Λόγος ἐγένετο. Ἀλλ' « ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ », φησί, « Ζωή ἐστιν »· ἐνθάδε καὶ

Deum[1]), tum unio trium in unum. Filius loco Principii heic callide ponitur ut transitus fieri possit ad ea quae sequuntur.

(1) Id est: etenim Principium quoque, seu Filius, in quo Verbum, erat apud Deum.

(2) Nota quam facile et invicte heic vera Verbi divinitas ostendatur a gnostico. Haec ipsa sententia ap. **Εἰς ἐπίδειξιν**, 47 (p. 26) legitur ut catholica praedicatio.

(3) I. e. Verbi a Principio (in quo erat) et Principii a Deo (apud quem erat).

(4) Igitur gnosticus sic interpungit: « ... factum est nihil. Quod « factum est in eo, vita est ». Ita et HERACL. (Brooke, p. 50-55) cuius expositionem utiliter cum praesenti conferes. Idipsum testantur ORIG. *in Ioh.* tr. III; CYR. AL. et AUG. in in h. l. At cap. XXI, 1, ipse Iren. ita legisse videtur.

(5) Lege *syzygiam* scl. Logos-Zoe. Cfr. *Exc. Theod.* 6: « ὃ γέ-

manifestavit: Omnia enim, ait, per ipsum facta sunt, Vita autem in ipso.(1) Haec ergo quae in eo facta est, proximior est quam ea quae per ipsum facta sunt: cum ipso est enim, et per ipsum fructificat. Quoniam infert: « Et « Vita erat lux hominum ». Hominem autem nunc et Ecclesiam simili nomine(2) significavit, ut per unum nomen manifestet syzygiae communionem. Ex Logo enim et Zoe Homo generatur et Ecclesia. Lumen autem dixit hominum, Vitam, quoniam illuminati sunt ab ea, quod est formatum et manifestatum.(3) Hoc autem et Paulus dicit: « Omne « enim quod manifestatur lumen est ».(4) Quoniam igitur Vita manifestavit et generavit Hominem et Ecclesiam, lumen dicta est eorum. Aperte igitur manifestavit Ioannes

συζυγίαν ἐμήνυσε· Τὰ μὲν γὰρ ὅλα, ἔφη, δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι, τὴν δὲ Ζωὴν ἐν αὐτῷ. Αὕτη οὖν ἡ ἐν αὐτῷ γενομένη οἰκειοτέρα ἐστὶν τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων· σύνεστι γὰρ αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ καρποφορεῖ· ἐπειδὴ γὰρ ἐπιφέρει, « καὶ ἡ Ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν « ἀνθρώπων ». Ἄνθρωπον εἰπὼν ἄρτι, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὁμωνύμως ⟨τῷ Ἀνθρώπῳ⟩ ἐμήνυσεν, ὅπως διὰ τοῦ ἑνὸς ὀνόματος δηλώσῃ τὴν τῆς συζυγίας κοινωνίαν. Ἐκ γὰρ τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς Ἄνθρωπος γίνεται καὶ Ἐκκλησία. Φῶς δὲ εἶπε τῶν ἀνθρώπων τὴν Ζωήν, διὰ τὸ πεφωτίσθαι αὐτοὺς ὑπ' αὐτῆς, ὃ δή ἐστι μεμορφῶσθαι καὶ πεφανερῶσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Παῦλος λέγει· « Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστιν ». Ἐπεὶ τοίνυν ἡ Ζωὴ ἐφανέρωσε καὶ ἐγέννησε τόν τε Ἄνθρωπον καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, φῶς εἴρηται αὐτῶν. Σαφῶς οὖν δεδήλωκεν ὁ Ἰωάννης

« γονεν... Ζωὴ ἦν ἡ σύζυγος ». Consimili exegesi usi postea sunt Macedoniani, qui Zoen Spiritum S. esse interpretabantur.

(1) Hic reapse non affert verba Ioannis sed allata declarat: quasi dicat: « manifestavit coniugem « hoc ipso quod, dum dicit omnia « per Verbum facta esse, Vitam in « ipso Verbo ab initio ponit etc. ».

(2) I. e. unico nomine: quum enim syzygia sint, ubi Homo etiam Ecclesia nominatur.

(3) Graece: « id est, formati et « manifestati ».

(4) *Eph.* V, 13, at legendum cum graecis et ex contextu *manifestat.*

per sermones hos, et alia, et quaternationem secundam, Logon et Zoen, Anthropon et Ecclesiam. Sed et primam significavit tetradem. Narrans enim [1] de Salvatore, et docens omnia, quae extra Pleroma sunt, per eum formata, [2] fructum quoque eum esse dicens intra Pleroma. Etenim « lu- « men » dixit illum « quod in tenebris lucet, et non com- « prehenditur » ab eis, quoniam omnia quae facta sunt ex passione formans, ignoratus est ab eis. Et Filium et Veritatem et Vitam dicit eum, et « Verbum carnem factum: cuius « gloriam vidimus », ait, « et erat gloria eius qualis erat Uni- « geniti, [3] quae a Patre data est ei, plena Gratia et Veritate ». (Dicit [4] autem sic: « Et Verbum caro factum est, et habi-

διὰ τῶν λόγων τούτων, τά τε ἄλλα, καὶ τὴν τετράδα τὴν δευτέραν, Λόγον καὶ Ζωὴν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε τετράδα· διηγούμενος γὰρ περὶ τοῦ Σωτῆρος, καὶ λέγων πάντα τὰ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος δι' αὐτοῦ μεμορφῶσθαι, καρπὸν εἶναί φησιν αὐτὸν παντὸς τοῦ Πληρώματος. Καὶ γὰρ φῶς εἴρηκεν αὐτὸν « τὸ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαινόμενον, καὶ « μὴ καταληφθὲν ὑπ' αὐτῆς », ἐπειδὴ πάντα τὰ γενόμενα ἐκ τοῦ πάθους ἁρμόσας, ἠγνοήθη ὑπ' αὐτῶν. Καὶ Υἱὸν δὲ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Ζωὴν λέγει αὐτὸν καὶ « Λόγον σάρκα γενόμενον· « οὗ τὴν δόξαν ἐθεασάμεθα », φησί, « καὶ ἦν ἡ δόξα αὐτοῦ, οἵα ἦν « ἡ τοῦ Μονογενοῦς, ἡ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς δοθεῖσα αὐτῷ, πλήρης Χά- « ριτος καὶ Ἀληθείας ». (Λέγει δὲ οὕτως· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ

(1) Demonstratio primae tetradis quam intendit, nonnisi ex v. 14 habetur; ideo breviter perstringit interposita quae ad aliam rem referuntur (Salvatorem et formationem materiae). Quasi dicat: « Postquam enim enarravit... do- « cens... ». De rebus autem significatis cfr. c. IV init. p. 98 sqq.

(2) Ex gr. rest.: « formata esse, « fructumque eum esse totius Plero- « matis ». De seq. v. *Exc. Theod.* 8.

(3) Verbum caro factum Gnosticis erat Soter, primus totius Pleromatis fructus (πρωτότοκος); non ipse **Μονογενής**, sed simili potestate a Patre donatus [IV, 5, p. 103]. Ideo exaggerant ὡς in οἵα ἦν ἡ τοῦ Μ. κτλ. (Cfr. *Exc. Theod.* 7).

(4) Falsae allegationi Ptolem. Iren. hic in parenth. subiungit verum textum Ioannis. Cfr. V, 18, 2.

« tavit in nobis, et vidimus gloriam eius, gloriam quasi uni-« geniti a Patre, plenum gratia et veritate »). Diligenter igitur ostendit primam quaternationem, Patrem dicens, et Gratiam, et Monogenem, et Veritatem. Sic Ioannes de prima et matre omnium Aeonum ogdoade dixit. Patrem enim dixit, et Gratiam, et Monogenem, et Veritatem, et Verbum, et Vitam, et Hominem, et Ecclesiam. Et Ptolemaeus quidem ita.(1)

Cap. IX, 1. [*WH. I, 19*]. Vides, igitur, dilectissime, adinventionem, qua utentes seducunt semetipsos, calumniantes Scripturis, fictionem suam ex eis constare annitentes. Propter hoc enim et ipsas eorum adposui astutias et dictiones, ut ex eis consideres malitiam inventionis et nequitiam erroris. Primo enim, si propositum esset Ioanni, illam quae sursum est octonationem ostendere, ordinem custodisset utique emissionis et primam quaternationem, quum sit vene-

« ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν « αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ « ἀληθείας »). Ἀκριβῶς οὖν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε τετράδα· Πατέρα εἰπὼν, καὶ Χάριν, καὶ τὸν Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν. Οὕτως ὁ Ἰωάννης περὶ τῆς πρώτης καὶ μητρὸς τῶν ὅλων Αἰώνων ὀγδοάδος εἴρηκε. Πατέρα γὰρ εἴρηκε, καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωὴν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν.

IX, 1. Ὁρᾷς, ἀγαπητὲ, τὴν μέθοδον, ᾗ χρώμενοι φρεναπατοῦσιν ἑαυτοὺς, ἐπηρεάζοντες ταῖς Γραφαῖς, τὸ πλάσμα αὐτῶν ἐξ αὐτῶν συνιστάνειν πειρώμενοι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὰς παρεθέμην αὐτῶν τὰς λέξεις, ἵνα ἐξ αὐτῶν κατανοήσῃς τὴν πανουργίαν τῆς μεθοδείας, καὶ τὴν πονηρίαν τῆς πλάνης. Πρῶτον μὲν γὰρ εἰ προέκειτο Ἰωάννῃ τὴν ἄνω ὀγδοάδα μηνῦσαι, τὴν τάξιν ἂν τετηρήκει τῆς προβολῆς, καὶ τὴν πρώτην τετράδα σεβασμιωτάτην

(1) Haec graece desunt. Fuerint fere: Καὶ ὁ Πτολ. μὲν οὕτως.

rabilior, quemadmodum dicunt, in primis utique posuisset nominibus, et sic adiunxisset secundam, ut per ordinem nominum ordo ostenderetur octonationis: et non utique post tantum intervallum quasi oblitus, deinde commemoratus, in novissimo primae memoratus fuisset quaternationis. Deinde autem et coniugationes significare volens, et Ecclesiae non praetermisisset nomen; sed aut et in reliquis coniugationibus contentus fuisset masculorum appellatione, similiter quum possent et illa simul subaudiri, ut unitatem per omnia esset custodiens; aut si reliquorum coniugationes enumerabat, et Anthropi (id est, Hominis) utique manifestasset coniugem, et utique non remisisset de divinatione nos accipere nomen ipsius.

2. Manifesta igitur expositionis eorum transfictio.(1) Ioanne enim unum Deum omnipotentem et unum unigenitum Christum Iesum annunciante(2) per quem omnia facta esse dicit, hunc Verbum Dei, hunc unigenitum, hunc facto-

οὖσαν, καθὼς λέγουσιν, ἐν πρώτοις ἂν τεθείκει τοῖς ὀνόμασι, καὶ οὕτως ἐπεζεύχει τὴν δευτέραν, ἵνα διὰ τῆς τάξεως τῶν ὀνομάτων ἡ τάξις δειχθῇ τῆς ὀγδοάδος· καὶ οὐκ ἂν μετὰ τοσοῦτον διάστημα, ὡς ἐκλελησμένος, ἔπειτα ἀναμνησθεὶς, ἐπ' ἐσχάτῳ τῆς πρώτης ἐμέμνητο τετράδος. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰς συζυγίας σημᾶναι θέλων, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας οὐκ ἂν παρέλιπεν ὄνομα· ἀλλ' ἢ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν συζυγιῶν ἠρκέσθη τῇ τῶν αῤῥένων προσηγορίᾳ, ὁμοίως δυναμένων κἀκείνων συνυπακούεσθαι, ἵνα τὴν ἑνότητα διὰ πάντων ᾖ πεφυλακὼς, ἢ εἰ τῶν λοιπῶν τὰς συζύγους κατέλεγε, καὶ τὴν τοῦ Ἀνθρώπου ἂν μεμηνύκει σύζυγον, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκεν ἐκ μαντείας ἡμᾶς λαμβάνειν τοὔνομα αὐτῆς.

2. Φανερὰ οὖν ἡ τῆς ἐξηγήσεως παραποίησις. Τοῦ γὰρ Ἰωάννου ἕνα Θεὸν παντοκράτορα, καὶ ἕνα μονογενῆ Ἰησοῦν Χριστὸν κηρύσσοντος, δι' οὗ τὰ πάντα γεγονέναι λέγει, τοῦτον υἱὸν Θεοῦ, τοῦτον μονογενῆ, τοῦτον πάντων ποιητὴν, τοῦτον φῶς

(1) *παραποίησις* = *vana* fictio. (2) Cfr. haec cum fine h. c.

rem omnium, hunc lumen verum illuminans omnem hominem, hunc mundi fabricatorem, hunc in sua venisse, hunc eumdem carnem factum, et inhabitasse in nobis : hi, transvertentes secundum verisimile expositionem, alterum quidem Monogenem volunt esse secundum emissionem, quem scilicet et Principium vocant : alterum autem Soterem ⟨id est, Salvatorem⟩ fuisse volunt, et alterum Logon ⟨id est, Verbum⟩ filium Monogenis ⟨id est, Unigeniti⟩, et alterum Christum ad emendationem Pleromatis emissum : et unumquodque horum quae dicta sunt auferentes a veritate, et abutentes nominibus, in suam argumentationem transtulerunt : ut secundum eos in tantis Ioannes Domini Iesu Christi memoriam non fecerit. Si enim Patrem dixit, et Charin, et Monogenen, et Alethian, et Logon, et Zoen, et Anthropon, et Ecclesiam, secundum illorum argumentationem de prima ogdoade dixit, in qua nondum Iesus, nondum Christus Ioannis magister. Quia (1) autem non de syzygiis ipsorum

ἀληθινὸν φωτίζον πάντα ἄνθρωπον, τοῦτον κόσμου ποιητήν, τοῦτον εἰς τὰ ἴδια ἐληλυθότα, τοῦτον αὐτὸν σάρκα γεγονότα, καὶ ἐσκηνωκότα ἐν ἡμῖν· οὗτοι παρατρέποντες κατὰ τὸ πιθανὸν τὴν ἐξήγησιν, ἄλλον μὲν τὸν Μονογενῆ θέλουσιν εἶναι κατὰ τὴν προβολήν, ὃν δὴ καὶ Ἀρχὴν καλοῦσιν, ἄλλον δὲ τὸν Σωτῆρα γεγονέναι θέλουσι, καὶ ἄλλον τὸν Λόγον υἱὸν τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν εἰς ἐπανόρθωσιν τοῦ Πληρώματος προβεβλημένον· καὶ ἓν ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἄραντες ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καταχρησάμενοι τοῖς ὀνόμασιν, εἰς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν μετήνεγκαν, ὥστε κατ' αὐτοὺς ἐν τοῖς τοσούτοις τὸν Ἰωάννην τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μνείαν μὴ ποιεῖσθαι. Εἰ γὰρ Πατέρα εἴρηκε, καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωήν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν, κατὰ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν περὶ τῆς πρώτης ὀγδοάδος εἴρηκεν, ἐν ᾗ οὐδέπω Ἰησοῦς, οὐδέπω Χριστὸς ὁ τοῦ Ἰωάννου διδάσκαλος. Ὅτι δὲ οὐ περὶ

(1) = Quod... dixerit.

apostolus dixit, sed de Domino nostro Iesu Christo, quem et Verbum scit esse Dei, idem ipse fecit manifestum. Recapitulans (1) enim de eo Verbo quod ei (2) in principio dictum est, insuper exponit: « Et Verbum caro factum est, et in« habitavit in nobis ». Secundum autem illorum argumentationem, non Verbum caro factum est, quod quidem nec venit umquam extra Pleroma: sed qui ex omnibus factus est,(3) et sit posterior Verbo, Salvator.

3. [*WH. I, 20*]. Discite igitur insensati, quoniam Iesus, qui passus est pro nobis, qui inhabitavit in nobis, idem ipse est Verbum Dei. Si enim alius ex Aeonibus pro nostra salute caro factus est, aestimandum erat de altero dixisse apostolum. Si autem Verbum Patris « qui descendit, ipse

τῶν συζυγιῶν αὐτῶν ὁ ἀπόστολος εἴρηκεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν καὶ Λόγον οἶδε τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς πεποίηκε φανερόν. Ἀνακεφαλαιούμενος γὰρ περὶ τοῦ εἰρημένου αὐτῷ ἄνω ἐν ἀρχῇ Λόγου, ἐπεξηγεῖται· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ « ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ». Κατὰ δὲ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν, οὐχ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ὅς γε οὐδὲ ἦλθέ ποτε ἐκτὸς Πληρώματος· ἀλλὰ ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας μεταγενέστερος τοῦ Λόγου Σωτήρ.

3. Μάθετε οὖν ἀνόητοι, ὅτι Ἰησοῦς ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ κατασκηνώσας ἐν ἡμῖν, οὗτος αὐτός ἐστιν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλος τις τῶν Αἰώνων ὑπὲρ τῆς ἡμῶν αὐτῶν σωτηρίας σὰρξ ἐγένετο, εἰκὸς ἦν περὶ ἄλλου εἰρηκέναι τὸν ἀπόστολον. Εἰ δὲ ὁ Λόγος ὁ τοῦ Πατρὸς « ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι

(1) I. e. denuo sermonem ducens ab ipso Verbo.

(2) Textus graecus interserit ἄνω = superius, initio nempe capitis ubi de hoc ipso Verbo dictum est in principio esse, de quo tamen v. 14 dicitur et caro factum fuisse.

(3) Paulo dissentiunt graeca a latinis: HARVEY putat verbum lat. *economia* mendose *ex omnibus* lectum esse a scribis: utraque tamen lectio comprobatur: illa ex VI, 1 (p. 115, n. 3), haec vero ex I fin. vel III (p. 94), 4. Latina tamen praeferenda videtur.

« est et qui ascendit »,[1] ab uno Deo unigenitus filius, secundum Patris placitum incarnatus pro hominibus; non de alio aliquo, neque de ogdoade Ioannes sermonem fecit, sed de Domino Iesu Christo. Neque enim Verbum secundum eos principaliter « caro » factum est. Dicunt enim Sotera induisse corpus animale, de dispositione aptatum inenarrabili providentia, ut visibile et palpabile fieret.[2] Caro est autem illa vetus de limo secundum Adam facta plasmatio a Deo, quam vere factum Verbum Dei manifestavit Ioannes. Et soluta est illorum prima et primogenita octonatio. Quum

« καὶ ὁ ἀναβὰς », ὁ τοῦ μόνου Θεοῦ μονογενὴς υἱὸς, κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς εὐδοκίαν σαρκωθεὶς ὑπὲρ ἀνθρώπων, οὐ περὶ ἄλλου τινὸς, οὐδὲ περὶ ὀγδοάδος τὸν λόγον ἐμπεποίηται, ἀλλ' ἢ περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδὲ γὰρ ὁ Λόγος κατ' αὐτοὺς προηγουμένως « σὰρξ » γέγονε. Λέγουσι δὲ τὸν Σωτῆρα ἐνδύσασθαι σῶμα ψυχικὸν ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένον ἀῤῥήτῳ προνοίᾳ, πρὸς τὸ ὁρατὸν γενέσθαι, καὶ ψηλαφητόν. Σὰρξ δέ ἐστιν ἡ ἀρχαία ἐκ τοῦ χοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ γεγονυῖα πλάσις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἣν ἀληθῶς γεγονέναι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἐμήνυσεν ὁ Ἰωάννης. Καὶ λέλυται αὐτῶν ἡ πρώτη καὶ ἀρχέγονος ὀγδοάς.

(1) *Eph.* IV, 10; pro seq. *ab uno Deo*, melius ex graec. *unius Dei* quo directius excluditur error Valent. de Iesu tamquam totius Pleromatis florilegio. Argum. ex *Eph.* IV, est vere ad hominem; cfr. enim *Exc. Theod.* § 7, ubi eodem sensu exponitur.

(2) Cfr. VI, 1, p. 115. (Attende verba eadem omnino esse). Igitur utique corpus sive psychicum (schola occidentalis), sive pneumaticum (schola orient.), non tamen induit carnem hylicam quam Adamo plasmavit Deus de terra etc. Fragmentum quod sequitur « Caro « – compago » exstat syriace in memoratis codd. Nitriensibus 12/157, fol. 200, et 14/629, fol. 4, ubi similem sententiam exstitisse dicitur in σπούδασμα περὶ ὀγδοάδος, quod longe credibile est. Varietates notatu dignae sunt : *commemoravit* loco « manifestavit »; « *et* « Filius Dei »; *castrametata tabernaculorum series* loco « compago ». Quo iam patet haec fragmenta proximiora graeco quam latino textui adesse [Int. videtur legisse σύμπηξις loco σκηνοπηγία].

enim unus et idem ostenditur Logos, et Monogenes, et Zoe, et Phos, et Soter, et Christus, [et] filius Dei, et hic idem incarnatus pro nobis, soluta est octonationis illorum compago. Hac autem soluta, decidit illorum omnis argumentatio, quam, falso nomine somniantes, infamant Scripturas ad propriam argumentationem confingendam.

4. Post deinde dictiones et nomina dispersim posita colligentes, transferunt, sicut praediximus, ex eo quod est secundum naturam, in id quod est contra naturam: similia facientes his, qui controversias sibimetipsis quaslibet proponunt, post deinde conantur ex Homericis versibus meditari eas : ita ut idiotae putent ex illa extemporali (1) declamata controversia Homerum versus fecisse, et multi abducantur per compositam consequentiam versuum, ne forte haec sic Homerus fecerit. (2) Quemadmodum Herculem ab Eurystheo ad eum, qui apud inferos est, canem missum, ex Homericis

Ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ δεικνυμένου Λόγου, καὶ Μονογενοῦς, καὶ Ζωῆς, καὶ Φωτὸς, καὶ Σωτῆρος, καὶ Χριστοῦ, καὶ υἱοῦ Θεοῦ, καὶ τούτου αὐτοῦ σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, λέλυται ἡ τῆς ὀγδοάδος σκηνοπηγία. Ταύτης δὲ λελυμένης, διαπέπτωκεν αὐτῶν πᾶσα ἡ ὑπόθεσις, ἣν ψευδῶς ὀνειρώττοντες κατατρέχουσι τῶν Γραφῶν, ἰδίαν ὑπόθεσιν ἀναπλασάμενοι.

4. Ἔπειτα λέξεις καὶ ὀνόματα σποράδην κείμενα συλλέγοντες, μεταφέρουσι, καθὼς προειρήκαμεν, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν· ὅμοια ποιοῦντες τοῖς ὑποθέσεις τὰς τυχούσας αὐτοῖς προβαλλομένοις, ἔπειτα πειρωμένοις ἐκ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων μελετᾶν αὐτὰς, ὥστε τοὺς ἀπειροτέρους δοκεῖν ἐπ' ἐκείνης τῆς ἐξ ὑπογύου μεμελετημένης ὑποθέσεως Ὅμηρον τὰ ἔπη πεποιηκέναι, καὶ πολλοὺς συναρπάζεσθαι διὰ τῆς τῶν ἐπῶν συνθέτου ἀκολουθίας, μὴ ἄρα ταῦθ' οὕτως Ὅμηρος εἴη πεποιηκώς. Ὡς ὁ τὸν Ἡρακλέα τὸν ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐπὶ τὸν ἐν τῷ Ἅιδῃ

(1) Ita Ott.[1] et Vat.[1].

(2) De his Homerocentonibus cfr. in simile argumentum TERT. *Praescr.* 39; HIERON. *Ad Paulin.*

versibus scribens (1) ita (nihil enim prohibet exempli gratia commemorari et horum, quum sit similis et eadem utrisque argumentatio): (2)

Haec ubi dicta dedit, emisit limine flentem
Herculem invictum, magnarum non inscium rerum,
Eurystheus natus Sthenelo prosapia Persei,
ducturum ex Erebo canem atri Ditis ad auras.
Vadit at ille, velut leo nutritus montibus acer,
urbem per mediam: noti simul omnes abibant,
et senes, et pueri, et nondum nuptae puellae,
plorantes multum, ac si mortem iret ad ipsam.
Mercurius praemittit et caesia Pallas euntem:
fratrem etenim sciebat quatenus dolor exagitaret.

Quis non ex simplicibus abripiatur ab huiusmodi versibus, et putet sic illos Homerum in hoc argumento fecisse? Qui autem scit Homerica, cognoscet quidem versus, argumen-

κύνα πεμπόμενον διὰ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων γράφων οὕτως (οὐδὲν γὰρ κωλύει παραδείγματος χάριν ἐπιμνησθῆναι καὶ τούτων, ὁμοίας καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης ἐπιχειρήσεως τοῖς ἀμφοτέροις)·

Ὡς εἰπών, ἀπέπεμπε δόμων βαρέα στενάχοντα
φῶθ' Ἡρακλῆα, μεγάλων ἐπιίστορα ἔργων,
Εὐρυσθεύς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο
ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο.
Βῆ ῥ' ἴμεν, ὥστε λέων ὀρεσίτροφος ἀλκὶ πεποιθώς,
καρπαλίμως ἀνὰ ἄστυ· φίλοι δ' ἅμα πάντες ἕποντο,
νύμφαι τ' ἠΐθεοί τε, πολύτλητοί τε γέροντες,
οἶκτρ' ὀλοφυρόμενοι, ὡσεὶ θάνατόνδε κίοντα.
Ἑρμείας δ' ἀπέπεμπεν, ἰδὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
ᾔδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεόν, ὡς ἐπονεῖτο.

Τίς οὐκ ἂν τῶν ἀπανούργων συναρπαγείη ὑπὸ τῶν ἐπῶν τούτων, καὶ νομίσειεν οὕτως αὐτὰ Ὅμηρον ἐπὶ ταύτης τῆν ὑποθέσεως πεποιηκέναι; Ὁ δ' ἔμπειρος τῆς Ὁμηρικῆς ὑποθέσεως ἐπι-

(1) I. e. quemadmodum qui descripsit Herculem missum etc.

(2) Versus Homeri reperies respective *Od.* X, 76; XXI, 26; *Il.* XIX, 123; VII, 368; *Od.* VI, 130; *Il.* XXIV, 327; *Od.* XI, 38; *Il.* XXIV, 328; *Od.* XI, 625; *Il.* II, 409. Cfr. varietates ap. edd.

tum autem non cognoscet, sciens quoniam aliquid quidem eorum est de Ulysse dictum, aliud vero de Hercule, aliud vero de Priamo, aliud vero de Menelao et Agamemnone. Si autem tulerit illos, et unumquemque suo libro reddiderit, auferet de medio praesens argumentum. Sic autem et qui regulam veritatis immobilem apud se habet, quam per baptismum accepit, (1) haec quidem quae sunt ex Scripturis nomina, et dictiones, et parabolas cognoscet: blasphemum autem illorum argumentum non cognoscet. Etenim si gemmas agnoscet, sed vulpem pro regali imagine non recipiet. (2) Unumquemque autem sermonum reddens suo ordini, et aptans veritatis corpusculo, denudabit, et insubstantivum ostendet figmentum ipsorum.

γνώσεται, μὲν τὰ ἔπη, τὴν δὲ ὑπόθεσιν οὐκ ἐπιγνώσεται, εἰδὼς ὅτι τὸ μέν τι αὐτῶν ἐστι περὶ Ὀδυσσέως εἰρημένον, τὸ δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἡρακλέους, τὸ δὲ περὶ τοῦ Πριάμου, τὸ δὲ περὶ Μενελάου καὶ Ἀγαμέμνονος. Ἄρας δὲ αὐτὰ, καὶ ἓν ἕκαστον ἀποδοὺς τῇ ἰδίᾳ βίβλῳ, ἐκποδὼν ποιήσει τὴν ὑπόθεσιν. Οὕτω δὲ καὶ ὁ τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας ἀκλινῆ ἐν ἑαυτῷ κατέχων, ὃν διὰ τοῦ βαπτίσματος εἴληφεν, τὰ μὲν ἐκ τῶν Γραφῶν ὀνόματα, καὶ τὰς λέξεις, καὶ τὰς παραβολὰς ἐπιγνώσεται, τὴν δὲ βλάσφημον ὑπόθεσιν αὐτῶν οὐκ ἐπιγνώσεται. Καὶ γὰρ εἰ τὰς ψηφῖδας γνωρίσει, ἀλλὰ τὴν ἀλώπεκα ἀντὶ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος οὐ παραδέξεται· ἓν ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων ἀποδοὺς τῇ ἰδίᾳ τάξει, καὶ προσαρμόσας τῷ τῆς ἀληθείας σωματίῳ, γυμνώσει καὶ ἀνυπόστατον ἐπιδείξει τὸ πλάσμα αὐτῶν.

(1) Huius sententiae novum sensum aperit Εἰς ἐπίδειξιν quae ipsa titulatione praefertur ut « apostolicae praedicationis ostensio seu comprobatio » atque tota in hoc est ut loci aptiores *S. Scripturae* ad « regulam veritatis » demonstrandam afferantur. Haud procul igitur est suspicio reapse huiusmodi symboli explicationes seu διδασκαλίας τῶν ἀποστόλων catechumenos tunc edoctos fuisse (Cfr. ib. 7). De symbolo vero infra.

(2) Cfr. VIII, 1 (p. 129).

5. Quoniam autem scenae huic deest redemtio, (1) ut quis mimum ipsorum explicans, (2) destructorem sermonem inferat, bene habere putavimus ostendere primo in quibus ipsi patres huius fabulae discrepant adversus se invicem, quasi qui sint ex variis spiritibus erroris. Et ex hoc enim diligenter cognoscere est, et ex ostensione, eam firmam quae ab Ecclesia praedicatur veritatem, et ab his id quod fingitur falsiloquium. (3)

CAP. X, 1. [*WH. II*]. EXPOSITIO PRAEDICATIONIS VERITATIS, QUAM AB APOSTOLIS ECCLESIA PERCIPIENS CUSTODIT. Ecclesia enim (4) per universum orbem usque ad fines terrae seminata, et ab apostolis, et discipulis eorum accepit eam fi-

5. Ἐπειδὴ δὲ τῇ σκηνῇ ταύτῃ λείπει ἡ ἀπολύτρωσις, ἵνα τις τὸν μῖμον αὐτῶν περαιώσας τὸν ἀνασκευάζοντα λόγον ἐπενέγκῃ, καλῶς ἔχειν ὑπελάβομεν ἐπιδεῖξαι πρότερον, ἐν οἷς οἱ πατέρες αὐτοὶ τοῦδε τοῦ μύθου διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἐκ διαφόρων πνευμάτων τῆς πλάνης ὄντες. Καὶ ἐκ τούτου γὰρ ἀκριβέστατα συνιδεῖν ἔσται, καὶ πρὸ τῆς ἀποδείξεως, βεβαίαν τὴν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας κηρυσσομένην ἀλήθειαν, καὶ τὴν ὑπὸ τούτων παραπεποιημένην ψευδηγορίαν.

X, 1. Ἡ μὲν γὰρ Ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἕνα

(1) *Redemtio* certe alludit ad finem fabulae scenicae (ut plurimum manumissio servi vel *liberatio* captivi innocentis); etiam graece ἀπολύτρωσις, teste Esychio, vox synonima est ἀπολύσεως, seu ἐξοδίου, i. e. solutionis, cuius exemplar latinum exhibet TERT. c. 13: «superest... vos valete et plau-«dite!».

(2) I. e.: ut quis explicans reliqua huius codicis eorum mimum (fabulam scenicam) exhibentis, tandem destructionem seu refutationem reperiat: alludit ad duplicem partem operis, ἔλεγχος = denudatio et ἀνατροπή = eversio.

(3) I. e. quod quidem cognosces... tum ex ostensione illius firmae veritatis quae etc., tum falsiloquii huius, quod etc.

(4) Gr. *et quidem*: cfr. p. 152 fin.

dem,(1) quae est in unum Deum, Patrem omnipotentem, « qui « fecit caelum, et terram, et mare, et omnia quae in eis « sunt »:(2) et in unum Christum Iesum filium Dei, incarnatum pro nostra salute: et in Spiritum sanctum,(3) qui per prophetas praedicavit dispositiones Dei,(4) et adventum, et eam, quae est ex Virgine generationem, et passionem, et resurrectionem a mortuis, et in carne in caelos ascensionem dilecti Iesu Christi Domini nostri, et de caelis in gloria Patris adventum eius, ad recapitulanda universa,(5) et resuscitandam omnem carnem humani generis, ut Christo Iesu Do-

Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, « τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν, καὶ « τὴν γῆν, καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς », πίστιν· καὶ εἰς ἕνα Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· καὶ εἰς Πνεῦμα ἅγιον, τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας, καὶ τὴν ἔλευσιν, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀν-

(1) Cfr. Εἰς ἐπίδειξιν, 6-7; 99: infra c. 19. Ir. ut illum directius commentis gnosticis opponat, plures superponit explicationes primaevo symboli typo romano, qui, prout novimus, hic est: « Credo « in Deum Patrem omnipotentem « et in Christum Iesum filium eius « unicum dominum nostrum, qui « natus est de Spiritu sancto et « Maria virgine, qui sub Pontio « Pilato crucifixus est et sepultus, « tertia die resurrexit a mortuis, « ascendit in caelos, sedet ad dexte- « ram Patris unde venturus est iu- « dicare vivos et mortuos. Et in « Spiritum sanctum, sanctam Ec- « clesiam, remissionem peccato- « rum, carnis resurrectionem ». Cfr. HAHN, *Bibliothek der Symbol.*

(2) Cfr. *Psalm.* CXLV, 6; *Act.* IV, 24; XIV, 14.

(3) Trias ut fundamentum fidei pulchre perhibetur in Εἰς ἐπίδ. c. 6; et 99-100.

(4) *Dei* addit interpres ne οἰκονομία Valent. innuatur. Cfr. Εἰς ἐπίδ. 99.

(5) *Ephes.* I, 10. — Locus hic insignis videtur ad genuinum sensum huius παρουσίας statuendum. Cfr. l. V, c. 27 sqq.

mino nostro, et Deo, et Salvatori, et regi, secundum placitum Patris invisibilis « omne genu curvet caelestium, et ter« restrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur » (1) ei, et iudicium iustum in omnibus faciat: « spiritalia » quidem « nequitiae », et angelos transgressos, atque apostatas factos, et impios, et iniustos, et iniquos, et blasphemos homines in aeternum ignem mittat: iustis autem et aequis, et praecepta eius servantibus, et in dilectione eius perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex poenitentia,(2) vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat, et claritatem aeternam circumdet.

2. [*WH. III*]. OSTENSIO NEQUE PLUS, NEQUE MINUS· DE EA QUAE EST ⟨IN⟩(3) FIDE POSSE QUOSDAM DICERE. Hanc praedicationem quum acceperit, et hanc fidem, quemadmodum praediximus, Ecclesia, et quidem in universum mun-

θρωπότητος, ἵνα Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, καὶ Θεῷ, καὶ Σωτῆρι, καὶ βασιλεῖ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀοράτου, « πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, « καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται » αὐτῷ, καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται· τὰ μὲν πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ ἀγγέλους τοὺς παραβεβηκότας, καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους, καὶ ἀνόμους, καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ· τοῖς δὲ δικαίοις, καὶ ὁσίοις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι, τοῖς μὲν ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἐκ μετανοίας, ζωὴν χαρισάμενος ἀφθαρσίαν δωρήσηται, καὶ δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.

2. Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ Ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρ-

(1) Cfr. *Philip.* II, 10 etc.;

(2) Cuius effectus sane notandus hic; sicut mox seq. *donans* gr. χαρισάμενος i. e. gratificans, seu *in gratiam* donans, non quidem ex necessario fato ut Valent. autumabant, cfr. Εἰς ἐπίδ. 97.

(3) Fortasse legend. UNA. Cfr. finem huius §, ex qua haec corrupta inscriptio restitui poterit.

dum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans: et similiter credit his, videlicet quasi unam animam habens et unum cor, [1] et consonanter haec praedicat, et docet, et tradit, quasi unum possidens os. Nam etsi in mundo loquelae dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis una et eadem est. Et neque hae quae in Germania [2] sunt fundatae ecclesiae, aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hae quae in Hiberis sunt, neque hae quae in Celtis, neque hae quae in Oriente, neque hae quae in Aegypto, neque hae quae in Libya, neque hae quae in medio mundi [3] sunt constitutae: sed sicut sol creatura Dei, in universo mundo unus et idem est; sic et ⟨lumen⟩ [4] praedicatio veritatis, ubique lucet, et illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire. Et neque is

μένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα· καὶ ὁμοίως πιστεύει τούταις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν, καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει, καὶ διδάσκει, καὶ παραδίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. Κἂν γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιαι, ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή· Καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ιβηρίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολὰς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος, τὸ κτίσμα τοῦ Θεοῦ, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῇ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀλη-

(1) Cfr. *Act.* IV, 32.

(2) Cfr. et TERTULL. *Adv. Iud.* c. 7. Immo maior fides adhibenda videtur Irenaeo, qui non ex proposito diffusionem christiani nominis demonstrare intendit, sed veluti per transennam innuit dum unitatem fidei testatur. « Caeterum « [MASSUET] id unum ex hoc loco « erui potest, apud hos populos « ecclesias tunc extitisse ».

(3) Probabiliter Romana seu Itala, media inter regiones nominatas et tunc cognitas.

(4) Verbum interpol. ex similitudine, fortasse in ipsis codd. graecis.

qui valde praevalet in sermone, ex his qui praesunt ecclesiis, alia quam haec sunt dicet: « nemo enim super magistrum[1] « est »: neque infirmus in dicendo deminorabit traditionem. Quum enim una et eadem fides sit, neque is qui multum de ea potest dicere ampliat, neque is qui minus deminorat.[2]

3. [*IVH. IV*]. SECUNDUM QUID FIAT PUTARE ALIOS QUIDEM PLUS, ALIOS VERO MINUS HABERE AGNITIONIS. Plus autem aut minus secundum prudentiam nosse quosdam non in eo quod argumentum immutetur, efficitur, et alius deus excogitetur praeter fabricatorem, et factorem, et nutritorem huius universitatis, quasi non ipse sufficiat nobis, aut alius Christus, aut alius Monogenes: sed in eo, quod:[3] omnia quae in parabolis dicta sunt exquirere, et adiungere veritatis[4]

θείας ἐλθεῖν. Καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις προεστώτων, ἕτερα τούτων ἐρεῖ· « οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ « τὸν διδάσκαλον »· οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν. Μιᾶς γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον, ἠλαττόνησε.

3. Τὸ δὲ πλέον ἢ ἔλαττον κατὰ σύνεσιν εἰδέναι τινάς, οὐκ ἐν τῷ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν ἀλλάσσειν γίνεται, καὶ ἄλλον θεὸν παρεπινοεῖν παρὰ τὸν δημιουργόν, καὶ ποιητήν, καὶ τροφέα τοῦδε τοῦ παντός, ὡς μὴ ἀρκουμένους τούτῳ, ἢ ἄλλον Χριστόν, ἢ ἄλλον Μονογενῆ· ἀλλ' ἐν τῷ τὰ ὅσα ἐν παραβολαῖς εἴρηται προσεπεξεργάζεσθαι, καὶ συνοικειοῦν τῇ τῆς πίστεως ὑποθέσει·

(1) MATTH. X, 24; LUC. VI, 40.

(2) Cfr. *Exod.* XVI, 18 iuxta LXX et II *Cor.* VIII, 15; hoc utrumque, *universis eamdem* fidei *cognitionem* impertiri; directe aggreditur Valentinianorum systema, ideo neque exaggerari debet.

(3) Sane attentione et studio dignus hic index theologicarum quaestionum II saeculo agitatarum: cfr. et Εἰς ἐπίδ. ex integro, et lib. III a cap. XIX deinceps.

(4) Gr. *fidei*: idem finis operis Εἰς ἐπίδ. perhibetur (§ 1. Cfr. *A. H.* II, 10).

argumento; et in eo, ut instrumentum et dispositionem [1] Dei in genere humano factam enarret; et quoniam magnanimus exstitit Deus et in transgressorum angelorum apostasia, et in inobedientia hominum, edisserere; [2] et quare alia quidem temporalia, alia vero aeterna, et quaedam caelestia, quaedam terrena unus et idem [Deus] fecit [3] annunciare; et quare quum invisibilis sit, apparuit prophetis Dei non in una forma, sed aliis aliter, adesse: [4] et quare testamenta multa tradita humano generi, annunciare, et quis sit uniuscuiusque testamentorum character, [5] docere: et quare « conclusit omnia in incredulitatem Deus, ut universis mise« reatur », [6] exquirere: et quare « Verbum » Dei « caro

καὶ ἐν τῷ τήν τε πραγματείαν καὶ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν ἐπὶ τῇ ἀνθρωπότητι γενομένην, ἐκδιηγεῖσθαι· καὶ ὅτι ἐμακροθύμησεν ὁ Θεὸς ἐπί τε τῇ τῶν παραβεβηκότων ἀγγέλων ἀποστασίᾳ, καὶ ἐπὶ τῇ παρακοῇ τῶν ἀνθρώπων, σαφηνίζειν· καὶ διὰ τί τὰ μὲν πρόσκαιρα, τὰ δὲ αἰώνια, καὶ τὰ μὲν οὐράνια, τὰ δὲ ἐπίγεια εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς πεποίηκεν, ἀπαγγέλλειν· καὶ διὰ τί ἀόρατος ὢν ἐφάνη τοῖς προφήταις ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν μιᾷ ἰδέᾳ, ἀλλὰ ἄλλοις ἄλλως, συνιεῖν· καὶ διὰ τί διαθῆκαι πλείους γεγόνασι τῇ ἀνθρωπότητι μηνύειν, καὶ τίς ἑκάστης τῶν διαθηκῶν ὁ χαρακτὴρ, διδάσκειν· καὶ διὰ τί « συνέκλεισε πάντα εἰς ἀπεί« θειαν ὁ Θεὸς, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ », ἐξερευνᾷν· καὶ διὰ

(1) = Creationem (instruere) et gubernationem.

(2) *Gen.* VI, 2; ad haec et seqq. refer **Εἰς ἐπιδ.** 8–18 et praesertim *A. H.* III, 20; IV, 41; V, 23; de angelorum lapsu plura ap. Iustin. *Apol.* I, 5; Tertull. passim; Clem. *Strom.* V et VII.

(3) Cfr. **Εἰς ἐπιδ.** 9, 11.

(4) Legit συνεῖναι pro συνιεῖν, vel potius NOSSE corruperint librarii in ADESSE. De theophaniis, huiusmodi cfr. v. g. **Εἰς ἐπιδ.** 22, 24, 26, 30: sed haec cunctis prophetis extendenda docent quae ibi sequuntur usque ad c. 50. Cfr. etiam *A. H.* IV, 33.

(5) Cfr. **Εἰς ἐπιδ.** 8, 31, 37 ss.; *A. H.* IV, 9 et 34. Quatuor nempe data sunt: sub Adamo, sub Noe, sub Moyse, sub Christo, « ut possint semper proficere credentes « in eum, et per testamenta matu« scere perfectum salutis ».

(6) *Rom.* XI, 32: πάντα pro πάντας Vulg. gr. legunt et codd.

« factum est », et passus est [1] gratias agere: et quare in novissimis temporibus adventus Filii Dei, hoc est in fine apparuerit, et non in initio,[2] annunciare: et de fine et de futuris, quaecumque posita sunt in Scripturis, revolvere: et quare desperatas gentes coheredes et concorporatas et participes sanctorum fecit Deus,[3] non tacere: et quemadmodum « mortalis haec » caro « induet immortalitatem, et corru« ptibile incorruptelam »,[4] annunciare: et quemadmodum factus est « qui non erat populus, populus: et non dilecta, « dilecta »;[5] et quemadmodum « plures filii eius quae « deserta est, magis quam eius quae habet virum »,[6] praeconare. (In talibus enim et in similibus exclamavit

τί « ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ σὰρξ ἐγένετο », καὶ ἔπαθεν, εὐχαριστεῖν· καὶ διὰ τί ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ἐν τῷ τέλει ἐφάνη, καὶ οὐκ ἐν ἀρχῇ, ἀπαγγέλλειν· καὶ περὶ τοῦ τέλους καὶ τῶν μελλόντων, ὅσα τε κεῖται ἐν ταῖς Γραφαῖς, ἀναπτύσσειν· καὶ τί ὅτι τὰ ἀπεγνωσμένα ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῶν ἁγίων πεποίηκεν ὁ Θεός, μὴ σιωπᾶν· καὶ πῶς « τὸ θνητὸν τοῦτο σαρκίον ἐνδύσεται ἀθανα« σίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν ἀφθαρσίαν », διαγγέλλειν· πῶς τε ἐρεῖ, « ὁ οὐ λαός, λαός, καὶ ἡ οὐκ ἠγαπημένη, ἠγαπημένη », καὶ πῶς « πλείονα τῆς ἐρήμου τὰ τέκνα μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν « ἄνδρα », κηρύσσειν. (Ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων

D (Cantabr.), F G (Seidelii), immo et versiones omnes etiam vulg.; *incredulitatem* pro *incredulitate* (vulg. lat.) cod. Amiatinus et alii apud Tischendorf. — Cfr. Εἰς ἐπίδ. 34, 38; *A. H.* III, 20, 2: « dicens hoc de « homine qui proiectus de immor« talitate, dehinc misericordiam « consequutus est etc. ».

(1) Εἰς ἐπίδ. 1, 33, 39, 42, 82.

(2) Cfr. Εἰς ἐπίδ. § 6, 37, ut *omnia* scl. tempora gestaque perficeret et recapitularet in se.

(3) Cfr. Εἰς ἐπίδ. § 95 sq.

(4) I *Cor.* XV, 54; argumentum est totius V libri huius operis. Cfr. Εἰς ἐπίδ. 33, 61.

(5) Os. II, 25 apud *Rom.* IX, 25. Cfr. Εἰς ἐπίδ. 93.

(6) Is. LIV, 1 apud *Gal.* IV, 27; idem Εἰς ἐπίδ. c. 94 de Ecclesia relate ad Synagogam dicitur.

Apostolus: « O altitudo divitiarum et sapientiae et agnitionis « Dei! quam inscrutabilia iudicia eius, et investigabiles viae « eius »). (1) Sed non in eo, ut supra creatorem et fabricatorem, matrem eius et illorum, (2) Enthymesin Aeonis errantis adinvenires, et ad tantam pervenires blasphemiam: neque in eo, quod est super hanc rursus Pleroma, aliquando quidem xxx, aliquando vero innumerabiles (3) multitudines Aeonum mentiri: quemadmodum dicunt hi qui vere sunt deserti a divina sententia, magistri; quum ea, quae est Ecclesia universa, unam et eamdem fidem habeat in universo mundo, quemadmodum praediximus. (4)

CAP. XI, 1. [*WH. V, 1*]. QUAE EST VALENTINI SENTENTIA, IN QUIBUS DISCREPANT ADVERSUS EUM DISCIPULI EIUS. Videamus nunc et horum inconstantem sententiam, quum

αὐτοῖς ἐπεβόησεν ὁ 'Απόστολος· « Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας « καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ « ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ »). 'Αλλὰ οὐκ ἐν τῷ ὑπὲρ τὸν κτιστὴν καὶ Δημιουργὸν μητέρα τούτου καὶ αὐτῶν 'Ενθύμησιν Αἰῶνος πεπλανημένου παρεπινοεῖν, καὶ εἰς τοσοῦτον ἥκειν βλασφημίας· οὐδὲ ἐν τῷ τὸ ὑπὲρ ταύτην πάλιν Πλήρωμα, τότε μὲν τριάκοντα, νῦν δὲ ἀνήριθμον φῦλον Αἰώνων ἐπιψεύδεσθαι, καθὼς λέγουσιν οὗτοι οἱ ἀληθῶς ἔρημοι θείας συνέσεως διδάσκαλοι· τῆς οὔσης 'Εκκλησίας πάσης μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἐχούσης εἰς πάντα τὸν κόσμον, καθὼς προέφαμεν.

XI, 1. Ἴδωμεν νῦν καὶ τὴν τούτων ἄστατον γνώμην δύο

(1) *Rom.* XI, 33 (scl. post vers. de quo p. 155, n. 6). Versum istum a Gnosticis frequentatum, in suo vero sensu obiicit hic Ir.

(2) *Eius* h. e. Demiurgi: *illorum* scl. Gnosticorum omnium, ut saepe dixit.

(3) « Innumeras legiones » *Opus ignotum* ap. SCHMIDT. p. 335 sq. exhibet; cfr. infra ubi de Basilide etc.

(4) Cfr. nempe c. X init.; oppositio inter haereticorum inconstantem doctrinam simulhac non ab uno magistro exponitur, et constantem catholicam fidem indicat illos vere desertos a divina sententia. Hoc attende pro historia notarum [ut aiunt] verae Ecclesiae.

sint duo vel tres; (1) quemadmodum de eisdem non eadem dicunt, sed et nominibus et rebus contraria respondent. Qui enim est primus, ab ea quae dicitur gnostica haeresis, antiquas in suum characterem doctrinas transferens Valentinus (2) sic definivit: (3) dualitatem quamdam innominabilem, cuius quidem aliquid vocari Inenarrabile, aliud autem Sigen. Post deinde ex hac dualitate, secundam duali-

που καὶ τριῶν ὄντων, πῶς περὶ τῶν αὐτῶν οὐ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ἀλλὰ τοῖς ὀνόμασιν καὶ τοῖς πράγμασιν ἐναντία ἀποφαίνονται· Ὁ μὲν γὰρ πρῶτος, ἀπὸ τῆς λεγομένης γνωστικῆς αἱρέσεως τὰς ἀρχὰς εἰς ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου μεθαρμόσας Οὐαλεντῖνος, οὕτως ἐξεφόρησεν, ὁρισάμενος εἶναι δυάδα ἀνωνόμαστον, ἧς τὸ μέν τι καλεῖσθαι Ἄῤῥητον, τὸ δὲ Σιγήν. Ἔπειτα ἐκ ταύτης τῆς δυάδος δευτέραν δυάδα προβεβλῆσθαι, ἧς τὸ μέν τι

(1) Gr.: ubivis duo vel tres sint; i. e.: quum non ab uno magistro eorum sententia exponitur.

(2) Quasi nempe elementa dispersa gnoseos in his quae c. 29 sqq. tradentur, in unum scholae corpus contulerit Valentinus. Cfr. I, 30, 15. De huius *vita* pauca novimus; Epiph. [XXXI], 2 ex traditione orali (ἔφασαν... τίνες) docet illum Phreboniten (?) fuisse ex maritimis Aegypti ora; in Graecorum vero disciplinis eruditum Alexandriae ubi Theodada Pauli discipulum audisse, tradit Clemens, *Strom.* VII, 17. Romam venisse sub presbytero Hygino usque ad Aniceti tempora (135-160) testatur Iren. III, 4, 2. (Cfr. Tert. *Praesc.* 30 ubi pro *Eleutheri* repone *Thelesphori*). Sperasse « episcopatum, quia ingenio poterat « et eloquio, sed alium ex martyrii « praerogativa (i. e. confessorem « Telesphorum) loci potitum, in« dignatum », Tertull. *C. Val.* 4. Post haec tempora haeresim conflasse, quam (Roma semel et iterum eiectus) Cypro praesertim propagavit, Epiph. l. c. De doctrina magistri plura in notis delibavimus, cet. v. in *Proleg.* p. 43 sq. Quae Ir. hic tradit incompleta sunt (antecedunt ut diximus in *Proleg.* p. 34 reliquas libri partes) nonnulla ex mediatis fontibus. Cfr. de eo Lipsius, l. c.; Harnack, *Chron.* 291; *DG.* I², 214.

(3) In prima sectione « duali« tatem - dispositionem fecisse » duobus mutatis nominibus eadem repetit quae c. I vidimus; (cfr. ps. Tert. l. c. p. 218 sq.). Caetera originalia sunt ac notatu digna, quamvis veram Valentini sententiam non referant adamussin. Sunt, ut diximus, ex opere quodam quod sub nomine Valentini Romae efferebatur.

tatem emissam, cuius aliud quidem Patrem vocat, aliud autem Aletheiam. Ex hac autem quaternatione fructificari Logon et Zoen, Anthropon et Ecclesiam. Esse autem hanc octonationem primam. Et a Logo quidem et Zoe decem virtutes dicit emissas, sicut praediximus. Ab Anthropo autem et Ecclesia XII, ex quibus unam discedentem, et destitutam, reliquam dispositionem fecisse. Terminos autem duos adhibet: unum quidem inter Bythum et Pleroma, determinantem natos Aeones ab infecto Patre; alterum vero separantem illorum matrem a Pleromate.(1) Et Christum autem non ab his qui sunt in Pleromate Aeonibus emissum,(2) sed a matre foris autem facta secundum memoriam meliorum enixum esse cum quadam umbra.(3) Et hunc

Πατέρα ὀνομάζει, τὸ δὲ Ἀλήθειαν. Ἐκ δὲ τῆς τετράδος ταύτης καρποφορεῖσθαι Λόγον καὶ Ζωήν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν· εἶναί τε ταύτην ὀγδοάδα πρώτην. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς δέκα δυνάμεις λέγει προβεβλῆσθαι, καθὼς προειρήκαμεν· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας δώδεκα, ὧν μίαν ἀποστᾶσαν καὶ ὑστερήσασαν, τὴν λοιπὴν πραγματείαν πεποιῆσθαι. Ὅρους τε δύο ὑπέθετο, ἕνα μὲν μεταξὺ τοῦ Βυθοῦ καὶ τοῦ ⟨λοιποῦ⟩ Πληρώματος, διορίζοντα τοὺς γεννητοὺς Αἰῶνας ἀπὸ τοῦ ἀγεννήτου Πατρός· ἕτερον δὲ τὸν ἀφορίζοντα αὐτῶν τὴν μητέρα ἀπὸ τοῦ Πληρώματος. Καὶ τὸν Χριστὸν δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Πληρώματι Αἰώνων προβεβλῆσθαι, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς μητρὸς, ἔξω γενομένης, κατὰ τὴν γνώμην τῶν κρειττόνων

(1) Nota: 1° Alter Horus bene exprimit quod p. 89, n. 2, diximus Bython non esse in Pleroma numerandum (erroneum glossema graec. λοιποῦ [*om.* L.] est expungendum) 2° *illorum* (matrem) referri debet ad Gnosticos non ad Aeones, est scl. Sophia Achamoth (unicus Aeon) *discedens ac destituta*.

(2) Ut nempe docetur II, 5, ubi tamen a Monogene tantum emissus dicitur (cfr. VI, 1; VII, 2; PS. TERT. l. c.).

(3) *Cum umbra quadam*, quia extra Pleroma, *masculus* autem quia ex memoria meliorum, i. e. coniugis Theleti: expende quid differant haec a c. IV, 1.

quidem, quippe quum esset masculus, abscidisse a semetipso umbram, et regressum in Pleroma. Matrem autem subrelictam sub umbra, vacuatam autem spiritali substantia, alterum filium emisisse. Et hunc esse Demiurgum, quem et omnipotentem dicit eorum quae ei subiacent. Coemissum autem ei et sinistrum principem, similiter his qui dicentur a nobis falsi nominis Gnostici. (1) Et Iesum autem (2) aliquando quidem ab eo qui separatus a matre eorum et coadunatus est cum reliquis, emissum dicit, id est a Theleto: (3) aliquando autem ab eo, qui recucurrit sursum in Pleroma, hoc est a Christo: aliquando autem ab Anthropo et Ecclesia. (4) Et Spiritum autem sanctum a Veritate dicit emissum, (5) in examinationem et fructificationem Aeonum, in-

ἀποκεχυῆσθαι μετὰ σκιᾶς τινος. Καὶ τοῦτον μὲν, ἅτε ἄῤῥενα ὑπάρχοντα, ἀποκόψαντα ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν, ἀναδραμεῖν εἰς τὸ Πλήρωμα. Τὴν δὲ μετέρα ὑπολειφθεῖσαν μετὰ τῆς σκιᾶς, κεκενωμένην τε τῆς πνευματικῆς ὑποστάσεως, ἕτερον υἱὸν προενέγκασθαι· καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Δημιουργὸν, ὃν καὶ παντοκράτορα λέγει τῶν ὑποκειμένων. Συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ καὶ ἀριστερὸν ἄρχοντα ἐδογμάτισεν, ὁμοίως τοῖς ῥηθησομένοις ὑφ' ἡμῶν ψευδωνύμοις Γνωστικοῖς. Καὶ τὸν Ἰησοῦν ποτὲ μὲν ἀπὸ τοῦ συσταλέντος ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν, συναναχυθέντος τοῖς ὅλοις προβεβλῆσθαί φησι, τουτέστι τοῦ Θελητοῦ· ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀναδραμόντος εἰς τὸ Πλήρωμα, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ· ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὑπὸ τῆς Ἀληθείας φησὶ προβεβλῆσθαι εἰς ἀνάκρισιν

(1) Cfr. c. 29: princeps sinister aequivalet Cosmocratori c. V, 4.

(2) Distinguitur sane hic a Christo.

(3) Coniux hic Sophiae, separatus ab ea per lapsum et caeteris coadunatus Aeonibus (II, 2).

(4) Hyppol. VI, 35; non minus falso tres Christos distinguit. At ps. Tertull. l. c. contra ostendit Valentinum dixisse Iesum a Patre emissum seu a Bytho, atque transiisse per Mariam ut per tubum aqua transit. Quod simplicius est et veri similius.

(5) Contra scl. c. II, 4; et cum Hippol. l. c. (a Mente et Veritate).

visibiliter in eos introeuntem, per quem Aeones fructificarent folia veritatis.[1] Haec quidem ille.

2. [*WH. V, 2*]. Secundus autem primam ogdoadem sic tradidit, dicens: quaternationem esse dextram, et quaternationem sinistram, et lumen et tenebras; et discedentem autem et destitutam virtutem, non a triginta Aeonibus dicit fuisse, sed a fructibus eorum.[2]

3. Alius vero quidam, qui et clarus est magister ipsorum,[3] in maius sublime, et quasi in maiorem agnitionem

καὶ καρποφορίαν τῶν Αἰώνων, ἀοράτως εἰς αὐτοὺς εἰσιόν· δι' οὗ τοὺς Αἰῶνας καρποφορεῖν τὰ φυτὰ τῆς ἀληθείας.

2. Σεκοῦνδος δὲ [τὴν πρώτην ὀγδοάδα οὕτως παρέδωκε λέγων] τετράδα εἶναι δεξιὰν καὶ τετράδα ἀριστεράν, καὶ φῶς καὶ σκότος· καὶ τὴν ἀποστᾶσαν δὲ καὶ ὑστερήσασαν δύναμιν οὐκ ἀπὸ τῶν τριάκοντα Αἰώνων λέγει γεγενῆσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν.

3. Ἄλλος δέ τις [ὁ καὶ] ἐπιφανὴς διδάσκαλος αὐτῶν | ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον καὶ γνωστικώτερον ἐπεκτεινόμενος, τὴν πρώτην

(1) Lege ex gr.: *plantas*, vel *stirpes* veritatis. His expletur uberrima citatio Epiphanii (§ 33).

(2) Hanc periodum graece exactius quam EPIPH. XXXII, 1 refert HIPP. VI, 38 ex quo desumitur, paucis exceptis. De Secundo nil aliud habemus; eadem doctrina a PS. TERT. *Adv. omn. haeres.* 19 ei adscribitur. Cfr. tamen *fragm.* BASILIDIS apud HEGEMONII *Acta Archelai* [ed. Beeson, p. 92].

(3) Quis sit iste *clarus* [ἐπιφανής] *magister* (cfr. TERT., HIPPOL.) disputatur. Complures post Theodoret. et Epiphanium [qui rursus graeca a signo | servat *Haer.* XXXII, 5] putant hic innui *Epiphanem* Carpocratis filium, qui *de Iustitia* scripsit, quemque patrem τῆς μοναδικῆς γνώσεως tradit Clemens (*Strom.* III, 2); sed obiici potest: *a*) huic locus aptior foret ubi de patre et de Marcellina discipula sermo erit; *b*) indoles libri cuius fragm. et argumentum late refert Clemens sane nihil habet cum his commune; *c*) Clemens ipse ibidem docet Epiphanem tantum *decem et septem* annos vixisse quamvis ut deus in Samo Cephalenes coleretur. – Harvey *Colarbasum* intrudit qui tamen, ut mox dicetur, numquam exstitit. – Neander cum aliis *Marcum* innuit, et id quidem ex c. XV, 1 fortasse suaderi potest; Harnack vero *Heracleonem*. (In quo casu huc re-

extensus, primam quaternationem dixit sic: Est quidem ante omnes Proarche, proanennoëtos,(1) et inenarrabilis, et innominabilis, quam ego Monotetem voco. Cum hac Monotete est virtus, quam et ipsam voco Henotetem. Haec Henotes et Monotes, quum sint unum, emiserunt, quum nihil emiserint,(2) principium omnium noëton, et agenneton, et aoraton,(3) quam Archem sermo Monada vocat. Cum hac Monade est virtus eiusdem substantiae ei, quam et eam voco Hen. Hae autem virtutes, id est Monotes, et Henotes, et Monas, et Hen, emiserunt reliquas emissiones Aeonum.

4. Iu iu! et pheu pheu!(4) Tragicum vere dicere oportet

τετράδα [ἔλεγε] οὕτως· Ἔστι τις πρὸ πάντων Προαρχὴ, προανεννόητος, ἄῤῥητός τε καὶ ἀνωνόμαστος, ἣν ἐγὼ Μονότητα ἀριθμῶ. Ταύτῃ τῇ Μονότητι συνυπάρχει δύναμις, ἣν καὶ αὐτὴν ὀνομάζω Ἑνότητα. Αὕτη ἡ Ἑνότης, ἥ τε Μονότης, τὸ ἓν οὖσαι, προήκαντο, μὴ προέμεναι, ἀρχὴν ἐπὶ πάντων νοητὴν ἀγέννητόν τε καὶ ἀόρατον, ἣν ἀρχὴν ὁ λόγος Μονάδα καλεῖ. Ταύτῃ τῇ Μονάδι συνυπάρχει δύναμις ὁμοούσιος αὐτῇ, ἣν καὶ αὐτὴν ὀνομάζω τὸ Ἕν. Αὗται αἱ δυνάμεις, ἥ τε Μονότης καὶ Ἑνότης, Μονάς τε καὶ τὸ Ἕν, προήκαντο τὰς λοιπὰς προβολὰς τῶν Αἰώνων.

4. Ἰοὺ ἰοὺ, καὶ φεῦ φεῦ. Τὸ τραγικὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐπει-

ferenda essent quae de eo disserit Brooke, o. c. p. 31 sq.). Lis tamen insoluta manet. (Cfr. Harnack, *Quellenkritik*, p. 69 sq. Lipsius, in *Dict. of Christ. Biogr.* IV, p. 1080).

(1) *Inexcogitabilis*; Hipp. h. l. Allegatio est litteralis: latina versio utiliter conferetur cum Tert. 37, qui eadem videtur usus.

(2) Gr. « non proferentes » (ut Tert. l. c.; cfr. mox Ir. in parodia quae sequitur). Ut nempe servetur rigida unitas, quam nomina indicant, processio non est *ad extra* sed in uno Monotete-Henotete includitur. In Unitate et Solitate est ergo aeternaliter inseparabile Principium Unicum omnium (μόνας). Plura in hac sententia conveniunt cum *opere incognito* gnostico a Schmidt vulgato; cfr. praef. p. 336-340.

(3) Tert. l. c.: « intellectuale, « innascibile, invisibile ».

(4) « Tragica exclamatio et do« loris vociferatio », XV, 4. Lacunas in graeco innuimus, ubi Epiphanius sua interserit.

super hanc nominum factionem et tantam audaciam, quemadmodum, sine rubore, mendacio suo nomina posuit. In eo enim quod dicit, « est ante omnia Proarche, proanen-« noëtos, quam ego Monoteta voco », et iterum, « cum « hac Monotete est virtus, quam et ipsam voco Henotetem », manifestum,[1] quoniam figmenta sunt quaecumque ab eo dicta sunt, confessus est, et quoniam ipse nomina posuit figmento, quae a nemine altero antea posita sunt: qui nisi haec auderet, hodie veritas secundum eum non habuisset nomen. Nihil igitur prohibet et alterum quemdam in tali argumento sic praefinire nomina: Est[2] quaedam Proarche regalis proanennoëtos, proanypostatos virtus, Proprocylindomene.[3] Cum illa autem est virtus, quam ego Cucurbitam voco: cum hac Cucurbita autem est virtus, quam et ipsam voco Perinane. Haec Cucurbita et Perinane, quum sint unum,

πεῖν ἔστιν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ.... ὀνοματοποιίᾳ, καὶ τῇ τοσαύτῃ τόλμῃ, ὡς ἀπερυθριάσας τῷ ψεύσματι αὐτοῦ ὀνόματα τέθεικεν· ἐν γὰρ τῷ λέγειν· « ἔστι τις Προαρχὴ πρὸ πάντων, προανεννόητος, ἣν ἐγὼ « Μονάδα καλῶ »· καὶ πάλιν « ταύτῃ τῇ Μονάδι συνυπάρχει δύ-« ναμις, ἣν καὶ αὐτὴν Ἑνότητα ὀνομάζω »· σαφέστατα, ὅτι τε πλάσματα αὐτοῦ ἐστι [πάντα] τὰ εἰρημένα, ὡμολόγηκε, καὶ ὅτι αὐτὸς ὀνόματα τέθεικε τῷ πλάσματι, ὑπὸ μηδενὸς πρότερον ἄλλου τεθειμένα... [οὗτος εἰ μὴ ταῦτα ἐτολμήσῃ], οὐκ ἂν ἡ ἀλήθεια εἶχεν ὄνομα. Οὐδὲν οὖν κωλύει, καὶ ἄλλον τινὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως οὕτως ὁρίσασθαι ὀνόματα. [Ἔστι τις προαρχὴ βασιλικὴ προανεννόητός τε καὶ προανυπόστατος δύναμις Προπροκυλινδομένη. Αὕτῃ δὲ συνυπάρχει δύναμις ἣν ἐγὼ Κολοκύνθην καλῶ· ταύτῃ τῇ Κολοκύνθῃ συνυπάρχει δύναμις ἣν καὶ αὐτὴν

(1) Adverbialiter; i. e. « manifesto confessus est ».

(2) Haec Epiph. non refert, sed argumentum eorum contrahit l. c. Tamen facillime restitui potuerunt, quum Ir. tantum nomina immutaverit in his quae praecedenter retulit. Hinc ipse Epiphanius: ὡς τοῖς φιλολόγοις σαφὲς ἂν εἴη ἀφ' ὧν προανέγνωσαν.

(3) I. e. *Pro-volubilis*, in qua nempe sit principium cucurbitae.

emiserunt, quum non emisissent, fructum, in omnibus visibilem manducabilem et dulcem, quem fructum sermo Cucumerem vocat. Cum hoc Cucumere est virtus eiusdem potestatis ei, quam et ipsam Peponem voco. Hae virtutes, Cucurbita, et Perinane, et Cucumis, et Pepo, emiserunt reliquam multitudinem Valentini deliriosorum peponum. Si enim eum sermonem qui de universis fit, transfigurari in primam quaternationem oportet,(1) et, quemadmodum vult aliquis, ipse ponere nomina, quis prohibet his nominibus uti multo credibilioribus, et in usu positis, et ab omnibus cognitis?

5. [*WH. V, 3*]. Alii(2) autem rursus ipsorum primam et archegonon octonationem his nominibus nominaverunt:

ὀνομάζω Κενότατον. Αὕτη ἡ Κολοκύνθη ἥ τε Κενότατον, τὸ ἓν οὖσαι, προήκαντο μὴ προέμεναι καρπὸν ἐπὶ πάντων ὁρατὸν φαγετόν τε καὶ γλυκὺν, ὃν καρπὸν ὁ λόγος Σίκυον καλεῖ. Τούτῳ τῷ Σικύῳ, συνυπάρχει δύναμις ὁμοεξούσιος αὐτῷ, ἣν καὶ αὐτὴν ὀνομάζω τὸν Πέπονα. Αὗται αἱ δυνάμεις, ἥ τε Κολοκύνθη ἣ τὸ Κενότατον, Σίκυός τε καὶ ὁ Πέπων προήκαντο τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Οὐαλεντίνου ληρώδων πεπόνων]....

5. Ἄλλοι δὲ πάλιν αὐτῶν τὴν πρώτην καὶ ἀρχέγονον ὀγδοάδα τούτοις τοῖς ὀνόμασι κεκλήκασι· πρῶτον Προαρχὴν, ἔπειτα Ἀνεν-

(1) Scl. si ad primam quatern. indicandam oportet sermonem usitatum omnino transfigurare etc.

(2) Hic § refertur ab EPIPHAN. XXX, 7, et, paucis mutatis, ab HIPP. *Philos.* V, 38; cfr. TERT. *Adv. Val.* 35 qui se fatetur malle ignorare cur « singula binis locis « et quidem tam intercisis seu dis- « sitis nascantur »: 1 et 5; 2 et 6 etc. ac irridet eis qui « nec principa- « tum Bytho defendunt ». Verum haec omnia non sunt sine philosophica ratione: singula enim bis nasci (quamquam id non necessario supponitur: posset quis enim interpretari v. g. Archen primo loco in ordine ad ceteras emanationes quarum est prima, emitti qui ipse quintus est relate ad iam exsistentes Aeones: ita de ceteris; nec secus constaret Pleroma ogoadis sed dodecadis) non est ignotum ipsi Ptolemaeo: ita bis apud hunc ἀρχή habetur (Bythos et Nous) bis Ogdoas, bis Anthropos, bis

primum Proarchen, deinde Anennoëton, tertiam autem Arrheton, et quartam Aoraton. Et de prima quidem Proarche emissum esse primo et quinto loco Archen, ex Anennoëto secundo et sexto loco Acatalepton, et de Arrheto autem tertio et septimo loco Anonomaston, de Aorato autem quarto et octavo loco Agenneton. Pleroma hoc primae ogdoadis. Has volunt virtutes fuisse ante Bython et Sigen, ut perfectorum perfectiores appareant, et Gnosticorum magis gnostici; ad quos iuste quis hoc dicat: O pepones, sophistae vituperabiles, et non veri! (1) Etenim de ipso Bytho variae sunt sententiae apud eos.(2) Quidam enim sine coniugatione dicunt eum, neque masculum, neque feminam,(3) neque omnino aliquid esse. (4) Alii autem et masculum

νόητον, τὴν δὲ τρίτην Ἄῤῥητον, καὶ τὴν τετάρτην Ἀόρατον· καὶ ἐκ μὲν τῆς πρώτης Προαρχῆς προβεβλῆσθαι πρώτῳ καὶ πέμπτῳ τόπῳ Ἀρχὴν, ἐκ δὲ τῆς Ἀνεννοήτου δευτέρῳ καὶ ἕκτῳ τόπῳ Ἀκατάληπτον, ἐκ δὲ τῆς Ἀῤῥέτου τρίτῳ καὶ ἑβδόμῳ τόπῳ Ἀνωνόμαστον, ἐκ δὲ τῆς Ἀοράτου Ἀγέννητον· Πλήρωμα τῆς πρώτης ὀγδοάδος. Ταύτας βούλονται τὰς δυνάμεις προϋπάρχειν τοῦ Βυθοῦ καὶ τῆς Σιγῆς, ἵνα τελείων τελειότεροι φανῶσιν ὄντες, καὶ Γνωστικῶν γνωστικώτεροι· πρὸς οὓς δικαίως ἄν τις ἐπιφωνήσειεν· ⟨ὦ ληρολόγοι σοφισταί⟩. Καὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ τοῦ Βυθοῦ διάφοροι γνῶμαί παρ' αὐτοῖς. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἄζυγον λέγουσιν, μήτε ἄῤῥενα, μήτε θήλειαν, μήτε ὅλως ὄντα τι. Ἄλλοι δὲ ἀῤῥενόθηλυν αὐτὸν

Ecclesia: quia scl. id necessarium ex lege imitationis (καθ' ἀκολουθίαν Hipp.) et ex platonica doctrina idearum seu typorum in mente Dei (Pleroma) exsistentium. - Octo nomina in binas tetradas sunt singula attributa Dei ex quibus aeternaliter subsistit Bythos, qui igitur *logice* est illis posterior.

(1) Imitatur Homerum (*Il.* II, 235). Graece fuerit: ὦ πέπονες σοφισταὶ ἐπονείδιστοι καὶ οὐκ ἀληθεῖς.

(2) Cfr. Tert. 33-34. Hipp. l. c. haec quoque paucis exscribit.

(3) Cfr. II, 4; id autem et Euseb. (*Praep. Ev.* I, 9) et August. (*De Civ. Dei* IV, 27) probatur.

(4) Haec sententia Basilidi tribuit Hipp.: λέγω εἶναι θεὸν οὐκ ὄντα (*Philos.* X, 14): de Marcosiis v. infra: ceterum et nomina ἄῤῥητος, ἀκατωνόμαστος ἀνεννόη-

et feminam eum dicentes esse, hermaphroditi genesin ei donant.(1) Sigen autem rursus alii coniugem ei addunt, ut fiat prima coniugatio.

CAP. XII. [*WH. VI, 1*]. QUAE SUNT, IN QUIBUS NON CONSONANT ADVERSUS INVICEM HI, QUI SUNT A VALENTINO OMNES. Hi vero(2) qui sunt circa Ptolemaeum scientiores, duas coniuges habere eum dicunt, quas et dispositiones vocant, Ennoean et Thelesin.(3) Primo enim mente concepit quid emittere (sicut dicunt), post deinde voluit. Quapropter duobus his affectibus et virtutibus, id est, Ennoeas et Theleseos, velut commixtis in invicem, emissio Monogenis et Aletheiae secundum coniugationem facta est. Quos typos et imagines duorum affectuum Patris egressas esse, invisibilium visibiles; Thelematis quidem Nun, Ennoeas

λέγουσιν εἶναι, ἑρμαφροδίτου φύσιν αὐτῷ περιάπτοντες. Σιγὴν δὲ πάλιν ἄλλοι συνευνέτιν αὐτῷ προσάπτουσιν, ἵνα γένηται πρώτη συζυγία.

XII, 1. Οἱ δὲ περὶ τὸν Πτολεμαῖον [ἐμπειρότεροι] δύο συζύγους αὐτὸν ἔχειν λέγουσιν, ἃς καὶ διαθέσεις καλοῦσιν, Ἔννοιαν καὶ Θέλησιν. Πρῶτον γὰρ ἐνενοήθη τι προβαλεῖν, ὥς φασιν, ἔπειτα ἠθέλησε. Διὸ καὶ τῶν δύο τούτων διαθέσεων καὶ δυνάμεων, τῆς τε Ἐννοίας καὶ τῆς Θελήσεως, ὥσπερ [συγ]κραθεισῶν εἰς ἀλλήλας, ἡ προβολὴ τοῦ τε Μονογενοῦς καὶ τῆς Ἀληθείας κατὰ συζυγίαν ἐγένετο· Οὕστινας τύπους καὶ εἰκόνας τῶν δύο διαθέσεων τοῦ Πατρὸς διελθεῖν ἐκ τῶν ἀοράτων ὁρατάς, τοῦ μὲν Θελήματος τὸν Νοῦν, τῆς δὲ Ἐννοίας τὴν Ἀλήθειαν· καὶ διὰ

τος supponunt Deo nihil tribui posse. Cfr. et opus gnosticum ap. SCHMIDT, p. 338, 343.

(1) Cfr. p. 77, not. 2.

(2) Graeca his gemina melius HIPP. VI, 39 quam EPIPH. 33, 1 refert. Cfr. TERT. *Adv. Val.* 33.

(3) I. e. cogitatio et voluntas. Illa, ut dicetur, ingenita ab aeterno; haec vero superveniens, at alteram foecundans (*velut virtus Ennoeae*).

autem Aletheian; et propter hoc adventitiae Voluntatis masculus est imago, innatae vero Ennoeae femininus, quoniam Voluntas velut virtus facta est Ennoeae. Cogitabat enim Ennoea semper emissionem, non tamen et emittere ipsa per semetipsam poterat quae cogitabat. Quum autem Voluntatis virtus advenit, tunc quod cogitabat, emisit.

2. Non videntur tibi hi, o dilectissime, Homerici Iovis,(1) propter sollicitudinem non dormientis, sed curae habentis, quando poterit honorare Achillem, et multos perdere Graecorum, apprehensionem habuisse(2) magis, quam eius, qui est universorum Deus? qui simul ut cogitavit, perfecit id quod cogitavit: et simul ac voluit, et cogitat hoc quod voluit: tunc cogitans quum vult, et tunc volens quum cogitat: quum sit totus cogitatus, et totus sensus, et totus oculus, et totus auditus, et totus fons omnium bonorum.(3)

τοῦτο τοῦ ἐπιγεννητοῦ Θελήματος, ὁ ἄῤῥην εἰκών, τῆς δὲ ἀγεννήτου Ἐννοίας ὁ θῆλυς, ἐπεὶ τὸ Θέλημα ὥσπερ δύναμις ἐγένετο τῆς Ἐννοίας. Ἐνενοεῖτο μὲν γὰρ ἀεὶ ἡ Ἔννοια τὴν προβολήν· οὐ μέντοι προβάλλειν αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ἠδύνατο, ἃ ἐνενοεῖτο. Ὅτε δὲ ἡ τοῦ Θελήματος δύναμις ἐπεγένετο, τότε ὁ ἐνενοεῖτο [προεβαλε].

2. .... [δοκεῖ.... τὴν Ὁμηρικὴν κατάληψιν περὶ Διὸς.... τὸν.... χαλεπαίνοντα καὶ ἄϋπνον διατετελεκότα, ὅπως τοῖς Ἀχαιοῖς ἐπιβουλεύσῃ.... διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἀχιλλέα ὕβριν.... μᾶλλον ἐξεμέσας] ἢ περὶ τοῦ τῶν ὅλων δεσπότου· ὃς ἅμα τῷ νοηθῆναι καὶ ἐπιτετέλεκεν τοῦθ᾽ ὅπερ ἠθέλησε, καὶ ἅμα τῷ θελῆσαι καὶ ἐννοεῖται τοῦθ᾽ ὅπερ καὶ ἠθέλησε, τότε ἐννοούμενος, ὅτε θέλει, καὶ τότε θέλων, ὅτε ἐννοεῖται, ὅλος ἔννοια ὤν, ὅλος νοῦς, ὅλος ὀφθαλμὸς, ὅλος ἀκοὴ, ὅλος πηγὴ πάντων τῶν ἀγαθῶν.

(1) Cfr. *Iliad.* II, 1 sq. EPIPH. l. c. 2 haec ipsa plurimis suis auget.

(2) I. e. meminisse, spectasse (Iovem Homeri), potius quam etc.

(3) Notanda hic notio simplicitatis Dei, ut aiunt, actuosae; sententiam exscripsit etiam CYRILL. HIER. *Cat.* VI (cfr. et II, XVI, 3).

3. [*WH. VI, 2*]. QUAE EST COLARBASEORUM ET MARCI DOCTRINA.(1) Qui autem prudentiores putantur illorum esse,(2) primam octonationem non gradatim, alterum ab altero Aeonem emissum dicunt, sed simul et in unum Aeonum emissionem a Propatore et Ennoea eius (quum crearentur, ipsi obstetricasse se, affirmant).(3) Et iam non ex Logo et Zoe Anthropon et Ecclesiam, sed ex Anthropo et Ecclesia Logon et Zoen dicunt generatos, in hunc modum dicentes: Quando cogitavit aliquid emittere Propator, hoc Pater vocatus est; at ubi quae emisit vera fuerunt, hoc Alethia vocatum est. Quum autem voluit semetipsum ostendere, hoc Anthropos dictus est. Quos autem praecogitaverat, posteaquam emisit,

3. .... τὴν πρώτην ὀγδοάδα, οὐ καθ' ὑπόβασιν ἄλλον ὑπὸ ἄλλου Αἰῶνα προβεβλῆσθαι, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ εἰς ἅπαξ τὴν τῶν ⟨ἓξ⟩ Αἰώνων προβολὴν ὑπὸ τοῦ Προπάτορος καὶ τῆς Ἐννοίας αὐτοῦ τετέχθαι, ὡς αὐτὸς μαιωσάμενος, διαβεβαιοῦται. Καὶ οὐκέτι ἐκ Λόγου καὶ Ζωῆς Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν ⟨ὡς οἱ ἄλλοι⟩· ἀλλ' ἐξ Ἀνθρώπου, καὶ Ἐκκλησίας Λόγον καὶ Ζωήν φασι τετέχθαι ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ τρόπῳ τοῦτο λέγουσιν· ὅτι ὅπερ ἐνενοήθη προβαλεῖν ὁ Προπάτωρ, τοῦτο Πατὴρ ἐκλήθη· ἐπειδὴ δὲ ἃ προεβάλετο ἀληθῆ ἦν, τοῦτο Ἀλήθεια ὠνομάσθη· ὅτε οὖν ἠθέλησεν ἐπιδεῖξαι ἑαυτὸν τοῦτο, Ἄνθρωπος ἐλέχθη· οὓς δὲ προελογίσατο ὅτε προέβαλε,

(1) Mss. § 4 interserunt inscriptionem: « QUAE EST CONVERSA« TIO IPSORUM ET QUAE EST FIGU« RATIO VITAE cplm. VII »; sed a sede aberrat, quam, arbitror, commutavit cum ea quae initio c. XIII item in codd. legitur: « QUAE EST « COLARBASEORUM ET MARCI DO« CTRINA cplm. VII ». Cfr. not. seq.

(2) Haec omnia sub nomine *Colarbaseorum* (*Haer.* 35, 1) refert EPIPH.: alludit ad haec TERT. 36. Sententia autem magis psychologica videtur, ac ex Scripturarum exegesi singulari exorta. Huic et modalismus Sabellii accedit.

(3) Haec addit Ir. ut ex graecis perspicuum fit. Id est: ipsi (Gnostici) fidenter haec affirmant quasi ipsi Propatori et Ennoeae obstetricum munere functi fuissent, quum Aeones crearentur! Interpres male reddit. Cfr. idipsum apertius II, 28, 6 fin.

hoc Ecclesia vocata est.[1] Loquutus est Anthropos Logon, hic est primogenitus filius. Subsequitur autem Logon Zoe, et sic prima octonatio completa est.

4. [*WH. VI, 3*].[2] Multa autem pugna apud eos, etiam de Salvatore. Quidam enim eum ex omnibus generatum dicunt, quapropter Beneplacitum vocari, quoniam universum Pleroma bene sensit per eum glorificare Patrem.[3] Alii autem ex solis decem Aeonibus, qui sunt a Logo et Zoe emissi, et propter hoc Logon et Zoen dici eum, parentum nomina custodientem. Alii autem ex duodecim Aeonibus his, qui sunt ab Anthropo et Ecclesia facti: et propter hoc Filium hominis se confiteri, velut postgenitum[4] Anthropi. Alii autem a Christo et Spiritu sancto, his qui ad firmamentum Pleromatis emissi sunt, factum eum dicunt, et

τοῦτο Ἐκκλησία ὠνομάσθη· καὶ ὁ Ἄνθρωπος τὸν Λόγον, οὗτός ἐστιν ὁ πρωτότοκος υἱός· ἐπακολουθεῖ δὲ τῷ Λόγῳ καὶ ἡ Ζωή· καὶ οὕτως πρώτη Ὀγδοὰς συνετελέσθη.

4. Πολλὴ δὲ μάχη παρ' αὐτοῖς καὶ περὶ τοῦ Σωτῆρος. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ πάντων γεγονέναι λέγουσι· διὸ καὶ Εὐδοκητὸν καλεῖσθαι, ὅτι πᾶν τὸ Πλήρωμα ηὐδόκησεν δι' αὐτοῦ δοξάσαι τὸν Πατέρα. Οἱ δὲ ἐκ μόνων τῶν δέκα Αἰώνων, τῶν ἀπὸ Λόγου καὶ Ζωῆς, προβεβλῆσθαι αὐτὸν λέγουσι, τὰ προγονικὰ ὀνόματα διασώζοντα. Οἱ δὲ ἐκ τῶν δώδεκα Αἰώνων τῶν ἐκ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ Ἐκκλησίας γενομένων· καὶ διὰ τοῦτο Υἱὸν ἀνθρώπου [ἑαυτὸν] ὁμολογεῖ, ὡσανεὶ ἀπόγονον Ἀνθρώπου. [Ἄλλ]οι δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος [τῶν] εἰς στήριγμα τοῦ Πληρώματος [προβεβλημένων] γεγονέναι λέγουσιν

(1) Attende analogiam huius sententiae cum verbis Apostoli: « Quos autem praedestinavit, hos « et vocavit ».

(2) Cfr. p. 168, not. 1.

(3) Reflectuntur huc verba « Hic « est Filius meus dilectus in quo ego « mihi complacui » ἐν ᾧ ηὐδόκησα (MATTH. III, 17). Quod rem spectat cfr. p. 88-89.

(4) I. e. *nepotem*; similia apud HERACLEON. fragm. 6.

propter hoc Christum vocari eum dicunt, Patris sui, a quo emissus est, custodientem appellationem.(1) Alii autem sunt, qui ipsum Propatorem omnium, et Proarchen, et Proanennoëton Anthropon dicunt vocari: et hoc esse magnum et absconditum mysterium, quoniam quae est super omnia virtus, et continet omnia, Anthropos vocatur: et ideo hoc Filium hominis se dicere Salvatorem.(2)

CAP. XIII. [*WH. VII, 1*]. QUAE EST CONVERSATIO IPSORUM ET QUAE EST FIGURATIO VITAE.(3) Alius vero quidam ex his, qui sunt apud eos, magistri emendatorem se esse glorians (Marcus(4) est autem illi nomen), magicae imposturae

αὐτόν· καὶ διὰ τοῦτο Χριστὸν λέγεσθαι αὐτὸν, τὴν τοῦ Πατρὸς, ἀφ' οὗ προεβλήθη, διασώζοντα προσηγορίαν. Ἄλλοι δέ.... τινες.... τὸν Προπάτορα τῶν ὅλων, καὶ Προάρχην, καὶ Προαεννόητον Ἄνθρωπον λέγουσι καλεῖσθαι· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ μέγα καὶ ἀπόκρυφον μυστήριον, ὅτι ἡ ὑπὲρ τὰ ὅλα δύναμις καὶ ἐμπεριεκτικὴ τῶν πάντων Ἄνθρωπος καλεῖται· καὶ διὰ τοῦτο Υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν λέγειν τὸν Σωτῆρα.

XIII, 1. ⟨Μάρκος δέ τις.... από τούτων.... γύναια καὶ ἄνδρας ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένα.... ἐπηγάγετο, ὑποληφθεὶς ὁ ἐλεεινὸς διορθωτὴς εἶναι τῶν προειρημένων ἀπατεώνων, μαγικῆς

(1) Cfr. TERTULL. 39.

(2) Similia tribuit CYPRIANUS Anthropianis (*ep. ad Iubaian. 73*); verum aptius huic opinioni colligatur doctrina Apollinarii de *theandrica* Christi natura.

(3) Cfr. p. 168, not. 1; haec inscriptio etiam seqq. §§ afficit.

(4) De hoc Marco omnia quae novimus ab Irenaeo suppeditantur, exscribentibus Hippolyto et Epiphanio. Patria illius ignoratur: prima tamen gesta in *Asia* ex § 5 huius capitis coniiciuntur: ZAHN *syrum* eum facit ex aramaicis quibus utitur formulis, at non necessario, ut videtur; HIERON. (*in Isa.* LXIV, 4) *aegyptium* vocat, at ex confusione cum Marco manich. de quo plura enarrat Sulpicius Severus. Quod aetatem spectat qua vixerit, Ir. quidem de eo loquitur tamquam adhuc in vivis esset; at id potius ex ratione

peritissimus, per quam et viros multos, et non paucas feminas seducens, ad se converti, velut ad scientissimum, et virtutem maximam ab invisibilibus et ab inenarrabilibus locis habentem,(1) fecit, praecursor quasi vere exsistens Antichristi.(2) Anaxilai(3) enim ludicra cum nequitia eorum, qui dicuntur magi, commiscens, per haec virtutes perficere putatur apud eos, qui sensum non habent, et a mente sua excesserunt.

ὑπάρχων κυβείας ἐμπειρότατος. Ἀπατήσας δὲ τοὺς προειρημένους πάντας καὶ τὰς προειρημένας⟩ προσέχειν αὐτῷ ἔπεισεν, ὡς γνωστικωτάτῳ, καὶ δύναμιν τὴν μεγίστην ἀπὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκατωνομάστων τόπων ἔχοντι, ὡς πρόδρομος ὢς ἀληθῶς τοῦ Ἀντιχρίστου ἀποδέδεικται. Τὰ γὰρ Ἀναξιλάου παίγνια τῇ τῶν λεγομένων μάγων πανουργίᾳ συμμίξας, δι' αὐτῶν ⟨φαντάζων τε καὶ μαγεύων κτλ.⟩ . . . .

stylistica (cfr. v. g. TERTULL. de Marcione): probabilius igitur est eum c. a. 180 e vivis excessisse, floruisse vero non ante a. 145 in Asiae regionibus, ex quibus discipuli celerrime in occidentales diffusi sint usque ad Rhodanenses teste IR. h. c. § 7. Iren. autem referre veram Marci doctrinam ex HIPP. patet, qui (*Philos.* VI, 42) testatur quidem plures Marci discipulos suo tempore conqueri se nequaquam sic accepisse qui scl. semper negare didicerant; at, diligenti inquisitione peracta, cuncta vera invenisse. Graeca usque ad c. XXII sunt ex EPIPH. 34, 1 sqq.; collata tamen cum HIPP. VI, 40 sqq.

(1) Fingebat enim (c. XVI, 1) tetradem ipsam muliebri figura ad se descendisse ac cuncta docuisse.

(2) Cfr. MATTH. XXIV, 24.

(3) De hoc Anaxilao medico plura apud PLIN. *Hist. Nat.* 19, 1; 28, 11; 33,10; ac praes. 33, 15 ubi similia enarrandis occurrunt: «Sulphure ... lusit et Anaxilaus eo « candens in calice novo, prunaque « subdita circumferens, exarde- « scentis repercussu, pallore dirum « velut defunctorum, offundente « convivis ». Quemdam Anaxil. a Laryssa, philosophum pythag., Urbe pulsum ab Augusto tradit EUSEB. (*Chronol.* Olimp. 188, 1); de eo plura cfr. apud STADLER, *Die Quellen des Plinius im XIX Buch.*, 1891, p. 29 sq. Equidem attendendus est ab historicis gnosticismi hic nexus cum doctrinis physicis temporis. Cfr. infra c. XVII. De magia, lege *Philos.* IV, IV.

2. [*WH. VII, 2*]. QUAE EST INDUSTRIA MARCI, ET QUAE SUNT QUAE AB EO FIUNT. Pro(1) calice enim vino mixto(2) fingens se gratias agere, et in multum extendens sermonem invocationis, purpureum et rubicundum apparere facit, ut putetur ea Gratia(3) ab his quae sunt super omnia, suum sanguinem stillare in illius calicem per invocationem eius, et valde concupiscere praesentes ex illo gustare poculo, ut et in eos stillet quae per magum hunc vocatur Gratia. Rursus mulieribus dans calices mixtos, ipsas gratias agere iubet praesente se. Et ubi hoc factum est, ipse alium calicem multo maiorem quam est ille, in quo illa seducta eucharistiam fecit, proferens, et transfundens a minori, qui est a muliere eucharistiae factus,(4) in illum, qui est ab eo al-

2. Ποτήρια οἴνῳ κεκραμένα προσποιούμενος εὐχαριστεῖν, καὶ ἐπὶ πλέον ἐκτείνων τὸν λόγον τῆς ἐπικλήσεως, πορφύρεα καὶ ἐρυθρὰ ἀναφαίνεσθαι ποιεῖ· ὡς δοκεῖν τὴν ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τὰ ὅλα Χάριν τὸ αἷμα τὸ ἑαυτῆς στάζειν ἐν τῷ ἐκείνου ποτηρίῳ διὰ τῆς ἐπικλήσεως αὐτοῦ, καὶ ὑπεριμείρεσθαι τοὺς παρόντας ἐξ ἐκείνου γεύσασθαι τοῦ πόματος, ἵνα καὶ εἰς αὐτοὺς ἐπομβρήσῃ ἡ διὰ τοῦ μάγου τούτου κληζομένη Χάρις. Πάλιν δὲ γυναιξὶν ἐπιδοὺς ἐκπόματα κεκραμένα, αὐτὰς εὐχαριστεῖν ἐγκελεύεται παρεστῶτος αὐτοῦ. Καὶ τούτου γενομένου, αὐτὸς ἄλλο ποτήριον πολλῷ μεῖζον ἐκείνου, οὗ ἡ ἐξηπατημένη ηὐχαρίστησε, προσενεγκὼν, καὶ μετακενώσας ἀπὸ τοῦ μικροτέρου, τοῦ ὑπὸ

(1) Ex celebri hac praestigia quidam existimant e Gnosticis transsubstantiationis eucharisticae conceptum derivasse in Ecclesiam. (Cfr. v. g. HARNACK, *Dogmeng.* I, 252 qui et *Exc. Theod.* 82 citat): at his criticis refutanda sunt omnia quae in N. T. de eucharistia inveniuntur.

(2) Iustinus primus meminit aquae tantillum in calice vini euchar. inmisceri: cfr. etiam IREN. V, 2; *Const. Apost.* VIII, 12 etc. De haereticis qui aquam tantum adhibebant (*Strom.* I), cfr. SCHEIWILER. *Die Elemente des Euchar.* 1903.—Epiph. vinum album dicit.

(3) Sige quae etiam gratia χάρις vocatur (I, 1) et Marcum speciali favore prosequitur (c. XIII).

(4) Qui nempe calix a muliere factus est calix eucharistiae ⟨πο-

latus, multo maiorem, statim dicens ita: « Illa quae est « ante omnia, inexcogitabilis et inenarrabilis Gratia, adim- « pleat tuum intus hominem, et multiplicet in te agnitionem « suam, inseminans granum sinapis in bonam terram ».(1) Et talia quaedam dicens, et in insaniam mittens illam infelicem, admirabilia faciens apparuit, quando maior calix adimpletus est de minori calice, ut et supereffunderet ex eo. Et alia quaedam his similia faciens, exterminavit(2) multos, et abstraxit post se.

3. Datur autem intelligi, eum et daemonem quemdam paredrum(3) habere, per quem ipse quoque prophetare videtur, et quotquot dignas putat fieri participes suae Gratiae, prophetare facit. Maxime enim circa mulieres vacat, et hoc

τῆς γυναικὸς ηὐχαριστημένου, εἰς τὸ ὑπ' αὐτοῦ κεκομισμημένον ἐπιλέγων ἅμα οὕτως· « Ἡ πρὸ τῶν ὅλων, ἡ ἀνεννόητος καὶ « ἄῤῥητος Χάρις πληρώσαι σου τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ πλη- « θύναι ἐν σοὶ τὴν γνῶσιν αὐτῆς, ἐγκατασπείρουσα τὸν κόκκον « τοῦ σινάπεως εἰς τὴν ἀγαθὴν γῆν ». Καὶ τοιαῦτά τινα εἰπὼν, καὶ ἐξοιστρήσας τὴν ταλαίπωρον, θαυματοποιὸς ἀνεφάνη, τοῦ μεγάλου πληρωθέντος ἐκ τοῦ μικροῦ ποτηρίου, ὥστε καὶ ὑπερεκχεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ. Καὶ ἄλλα τινὰ τούτοις παραπλήσια ποιῶν ἐξηπάτησε πολλοὺς, καὶ ἀπαγήοχεν ὀπίσω αὐτοῦ.

3. Εἰκὸς δὲ αὐτὸν καὶ δαίμονά τινα πάρεδρον ἔχειν, δι' οὗ αὐτός τε προφητεύειν δοκεῖ, καὶ ὅσας ἀξίας ἡγεῖται μετόχους τῆς Χάριτος αὐτοῦ, προφητεύειν ποιεῖ. Μάλιστα γὰρ περὶ γυ-

τηρίον τῆς εὐλογίας) (I *Cor.* X, 16). Ita HARVEY.

(1) Alludit ad MARC. IV, 31: ut enim granum sinapis in arborem crescit, ita multiplicatur calix, ac symbolum fit adauctae agnitionis et perfecti luminis.

(2) Scl. ex termino (limine) Ecclesiae abduxit Cfr. graec.

(3) De his adhuc c. XXIII, 3 (cfr. TERTULL. *De an.* 28 et *Apologet.* 23); sunt scl. πάρεδροι seu adsistentes daemones familiares per quos multa fiunt vel suggeruntur (cfr. *Apolog. Socratis*): distinguuntur ab oniropompis, qui tantum somnia immittunt. Utiliter conferes iambicos c. XV fin.

circa eas quae sunt honestae, et circumpurpuratae,(1) et ditissimae, quas saepe abducere tentans, dicit blandiens eis: « Participare te volo ex mea gratia, quoniam Pater omnium « angelum tuum semper videt ante faciem suam.(2) Locus « autem tuae magnitudinis(3) in nobis est: oportet nos in « unum convenire. Sume primum a me, et per me gra« tiam. Adapta te ut sponsa sustinens sponsum suum, ut « sis quod ego, et ego quod tu. Constitue in thalamo tuo « semen luminis. Sume a me sponsum, et cape eum, et « capere in eo. Ecce gratia descendit in te: aperi os tuum, « et propheta ». Quum autem mulier responderit: « Num« quam prophetavi et nescio prophetare »: invocationes quasdam faciens denuo, ad stuporem eius quae seducitur, dicit

ναῖκας ἀσχολεῖται, καὶ τούτων τὰς εὐπαρύφους, καὶ περιπορφύρους, καὶ πλουσιωτάτας, ἃς πολλάκις ὑπάγεσθαι πειρώμενος, κολακεύων φησὶν αὐταῖς· « Μεταδοῦναί σοι θέλω τῆς ἐμῆς χά« ριτος, ἐπειδὴ ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων τὸν ἄγγελόν σου διὰ παντὸς « βλέπει πρὸ προσώπου αὐτοῦ· ὁ δὲ τόπος τοῦ μεγέθους ἐν ἡμῖν « ἐστί· δεῖ ἡμᾶς εἰς ἓν καταστῆσαι. Λάμβανε πρῶτον ἀπ' ἐμοῦ, « καὶ δι' ἐμοῦ τὴν χάριν. Εὐτρέπισον σεαυτὴν, ὡς νύμφη ἐκ« δεχομένη τὸν νυμφίον ἑαυτῆς, ἵνα ἔσῃ ὃ ἐγὼ, καὶ ἐγὼ ὃ σύ. « Καθίδρυσον ἐν τῷ νυμφῶνί σου τὸ σπέρμα τοῦ φωτός. Λάβε « παρ' ἐμοῦ τὸν νυμφίον, καὶ χώρησον αὐτὸν, καὶ χωρήθητι ἐν « αὐτῷ. Ἰδοὺ, ἡ χάρις κατῆλθεν ἐπὶ σέ· ἄνοιξον τὸ στόμα « σου, καὶ προφήτευσον ». Τῆς δὲ γυναικὸς ἀποκρινομένης, « οὐ προεφήτευσα πώποτε, καὶ οὐκ οἶδα προφητεύειν », ἐπικλήσεις τινὰς ποιούμενος ἐκ δευτέρου εἰς κατάπληξιν τῆς ἀπα-

(1) I. e. quae purpura indutae incedunt: nempe nobilissimae. Gnosis enim, ut quid superioris ordinis, ditioribus et nobilioribus tantum concredebatur.

(2) Alludit ad MATTH. XVIII, 10. Cfr. infra XIV, 1 fin.

(3) Hoc nomine abstracto hic et saepe angelus designatur. (Cfr. mox § 6 in formula redemtionis etc. XIV, 1 fin.). Atqui angelorum species et imagines, ut vidimus, sunt gnostici et spiritales [cfr. p. 105 (IV, fin.) cum 112 sq. (V, 6) etc.

ei: « Aperi os tuum, et loquere quodcumque, et prophetabis ». Illa autem seducta et elata ab his quae praedicta sunt, concalefaciens animam a suspicione quod incipiat prophetare, quum cor eius multo plus quam oporteat palpitet, audet, et loquitur deliriosa, et quaecumque evenerint omnia,(1) vacue et audacter, quippe calefacta spiritu; (sicut melior nobis (2) de talibus prophetis exsequitur, (3) quod audax et inverecunda est anima quae sit (4) vacuo aëre excalefacta) et exinde prophetidem semetipsam putat, et gratias agit Marco ei, qui participavit ei suam gratiam: et remunerare eum gestit, non solum secundum substantiae suae dationem (unde et divitiarum copiam magnam collegit), sed et secundum corporis copulationem, et secundum omnia uniri ei cupit, ut cum eo descendat in unum.

πωμένης, φησὶν αὐτῇ· « Ἄνοιξον τὸ στόμα σου, λάλησον ὅ τι « δήποτε, καὶ προφητεύσεις ». Ἡ δὲ χαυνωθεῖσα, καὶ κεπφωθεῖσα ὑπὸ τῶν προειρημένων, διαθερμανθεῖσα τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς προσδοκίας τοῦ μέλλειν αὐτὴν προφητεύειν, τῆς καρδίας πλέον τοῦ δέοντος παλλούσης, ἀποτολμᾷ λαλεῖν ληρώδη καὶ τὰ τυχόντα πάντα κενῶς καὶ τολμηρῶς, ἅτε ὑπὸ κενοῦ τεθερμαμμένη πνεύματος· (καθὼς ὁ κρείσσων ἡμῶν ἔφη περὶ των τοιούτων, ὅτι τολμηρὸν καὶ ἀναιδὲς ψυχὴ κενῷ ἀέρι θερμαινομένη), καὶ ἀπὸ τούτου λοιπὸν προφήτιδα ἑαυτὴν ὑπολαμβάνει, καὶ εὐχαριστεῖ Μάρκῳ τῷ ἐπιδιδόντι τῆς ἰδίας χάριτος αὐτῇ· καὶ ἀμείβεσθαι αὐτὸν πειρᾶται, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν ὑπαρχόντων δόσιν (ὅθεν καὶ χρημάτων πλῆθος πολὺ συνενήνοχεν), ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τοῦ σώματος κοινωνίαν, κατὰ πάντα ἑνοῦσθαι αὐτῷ προθυμουμένη, ἵνα σὺν αὐτῷ κατέλθῃ εἰς τὸ ἕν.

(1) I. e. quidquid temere loquenti occurrerit. In graec. ἀποτολμᾷ καὶ λαλεῖ, ut ap. *Rom.* X, 20.

(2) Cfr. Praef. p. 72, not. 2.

(3) I. e. *verbo persequitur*, ut est etiam infra c. XIV, 7 etc.

(4) Lectio Vat.[1]; intellige: anima vana spe excalefacta [cfr. super. χαυνωθεῖσα καὶ κεπφωθεῖσα - διαθερμανθεῖσα, i. e. inflata et elata et effervescens] impudens et audax fit ad omnia eloquenda.

4. [*WH. VII, 3*]. Iam vero quaedam ex fidelissimis mulieribus, quae habent timorem Dei, et non sunt seducibiles, quas similiter ut reliquas affectavit seducere, iubens eis prophetare, exsufflantes et catathematizantes[1] eum, separaverunt se ab huiusmodi insano, qui se divinum spirare simulabat:[2] pro certo scientes, quoniam prophetare non a Marco mago inditur hominibus, sed quibuscumque Deus desuper immiserit gratiam suam, hi a Deo traditam habent prophetiam, et tunc loquuntur ubi, et quando Deus vult; sed non quando Marcus iubet. Quod enim iubet, eo quod iubetur maius est et dominatius, quoniam illud quidem principatur, illud autem subiectum est.[3] Si ergo Marcus quidem iubet, vel alius quis (sicut solent in caenis sortibus hi omnes ludere,[4] et sibimetipsis invicem imperare ut pro-

4. Ἤδη δὲ τῶν πιστοτάτων τινὲς γυναικῶν τῶν ἐχουσῶν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξαπατηθεισῶν, ἃς ὁμοίως ταῖς λοιπαῖς ἐπετήδευσε παραπείθειν, κελεύων αὐταῖς προφητεύειν, καὶ καταφυσήσασαι, καὶ καταθεματίσασαι αὐτὸν, ἐχωρίσθησαν τοῦ τοιούτου θιάσου· ἀκριβῶς εἰδυῖαι, ὅτι προφητεύειν οὐχ ὑπὸ Μάρκου τοῦ μάγου ἐγγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' οἷς ἂν ὁ Θεὸς ἄνωθεν ἐπιπέμψῃ τὴν χάριν αὐτοῦ, οὗτοι θεόσδοτον ἔχουσι τὴν προφητείαν, καὶ τότε λαλοῦσιν ἔνθα καὶ ὁπότε Θεὸς βούλεται, ἀλλ' οὐχ ὅτε Μάρκος κελεύει. Τὸ γὰρ κελεῦον τοῦ κελευομένου μεῖζόν τε καὶ κυριώτερον, ἐπεὶ τὸ μὲν προηγεῖται, τὸ δὲ ὑποτέτακται. Εἰ οὖν Μάρκος μὲν κελεύει, ἢ ἄλλος τις (ὡς εἰώθασιν ἐπὶ τοῖς δείπνοις τοῦ κλήρου οὗτοι πάντοτε παίζειν, καὶ ἀλλήλοις ἐγκε-

(1) I. e. exsecrantes. Utrumque verbum est ex liturgia baptismali. Cfr. XVII, 3.

(2) Graece unicum verbum est: τοῦ τοιούτου θιάσου, i. e. *ab huiusmodi choro*; θίασος enim nomen technicum est ad indicandos coetus mysteriis addictos. Interpres fortasse legit θειάσου a θειάζειν quod est: divinum spirare.

(3) Scl. quod iubet aliquid, maius et praestantius (gr. κυριώτερον) esse debet eo cui iubet (in casu, spiritu prophetico); quoniam iubere est principis; iussum capessere subiecti.

(4) Mos et Romanis erat in caenis talorum iactu uti ad desi-

phetent), et secundum suas concupiscentias eos sibi prophetare, erit ille qui iubet et maior et dominatior prophetico spiritu, quum sit homo: quod est impossibile. Sed tales quidem, qui iubentur ab ipsis, spiritus, et loquuntur quando volunt ipsi, terreni et infirmi sunt;(1) audaces autem et impudentes, a Satana immissi ad seductionem et perditionem eorum, qui non firmam fidem, quam ab initio per Ecclesiam acceperunt, custodiunt.

5. [*WH. VII, 4*]. Adhuc etiam et amatoria et adlectantia(2) efficit, ut et corporibus ipsarum contumeliam irroget, hic idem Marcus quibusdam mulieribus, etsi non universis. Hae saepissime conversae ad Ecclesiam Dei

λεύεσθαι τὸ προφητεύειν), καὶ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοῖς μαντεύεσθαι, ἔσται ὁ κελεύων μείζων τε καὶ κυριώτερος τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, ἄνθρωπος ὤν, ὅπερ ἀδύνατον. Ἀλλὰ τοιαῦτα κελευόμενα ὑπ᾿ αὐτῶν πνεύματα, καὶ λαλοῦντα ὁπότε βούλονται αὐτοί, ἐπίγεια καὶ ἀδρανῆ ἐστι, τολμηρὰ δὲ καὶ ἀναιδῆ, ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ ἐκπεμπόμενα πρὸς ἐξαπάτησιν καὶ ἀπώλειαν τῶν μὴ εὔτονον τὴν πίστιν, ἣν ἀπ᾿ ἀρχῆς διὰ τῆς Ἐκκλησίας παρέλαβον, φυλασσόντων.

5. Ἔτι δὲ φίλτρα καὶ ἀγώγιμα, πρὸς τὸ καὶ τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἐνυβρίζειν, ἐμποιεῖ οὗτος ὁ Μάρκος ἐνίαις τῶν γυναικῶν, εἰ καὶ μὴ πάσαις· αὗται πολλάκις ἐπιστρέψασαι εἰς τὴν ἐκκλη-

gnandos arbitros praesertim bibendi: cfr. HORAT. *Od.* I, 4; II, 7; ita scl. ut quis numerum talorum prophetasset is arbiter esset: hinc sibimetipsis invicem imperare ut prophetent.

(1) H. e. non propheticum spiritum Marcosii habent; sed loquuntur a spiritibus malis, terrenis et homine vivente infirmiores, ac ideo iussum eorum recipientes; audaces tamen etc. De infirmitate horum spirituum nota apud TERT. *Apol.* 23 doceri spiritus huiusmodi defunctorum animas, ac praecise puerorum esse: idipsum apud *Recog. Clem.* II, 13, Simon M.: « Pueri incorrupti et violenter necati animam iuramentis ineffabilibus evocatam adsistere mihi feci etc. ».

(2) Subaudi *pocula*; cfr. c. 23, 3; 25, 2 eadem de Simone et Carpocrate.

confessae sunt, et secundum corpus exterminatas se ab eo, et velut cupidine inflammatas valde illum se dilexisse; ut et diaconus quidam eorum qui sunt in Asia nostri,(1) suscipiens eum in domum suam, inciderit in huiusmodi calamitatem. Nam quum esset uxor eius(2) speciosa, et sententia et corpore corrupta esset a mago isto, et sequuta eum esset multo tempore, post deinde cum magno labore fratres eam convertissent, omne tempus in exhomologesi(3) consummavit, plangens et lamentans ob hanc, quam passa est ab hoc mago, corruptelam.

6. [*WH. VII, 5*]. Et discipuli autem eius quidam circumobversati in iisdem, seducentes mulierculas multas corruperunt, perfectos semetipsos vocantes:(4) quasi nemo possit exaequari magnitudini agnitionis ipsorum, nec si Paulum

σίαν τοῦ Θεοῦ ἐξωμολογήσαντο, καὶ κατὰ τὸ σῶμα ἠχρειῶσθαι ἑαυτὰς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐρωτικῶς πάνυ αὐτὸν πεφιληκέναι· ὥστε καὶ διάκονόν τινα τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῶν ἡμετέρων ὑποδεξάμενον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, περιπεσεῖν ταύτῃ τῇ συμφορᾷ· τῆς γυναικὸς αὐτοῦ εὐειδοῦς ὑπαρχούσης, καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὸ σῶμα διαφθαρείσης ὑπὸ τοῦ μάγου τούτου, καὶ ἐξακολουθησάσης αὐτῷ πολλῷ τῷ χρόνῳ, ἔπειτα μετὰ πολλοῦ κόπου τῶν ἀδελφῶν ἐπιστρεψάντων αὐτήν, τὸν ἅπαντα χρόνον ἐξομολογουμένη διετέλεσε, πενθοῦσα καὶ θρηνοῦσα ἐφ' ᾗ ἔπαθεν ὑπὸ τοῦ μάγου διαφθορᾷ.

6. Καὶ μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ τινὲς περιπολίζοντες ἐν τοῖς αὐτοῖς, ἐξαπατῶντες γυναικάρια πολλὰ διέφθειραν, τελείους ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντες· ὡς μηδενὸς δυναμένου ἐξισωθῆναι τῷ μεγέθει τῆς γνώσεως αὐτῶν, μηδ' ἂν Παῦλον, μηδ' ἂν Πέτρον εἴπῃς, μηδ' ἄλ-

(1) I. e. quidam ex nostris (concivibus) in Asia. Hinc eruitur quoque patria Marci, ut diximus.

(2) Locus insignis ad historiam caelibatus. Notum est autem Graecos hanc super rem peculiari semper usos esse iure.

(3) Ante Callixtum mulier adultera debuit toto vitae tempore in poenitentia publica [hunc ergo sensum habet vox *exhomologesis*] versari, ut notum est.

(4) Cur haec addat vidimus VI, 4, p. 119 et 120, not. 1.

aut Petrum dicas, vel alterum quemdam apostolorum:[1] sed plus omnibus se cognovisse, et magnitudinem agnitionis illius, quae est inenarrabilis, virtutis,[2] solos ebibisse. Esse autem se in altitudine super omnem virtutem: quapropter et libere omnia agere, nullum in nullo timorem habentes.[3] Propter enim redemtionem et incomprehensibiles et invisibiles fieri iudici.[4] Si autem et apprehenderit eos, assistentes ei cum redemtione haec dicerent: « O assessor Dei[5] et mysticae illius proaeonon[6] Siges,

λον τινὰ τῶν ἀποστόλων· ἀλλὰ πλείω πάντων ἑαυτοὺς ἐγνωκέναι, καὶ τὸ μέγεθος τῆς γνώσεως τῆς ἀῤῥήτου δυνάμεως μόνους καταπεπωκέναι. Εἶναί τε αὐτοὺς ἐν ὕψει ὑπὲρ πᾶσαν δύναμιν· διὸ καὶ ἐλευθέρως πάντα πράσσειν, μηδένα ἐν μηδενὶ φόβον ἔχοντας. Διὰ γὰρ τὴν ἀπολύτρωσιν ἀκρατήτους καὶ ἀοράτους γίνεσθαι τῷ κριτῇ. Εἰ δὲ καὶ ἐπιλάβοιτο αὐτῶν, παραστάντες αὐτῷ μετὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τάδε εἴποιεν· « ὦ πάρεδρε Θεοῦ καὶ μυστικῆς

(1) Cfr. similia c. XXV 2 de Carpocratianis, ex quibus liquet haec « nec si Paulum aut Pe« trum etc. » non Ir. addidisse sed a Gnosticis revera praedicari.

(2) Scl. Siges, ut mox habes.

(3) Cfr. apud HIPP. eadem prorsus de Simonis Magi discipulis. V. etiam infra c. XXV de Carpocratianis prorsus eadem et quidem in eodem sensu. Non igitur Marcosii contenti sunt omnem creatam scientiam exsuperare, quin et omnes leges Dei (Demiurgi) ac iudicium ipsum non timeant, quasi super haec omnia sint, liberi. Ratio autem huius confidentiae est redemtio seu liberatio ab his omnibus, per pneuma quod acceperunt secundo baptismo, ut inferius uberius dicetur (c. XXI). Observat GRABE non otiose, redemtionem seu Geulah etiam vocari apud Iudaeos duplicem *deprecatoriam* formulam, quam late describit. At maxime notandum est in scriptis gnosticis copticis permulta adhuc edoceri de ratione qua pneumatici Demiurgum et archontas effugiant; ita ut fere ad has formulas, sigilla, apologias etc., ediscendas integra gnosis redire videatur. Cfr. praes. *Pistis S.* c. 143 [Schmidt, p. 245 sqq.]; *Liber Ieu*, II, c. 51 [Schmidt, p. 321 sqq.] etc.

(4) Scl. Demiurgo qui nescit *spiritalia* (V, 4–6, pp. 110–113).

(5) Melius: « O quae Deo assi« des »: est nempe *Sophia*, ut mox legenti constabit.

(6) H. e. quae ante saecula (non *Aeones*) fuit; cfr. I, 1, p. 77.

« quam magnitudines(1) semper videntes, faciem Patris, te « viae duce et adductore utentes, abstrahunt sursum suas « formas, quas valde audax illa ducta phantasmate, propter « bonum Propatoris emisit nos imagines illorum, tunc in- « tentionem illorum quae sunt sursum, quasi somnium ha- « bens; ecce, iudex in proximo, et praeco me iubet meae « defensioni adesse. Tu autem, quasi quae scias utrorumque « nostrorum rationem, tamquam unum exsistentem iudici as- « siste ».(2) Mater autem cito, audiens haec, Homericam inferorum galeam eis superimposuit,(3) ut invisibiliter effuge-

« πρὸ αἰώνων Σιγῆς, ἣν τὰ μεγέθη διὰ παντὸς βλέποντα, τὸ πρό- « σωπον τοῦ Πατρὸς, ὁδηγῷ σοι καὶ προσαγωγεῖ χρώμενα, ἀνά- « σπῶσιν ἄνω τὰς αὐτῶν μορφὰς, ἃς ἡ μεγαλότολμος ἐκείνη φαν- « τασιασθεῖσα, διὰ τὸ ἀγαθὸν τοῦ Προπάτορος προεβάλετο ἡμᾶς « τὰς εἰκόνας, τότε ἐνθύμιον τῶν ἄνω ὡς ἐνύπνιον ἔχουσα· ἰδοὺ « ὁ κριτὴς ἐγγὺς, καὶ ὁ κῆρυξ με κελεύει ἀπολογεῖσθαι· σὺ δὲ « ὡς ἐπισταμένη τὰ ἀμφοτέρων, τὸν ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἡμῶν λόγον, « ὡς ἕνα ὄντα τῷ κριτῇ παράστησον ». Ἡ δὲ μήτηρ ταχέως ἀκούσασα τούτων, τὴν Ὁμηρικὴν Ἄϊδος κυνέην αὐτοῖς περιέθηκε, πρὸς τὸ ἀοράτως ἐκφυγεῖν τὸν κριτήν· καὶ παραχρῆμα

(1) I. e. angeli, ut diximus, qui semper vident faciem Patris (Sigen ipsam); ut sequentia intelligas recole ante omnia quae c. IV, § 5 dicta sunt: Achamoth scl. (illa) postquam Salvator eam relevavit, virtutem maiorem accepisse (valde audax) atque angelos eius satellites conspexisse, ex quo conspectu animo informavit (ἐφαντασίασε; male redd. *ducta phantasmate*) partum spiritalem, atque hunc emisit in bonum Propatoris, homines scl. spiritales (qui idcirco sunt *formae* et *imagines* angelorum), quum, visione hac transacta, superas res, seu angelos ipsos, mente velut in somnio revolveret. (Cfr. XI, 1, p. 159, secundum memoriam meliorum). Has igitur angelorum imagines seu *formas suas*, Sophia duce, angeli sursum abstrahere debent, ac Iudicis conspectui eripere, ut in Pleroma receptae angelis ipsis nubant (cfr. c. VII, 1, 7, p. 122; XXI, 5).

(2) Ex graec. pro « tamquam « unum » etc. repone: « has ipsas « utriusque rationes, tamquam u- « nam exsistentem (i. e. utrique « communem), iudici exhibe ».

(3) Cfr. IL. V, 844 sq. « Plutoni « (inferorum = Ἄϊδος) galea erat

rent iudicem, et statim eripiens eos in thalamum duxit, et reddidit suis sponsis.

7. [*WH. VII, 6*]. Talia autem dicentes et operantes, et in his quoque quae sunt secundum nos regiones Rhodanenses, multas seduxerunt mulieres, quae cauteriatas conscientias habentes,(1) quaedam quidem etiam in manifesto exhomologesin faciunt, quaedam autem reverentes hoc ipsum, in silentio sensim semetipsas retrahunt, desperantes a vita Dei,(2) quaedam quidem in totum abscesserunt; quaedam autem inter utrumque dubitant, et quod est proverbii passae(3) sunt, neque intus, neque foris exsistentes, hunc fructum habentes seminis filiorum agnitionis.

CAP. XIV, 1. [*WH. VIII, 1*]. QUEMADMODUM QUIDAM EX EIS PER NUMEROS ET PER SYLLABAS ET PER LITERAS CONANTUR CONSTITUERE EAM, QUAE EST SECUNDUM EOS ARGU-

ἀναπάσασα αὐτοὺς, εἰς τὸν νυμφῶνα εἰσήγαγε, καὶ ἀπέδωκε τοῖς ἑαυτῶν νυμφίοις.

7. Τοιαῦτα δὴ λέγοντες καὶ πράττοντες, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κλίμασι τῆς 'Ροδανουσίας, πολλὰς ἐξηπατήκασι γυναῖκας, αἵτινες κεκαυτηριασμέναι τὴν συνείδησιν, αἱ μὲν καὶ εἰς φανερὸν ἐξομολογοῦνται, αἱ δὲ δυσωπούμεναι τοῦτο, ἡσυχῇ δέ πως ἑαυτὰς ἀπηλπικυῖαι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, ἔνιαι μὲν εἰς τὸ παντελὲς ἀπέστησαν, ἔνιαι δὲ ἐπαμφοτερίζουσι, καὶ τὸ τῆς παροιμίας πεπόνθασι, μήτε ἔξω, μήτε ἔσω οὖσαι, ταύτην ἔχουσαι τὴν ἐπικαρπίαν τοῦ σπέρματος τῶν τέκνων τῆς γνώσεως.

« quam qui gestaret omnes videbat, ipse autem nemini perspicuus »; ERASMUS.

(1) Verba apud I *Tim.* IV, 1; res autem simillima II *Tim.* III, 6; de feminis in historia haereseon cfr. HIERON. (*in Isa.* c. LXIV) qui hunc locum quoque affert, non omnia tamen recte intelligens, ut diximus. Id. in *ep. 29, ad Theodor.*

(2) Allusio ad *Ephes.* IV, 18. Habes hic unde ostendas necessitatem ad salutem sacramenti poenitentiae; ac simul satisfactionem (etiam confessionem) in manifesto pro quibusdam criminibus, officium fuisse in Eccl. primaeva.

(3) Id est: expertae.

MENTATIO. Hic igitur Marcus, vulvam et susceptorium Colarbasi [1] Silentii semet solum fuisse dicens (quippe unigenitus exsistens), semen, quod depositum est in eum, sic enixus est. Illam quae est a summis, et ab invisibilibus, et innominabilibus locis quaternationem descendisse figura muliebri ad eum [2] (quoniam, inquit, eius masculinum [3] mundus non ferre poterat), et ostendisse quoque semetipsam quae esset, et universorum genesim, quam nemini umquam neque deorum neque hominum revelavit, huic solo enarrasse, ita dicentem: Quando primum Pater, cuius pater nemo est, qui est inexcogitabilis et insubstantivus, [4] qui

XIV. 1. Οὗτος οὖν ὁ Μάρκος μήτραν καὶ ἐκδοχεῖον τῆς Κολαρβάσου Σιγῆς, ἑαυτὸν μονώτατον γεγονέναι λέγων, ἅτε μονογενὴς ὑπάρχων τὸ .... [σπέρμα] κατατεθὲν εἰς αὐτὸν ὧδέ πως ἀπεκύησεν. Αὐτὴν τὴν πανυπερτάτην ἀπὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκατωνομάστων τόπων τετράδα κατεληλυθέναι σχήματι γυναικείῳ πρὸς αὐτὸν (ἐπειδή, φησί, τὸ ἄῤῥεν αὐτῆς ὁ κόσμος φέρειν οὐκ ἠδύνατο), καὶ μηνῦσαι αὐτὴν ἥτις ἦν, καὶ τὴν τῶν πάντων γένεσιν, ἣν οὐδενὶ πώποτε οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων ἀπεκάλυψε, τούτῳ μονωτάτῳ διηγήσασθαι, οὕτως εἰποῦσαν· ὅτε τὸ πρῶτον, οὗ πατὴρ οὐδεὶς ἦν, ὁ ἀνεννόητος καὶ ἀνούσιος, ὁ μήτε

(1) Ex multis huius difficilis loci interpretationibus simplicior est quae Colarbasi nomen cum hebr. כל-ארבע (= tetradis) unum facit: est igitur appellatio nomen *Sige* determinans. (Hinc nullus videtur Colarbasus haereticus, sectaeque dux, exstitisse, multoque minus qui fuerit filius unicus Marci; Iren. ipse nullibi alias nomen hoc commemorat). Marcus sese effutiebat velut filium unicum Siges, atque ab ea ita dilectum ut illa in eo tamquam in μήτρᾳ et promptuario sua arcana (semen) deposuisset, quae et ipse enixus est ut sequitur. Graece semen τοῦ ὑστερήματος seu labis Sophiae–Achamoth dicitur.

(2) Similem manifestationem (pueri, seu Logou, pro femina) sibi factam docuisse Valentinum testatur HIPP. VI. 43, qui et sequentia exscribit verbaliter.

(3) Ut diximus, masculinum Gnosticis perfectius est prae femineo, ideo difficilius revelatur.

(4) I. e. naturae expers (ἀνούσιος); cfr. quae sequuntur.

neque masculus neque femina est, voluit suum inenarrabile narrabile fieri, et quod invisibile ⟨sibi⟩ est, formari,(1) aperuit os, et protulit Verbum simile sibi: quod adsistens ostendit ei quod erat ipse, quum invisibilis (2) forma apparuisset. Enuntiatio autem nominis facta est talis: Loquutus est verbum primum nominis eius; fuit ἀρχή,(3) et syllabe(4) eius literarum quatuor. Coniunxit et secundam, et fuit haec literarum quatuor. Post loquutus est et tertiam, et fuit haec literarum x. Et eam, quae est post haec, loquutus est, et fuit ipsa literarum xii. Facta est ergo enuntiatio universi nominis, literarum xxx, sillabarum autem quatuor. Unum-

ἄῤῥεν μήτε θῆλυ, ἠθέλησεν αὐτοῦ τὸ ἄῤῥητον ῥητὸν γενέσθαι καὶ τὸ ἀόρατον μορφωθῆναι, ἤνοιξε τὸ στόμα καὶ προήκατο Λόγον ὅμοιον αὐτῷ· ὃς παραστὰς ἐπέδειξεν αὐτῷ ὃ ἦν, αὐτὸς τοῦ ἀοράτου μορφὴ φανείς. Ἡ δὲ ἐκφώνησις τοῦ ὀνόματος ἐγένετο τοιαύτη· ἐλάλησε λόγον τὸν πρῶτον τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἥτις ἦν ἀρχή, καὶ ἦν ἡ συλλαβὴ αὐτοῦ στοιχείων τεσσάρων. Ἐπισυνῆψε καὶ τὴν δευτέραν· καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων τεσσάρων. Ἑξῆς ἐλάλησε τὴν τρίτην· καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων δέκα. Καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἐλάλησε· καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων δώδεκα. Ἐγένετο οὖν ἡ ἐκφώνησις τοῦ ὅλου ὀνόματος στοιχείων μὲν τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων. Ἕκαστον δὲ τῶν

(1) I. e.: « quod invisibile est, « ad sui formam effingi ».

(2) Genitivus est: gr. ἀοράτου. Ut sequentia aliquatenus intelligas attende universam genesim Pleromatis tradi a Marco in manifestatione nominis Patris: Pater enim ut se intelligeret emisit Verbum; Verbum autem, ut Patrem diceret, huius nomen enuntiavit: enuntiatio nominis fit quatuor syllabis (series Aeonum) quae respective literas (Aeones) 4+4+ +10+12 = 30 continent. Quaenam sint hae syllabae ignoratur (cfr. et. c. XV, 1): verum hinc etiam percipere licet, Pleroma gnosticum non esse nisi manifestationem essentiae Dei.

(3) Restitue: *initium* nominis: ἀρχή enim hic commune verbum est, non nomen ipsum Patris. Int. falsus est ex his quae adiacent.

(4) I. e. complexus (σὺν λαμβ.).

quodque autem elementorum suas literas, et suum characterem, et suam enuntiationem, et figurationes, et imagines habere: et nihil eorum esse, quod illius videat formam, neque ipsum super elementum est. (1) Sed nec cognoscere eum, sed ne quidem proximi eius unumquodque enuntiationem scire, sed quod ipse enuntiat; ita omne quod enuntiat, illud quod est totum, nominet. (2) Unumquemque enim ipsorum, pars exsistens totius, suum sonum quasi omne nominare, et non cessare sonantia, quoadusque ad novissimam literam novissimi elementi, singulariter enuntiata, deveniant. Tunc autem et redintegrationem universorum (3) dicit futuram, quando omnia devenientia in unam literam, unam

στοιχείων ἴδια γράμματα, καὶ ἴδιον χαρακτῆρα, καὶ ἰδίαν ἐκφώνησιν, καὶ σχήματα, καὶ εἰκόνας ἔχειν, καὶ μηδὲν αὐτῶν εἶναι, ὃ τὴν ἐκείνου καθορᾷ μορφήν, οὗπερ αὐτὸ στοιχεῖόν ἐστιν· ἀλλὰ οὐδὲ γινώσκειν αὐτὸν, οὐδὲ μὴν τὴν τοῦ πλησίου αὐτοῦ ἕκαστον ἐκφώνησιν πλεονεκτεῖν ἀλλ' ὃ αὐτὸς ἐκφωνεῖ, ὡς τὸ πᾶν ἐκφωνοῦντα, τὸ ὅλον ἡγεῖσθαι ὀνομάζειν. Ἕκαστον γὰρ αὐτῶν μέρος ὂν τοῦ ὅλου, τὸν ἴδιον ἦχον ὡς τὸ πᾶν ὀνομάζειν, καὶ μὴ παύσασθαι ἠχοῦντα, μέχρις ὅτου ἐπὶ τὸ ἔσχατον γράμμα τοῦ ἐσχάτου στοιχείου μονογλωσσήσαντα καταντῆσαι. Τότε δὲ καὶ τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ὅλων ἔφη γενέσθαι, ὅταν τὰ πάντα κατελθόντα εἰς τὸ ἓν γράμμα, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐκφώνησιν

(1) Graeca legit interpres ὁ ὑπὲρ αὐτὸ στοιχειόν ἐστι; at ex Hipp. et Epiph. videtur restituendum: « nec eorum quidquam esse « quod illius, cuius elementum est, « formam percipiat ». I. e. quaevis litera nequit integrum nomen videre seu efferre; quo indicat Aeonibus singulis Patrem esse incomprehensibilem (cfr. II, 1).

(2) Versio vel mutila vel pessima. Intell. non solum non comprehendit totum nomen, sed nec id exsistere novit, ac similiter nec proximum sibi elementum, sed se tantum, ita ut putet totum nomen ad id redire quod ipsum enuntiet: quo (et sequentibus) significat quemlibet Aeonum sibi autonomum esse ac velut integrum κόσμον constituere (cfr. *Exc. Theod.* 32: ἕκαστος τῶν Αἰώνων ἴδιον ἔχει πλήρωμα).

(3) Alludit ad ἀποκατάστασιν [cfr. graec.] c. VII descriptam.

et eamdem consonationem sonent, cuius exclamationis (1) imaginem, « amen » simul dicentibus nobis, tradidit esse. Sonos autem eos esse qui formant insubstantivum et ingenitum Aeona, et esse hos formas, quas Dominus angelos dixit, quae sine intermissione vident faciem Patris.

2. Nomina autem elementorum communia et enarrabilia, Aeonas, et verba, et radices, et semina, et plenitudines, et fructus vocavit. Singula autem ipsorum et uniuscuiusque propria in nomine Ecclesiae contineri et intelligi ait. Quorum elementorum novissimi elementi ultima litera (2) vocem emisit suam, cuius sonus exiens, secundum imaginem elementorum elementa propria generavit: ex quibus et quae sunt hic, disposita dicit, et ea quae sunt ante haec,(3)

ἠχήσῃ· ἧς ἐκφωνήσεως εἰκόνα τὸ « ἀμὴν » ὁμοῦ λεγόντων ἡμῶν ὑπέθετο εἶναι. Τοὺς δὲ φθόγγους ὑπάρχειν τοὺς μορφοῦντας τὸν ἀνούσιον καὶ ἀγέννητον Αἰῶνα· καὶ εἶναι τούτους μορφάς, ἃς ὁ Κύριος ἀγγέλους εἴρηκε, τὰς διηνεκῶς βλεπούσας τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός.

2. Τὰ δὲ ὀνόματα τῶν στοιχείων τὰ κοινὰ καὶ ῥητὰ, Αἰῶνας καὶ λόγους, καὶ ῥίζας, καὶ σπέρματα, καὶ πληρώματα, καὶ καρποὺς ὠνόμασε. Τὰ δὲ καθ' ἕνα αὐτῶν καὶ ἑκάστου ἴδια ἐν τῷ ὀνόματι τῆς Ἐκκλησίας ἐμπεριεχόμενα νοεῖσθαι ἔφη. Ὧν στοιχείων τοῦ ἐσχάτου στοιχείου τὸ ὕστατον γράμμα φωνὴν προήκατο τὴν ἑαυτοῦ· οὗ ὁ ἦχος ἐξελθὼν κατ' εἰκόνα τῶν στοιχείων στοιχεῖα ἴδια ἐγέννησεν· ἐξ ὧν τά τε ἐνταῦθα διακεκοσμῆσθαί φησι, καὶ

(1) = enuntiationis: huius symbolum est *Amen* tripliciter, primo quia in quavis Ecclesiae oratione vel prece claudit dicta (futura); secundo quia eadem recapitulat (redintegratio); tertio quia ab omnibus simul dicitur (unam et eamdem ...sonent). Cfr. I *Cor*. XV, 28, et infra XVI, 1 fin., cum nota.

(2) Si elementa series Aeonum, literae vero Aeones sunt, facile intelliges per ultimam literam ultimi elementi (duodecadis scl.) significari Sophiam, cuius casus in sequentibus habes: sonus vero eius est Achamoth, ut dicetur.

(3) I. e. Demiurgus et quae in Medietate sunt.

generata.[1] Ipsam quidem literam, cuius sonus erat consequens sonum deorsum, a syllaba sua sursum receptam dicit, ad impletionem universi:[2] remansisse autem deorsum sonum quasi foras proiectum. Elementum autem ipsum,[3] ex quo litera cum enuntiatione sua descendit deorsum, literarum ait esse xxx, et unamquamque ex his xxx literis in semetipsa habere alias literas, per quas nomen literae nominatur. Et rursus alias per alias nominari literas, et alias per alias, ita ut in immensum decidat multitudo literarum. Sic autem planius disces quod dicitur. [*WH. VIII, 3*]. « Delta » elementum literas habet in se quinque, et ipsum Δ, et E, et Λ, et T, et A, et hae rursus literae per alias scribuntur literas, et aliae per alias. Si ergo universa substantia deltae in immensum decidit, aliis alias literas gene-

τὰ πρὸ τούτων γεγενῆσθαι. Τὸ μέντοι γράμμα αὐτὸ, οὗ ὁ ἦχος ἦν συνεπακολουθῶν τῷ ἤχῳ κάτω, ὑπὸ τῆς συλλαβῆς τῆς ἑαυτοῦ ἀνειλῆφθαι ἄνω λέγει εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ ὅλου· μεμενηκέναι δὲ εἰς τὰ κάτω τὸν ἦχον, ὥσπερ ἔξω ῥιφέντα. Τὸ δὲ στοιχεῖον αὐτὸ, ἀφ' οὗ τὸ γράμμα σὺν τῇ ἐκφωνήσει τῇ ἑαυτοῦ κατῆλθε κάτω, γραμμάτων φησὶν εἶναι τριάκοντα, καὶ ἓν ἕκαστον τῶν τριάκοντα γραμμάτων ἐν ἑαυτῷ ἔχειν ἕτερα γράμματα, δι' ὧν τὸ ὄνομα τοῦ γράμματος ὀνομάζεται· καὶ αὖ πάλιν τὰ ἕτερα δι' ἄλλων ὀνομάζεσθαι γραμμάτων, καὶ τὰ ἄλλα δι' ἄλλων· ὥστε εἰς ἄπειρον ἐκπίπτειν τὸ πλῆθος τῶν γραμμάτων. Οὕτως δ' ἂν σαφέστερον μάθοις τὸ λεγόμενον· Τὸ δέλτα στοιχεῖον γράμματα ἔχει ἐν ἑαυτῷ πέντε, αὐτὸ δὲ τὸ δέλτα, καὶ τὸ ε, καὶ τὸ λάβδα, καὶ τὸ ταῦ, καὶ τὸ ἄλφα· καὶ ταῦτα πάλιν τὰ γράμματα δι' ἄλλων γράφεται γραμμάτων, καὶ τὰ ἄλλα δι' ἄλλων. Εἰ οὖν ἡ πᾶσα ὑπόστασις τοῦ δέλτα εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει, ἀεὶ

(1) I.e. Demiurgus, hebdom. etc.

(2) Sophia enim emundata et coniugio restituta est. Enthymesis vero foris facta optime significatur sono (ἤχῳ) quod independenter a voce perseverare videtur.

(3) Id nequit esse aliud a Pleromate (cfr. sup.).

rantibus et succedentibus alterutrum, quanto magis illius elementi maius esse pelagus literarum? Et si una litera sic immensa est, vide totius nominis profundum literarum, ex quibus Propatora Marci Silentium constare docuit. Quapropter et Patrem scientem incapabile suum, dedisse elementis, quae et Aeonas vocat, unicuique eorum suam enuntiationem exclamare, eo quod non possit unum, illud quod est totum enuntiare.

3. [*IVH. VIII, 4*]. Haec itaque exponentem ei quaternationem dixisse: Volo autem tibi et ipsam ostendere Veritatem. Deposui enim illam de superioribus aedificiis, ut circumspicias eam nudam, et intuearis formositatem eius; sed et audias eam loquentem, et admireris sapientiam eius. Vide quid igitur in caput eius sursum, primum A et Ω. Collum autem B et Ψ. Humeros cum manibus Γ et X. Pectus Δ et Φ. Cinctum E et Υ. Ventrem Z et T. Verenda H et Σ. Femora Θ et P. Genua I et Π. Ti-

ἄλλων ἄλλα γράμματα γεννώντον, καὶ διαδεχομένων ἄλληλα, πόσῳ μᾶλλον ἐκείνου τοῦ στοιχείου μεῖζον εἶναι τὸ πέλαγος τῶν γραμμάτων; Καὶ εἰ τὸ ἓν γράμμα οὕτως ἄπειρον, ὅρα ὅλου τοῦ ὀνόματος τὸν βυθὸν τῶν γραμμάτων, ἐξ ὧν τὸν Προπάτορα ἡ Μάρκου Σιγὴ συνεστάναι ἐδογμάτισε. Διὸ καὶ τὸν Πατέρα ἐπιστάμενον τὸ ἀχώρητον αὐτοῦ, δεδωκέναι τοῖς στοιχείοις, ἃ καὶ Αἰῶνας καλεῖ, ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὴν ἰδίαν ἐκφώνησιν ἐκβοᾶν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἕνα τὸ ὅλον ἐκφωνεῖν.

3. Ταῦτα δὲ σαφηνίσασαν αὐτῷ τὴν τετρακτὺν εἰπεῖν· θέλω δέ σοι καὶ αὐτὴν ἐπιδεῖξαι τὴν Ἀλήθειαν. Κατήγαγον γὰρ αὐτὴν ἐκ τῶν ὑπερθεν δωμάτων, ἵν' ἐσίδῃς αὐτὴν γυμνὴν, καὶ καταμάθῃς τὸ κάλλος αὐτῆς· ἀλλὰ καὶ ἀκούσῃς αὐτῆς λαλούσης, καὶ θαυμάσῃς τὸ φρόνημα αὐτῆς. Ὅρα οὖν κεφαλὴν ἄνω, τὸ πρῶτον ἄλφα καὶ τὸ ω, τράχηλον δὲ β καὶ ψ, ὤμους ἅμα χερσὶν γ καὶ χ, στήθη δ καὶ φ, διάφραγμα ε καὶ υ [κοιλίαν ζ καὶ τ, αἰδοῖα η καὶ σ], μηροὺς θ καὶ ρ, γόνατα ι καὶ π, κνήμας κ καὶ ο,

bias K et O. Crura Λ et Ξ. Pedes M et N. (1) Hoc est corpus eius, quae est secundum magum, Veritatis; haec figura elementi, hic caracter literae. Et vocat elementum hoc, Hominem : (2) esse autem fontem ait eum omnis verbi, et initium universae vocis, et omnis inenarrabilis enarrationem, et taciti Silentii os. Et hoc quidem corpus eius. Tu autem sublimius allevans sensus intelligentiam, autogenitora et patrodotora (3) verbum ab ore Veritatis audi.

4. [*WH. VIII, 5*]. Haec autem quum dixisset illa, attendentem ad eum Veritatem, et aperientem os, loquutam esse verbum : verbum autem nomen factum, et nomen esse hoc quod scimus et loquimur « Christum Iesum »; quod quum nominasset, statim tacuit. Quum autem putaret Marcus plus

σφυρὰ λ καὶ ξ, πόδας μ καὶ ν. Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τῆς κατὰ τὸν μάγον Ἀληθείας· τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦ στοιχείου, οὗτος ὁ χαρακτὴρ τοῦ γράμματος. Καὶ καλεῖ τὸ στοιχεῖον τοῦτο Ἄνθρωπον· εἶναί τε πηγήν φησιν αὐτὸ παντὸς λόγου, καὶ ἀρχὴν πάσης φωνῆς, καὶ παντὸς ἀῤῥήτου ῥῆσιν, καὶ τῆς σιωπωμένης Σιγῆς στόμα. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ σῶμα αὐτῆς. Σὺ δὲ μετάρσιον ἐγείρας τὸ τῆς διανοίας νόημα, τὸν αὐτογεννήτορα καὶ πατροδότορα λόγον ἀπὸ στομάτων Ἀληθείας ἄκουε.

4. Ταῦτα δὲ ταύτης εἰπούσης, προσβλέψασαν αὐτῷ τὴν Ἀλήθειαν, καὶ ἀνοίξασαν τὸ στόμα λαλῆσαι λόγον· τὸν δὲ λόγον ὄνομα γενέσθαι, καὶ τὸ ὄνομα εἶναι τοῦτο, ὃ γινώσκομεν καὶ λαλοῦμεν, Χριστὸν Ἰησοῦν· ὃ καὶ ὀνομάσασαν αὐτὴν παραυτίκα σιωπῆσαι. Προσδοκῶντος δὲ τοῦ Μάρκου πλέον τι μέλλειν

(1) Cur universa Veritas 24 usitatis alphabeti literis exhibeatur, docetur tum § 6 h. c. (quia nempe 24 literae sunt quae in nomine Iesu, qui ipse est Veritas, continentur; tum c. XVIII, 1, quia nempe totidem sunt membra corporis hominis. Hinc et ex § 5 (p. 190, not. 4) expones quae adiacent.

(2) Cuius filium esse, se dicit Salvator. Cfr. c. XII fin. et infra XV, 3 fin.

(3) I. e. sui ipsius genitorem et Patrem donans.

aliquid eam dicturam, rursus quaternatio veniens in medium ait: Tamquam contemptibile putasti esse verbum, quod ab ore Veritatis audisti. Non hoc quod scis et putas habere, olim est nomen. Vocem enim tantum habes eius, virtutem autem ignoras. Iesus autem est insigne nomen, sex habens literas,(1) ab omnibus qui sunt vocationis cognitum.(2) Illud autem quod est apud Aeonas Pleromatis, quum sit multifarium (3) exsistens, alterius est formae, et alterius typi, quod intelligitur ab ipsis qui sunt cognati eius, (4) quorum magnitudines apud eum sunt semper.

5. [*WH. VIII, 6*]. Has igitur, quae apud nos sunt viginti quatuor literae, emanationes esse intellige trium virtutum imaginales, (5) earum quae continent universum, quae

αὐτὴν λέγειν, πάλιν ἡ τετρακτὺς παρελθοῦσα εἰς τὸ μέσον φησίν· ὡς εὐκαταφρόνητον ἡγήσω τὸν λόγον, ὃν ἀπὸ στομάτων τῆς Ἀληθείας ἤκουσας· οὐ τοῦθ', ὅπερ οἶδας καὶ δοκεῖς ἔχειν, πάλαι ἐστὶν ὄνομα· φωνὴν γὰρ μόνον ἔχεις αὐτοῦ, τὴν δὲ δύναμιν ἀγνοεῖς. Ἰησοῦς μὲν γάρ ἐστιν ἐπίσημον ὄνομα, ἓξ ἔχον γράμματα, ὑπὸ πάντων τῶν τῆς κλήσεως γινωσκόμενον. Τὸ δὲ παρὰ τοῖς Αἰῶσι τοῦ Πληρώματος, πολυμερὲς τυγχάνον, ἄλλης ἐστὶ μορφῆς καὶ ἑτέρου τύπου, γινωσκόμενον ὑπ' ἐκείνων τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ὧν τὰ μεγέθη παρ' αὐτῷ ἐστι διὰ παντός.

5. Ταῦτ' οὖν τὰ παρ' ὑμῖν εἰκοσιτέσσαρα γράμματα ἀποῤῥοίας ὑπάρχειν γίνωσκε τῶν τριῶν δυνάμεων εἰκονικάς, τῶν ἐμπεριεχου-

(1) Est scl. summa literarum sex I^{10} H^{8} Σ^{200} O^{70} Y^{400} Σ^{200} = 888, i. e. tres 8, seu restitutio trium partium Pleromatis in eumdem numerum 8 (cfr. infra § 5, p. 190 sq.).

(2) I. e. etiam a catholicis qui omnes ad gnosim vocantur: hi quidem omnes cognoscunt nomen Iesu quatenus 6 (graecis) literis constans; non quatenus ad Aeonas rationem habet.

(3) Gr. legitur πολυμερές quod est: ex multis partibus constans (cfr. II fin.).

(4) I. e. a pneumaticis, qui descendunt ab ipsis angelis satellitibus (magnitudines) qui simul cum sidere Iesu prognati sunt (l. c.).

(5) Magis perspicue vertisset: « esse emanationes adumbrantes « tres eas virtutes quae continent

sunt sursum, elementorum numerum. Mutas (1) enim literas novem puta esse Patris et Veritatis, quoniam sine voce sint, hoc est, et inenarrabiles et ineloquibiles. Semivocales (2) autem quum sint octo, Logi esse et Zoes, quoniam quasi mediae sint inter mutas et vocales: et recipere eorum quidem quae super sint, emanationem, eorum vero quae subsint elevationem. (3) Vocales autem et ipsas septem esse, Anthropi et Ecclesiae: quoniam per Anthropum vox progrediens formavit omnia. (4) Sonus enim vocis formam eis circumdedit. Est igitur Logos habens et Zoe VIII. Anthropos autem et Ecclesia VII. Pater autem et Alethia IX. Ex minori autem computatione, (5) qui erat apud Patrem

σῶν τὸν ὅλον τῶν ἄνω στοιχείων ἀριθμόν. Τὰ μὲν γὰρ ἄφωνα γράμματα ἐννέα νόμισον εἶναι τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς Ἀληθείας, διὰ τὸ ἀφώνους αὐτοὺς εἶναι, τουτέστιν ἀῤῥήτους καὶ ἀνεκλαλήτους. Τὰ δὲ ἡμίφωνα, ὀκτὼ ὄντα, τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς, διὰ τὸ μέσα ὥσπερ ὑπάρχειν τῶν τε ἀφώνων καὶ τῶν φωνηέντων· καὶ ἀναδέχεσθαι τῶν μὲν ὕπερθεν τὴν ἀπόῤῥοιαν, τῶν δ' ὑπ' αὐτὰ τὴν ἀναφοράν. Τὰ δὲ φωνήεντα καὶ αὐτὰ ἑπτὰ ὄντα τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας, ἐπεὶ διὰ τοῦ Ἀνθρώπου ἡ φωνὴ προελθοῦσα, ἐμόρφωσε τὰ ὅλα. Ὁ γὰρ ἦχος τῆς φωνῆς μορφὴν αὐτοῖς περιεποίησεν. Ἔστιν οὖν ὁ μὲν Λόγος ἔχων καὶ ἡ Ζωὴ τὰ ὀκτώ, ὁ δὲ Ἄνθρωπος καὶ ἡ Ἐκκλησία τὰ ἑπτά, ὁ δὲ Πατὴρ καὶ ἡ Ἀλήθεια τὰ ἐννέα. Ἐπὶ δὲ τοῦ ὑστερήσαντος λόγου ὁ

« universum numerum horum ele- « mentorum quae sursum sunt ». Quaenam autem sint hae virtutes, mox dicetur.

(1) Mutae sunt, ut notum est, IX literae, nempe, β, γ, δ – π, κ, τ – φ, χ, θ.

(2) Semivocales λ, μ, ν, ρ – σ, ζ, ξ, ψ; scl. octo.

(3) Scl. emanantur (ἀπόῤῥοια) a praecedentibus, emanant vero (ἀναφορά) subsequentes Aeonas. Ideo mediae sunt inter utrasque.

(4) Cfr. fortasse *Gen.* II, 19–20. Adam enim hebr. = Homo.

(5) Habes ergo 9 (apud Patrem), 8 (apud Logon), 7 (apud Anthropon): scl. degradationem quamdam, non unitatem numeri. Ut haec restituatur necesse est ut unum ex elementis quae apud Patrem sunt (9 = 8 + 1) descendat

descendit, emissus illuc unde fuerat separatus,[1] ad emendationem factorum, ut Pleromatum unitas aequalitatem habens, fructificet unam in omnibus quae est ex omnibus virtus. Et sic is qui est numeri VII, eorum qui sunt octo accepit virtutem, et facta sunt tria loca similia numeris, quum sint octonationes: quae ter in se venientia viginti quatuor ostenderunt numerum. Et tria quidem elementa,[2] quae dicit ipse trium in coniugatione virtutum exsistere, quae fiunt VI, ex quibus emanaverunt viginti quatuor literas, quadripertita inenarrabilis quaternationis ratione, eumdem numerum faciunt; quae quidem dicit illius qui est innominabilis exsistere.[3] Indui autem ea a tribus virtutibus, in similitudinem illius qui est invisibilis:[4] quorum elementorum imagines

ἀφεδρασθεὶς ἐν τῷ Πατρὶ κατῆλθε, ἐκπεμφθεὶς ἐπὶ τὸν ἀφ' οὗ ἐχωρίσθη ἐπὶ διορθώσει τῶν πραχθέντων, ἵνα ἡ τῶν Πληρωμάτων ἑνότης ἰσότητα ἔχουσα καρποφορῇ μίαν ἐν πᾶσι τὴν ἐκ πάντων δύναμιν. Καὶ οὕτως ὁ τῶν ἑπτὰ τὴν τῶν ὀκτὼ ἐκομίσατο δύναμιν· καὶ ἐγένοντο οἱ τρεῖς τόποι ὅμοιοι τοῖς ἀριθμοῖς, ὀγδοάδες ὄντες· οἵτινες τρεῖς ἐφ' ἑαυτοὺς ἐλθόντες, τὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἀνέδειξαν ἀριθμόν. Τὰ μέντοι τρία στοιχεῖα ἅ φησιν αὐτὸς τῶν τριῶν ἐν συζυγίᾳ δυνάμεων ὑπάρχειν, ἅ ἐστιν ἕξ, ἀφ' ὧν ἀπεῤῥύη τὰ εἰκοσιτέσσαρα στοιχεῖα, τετραπλασιασθέντα τῷ τῆς ἀῤῥήτου τετράδος λόγῳ, τὸν αὐτὸν αὐτοῖς ἀριθμὸν ποιεῖ, ἅπερ φησὶ τοῦ ἀνωνομάστου ὑπάρχειν. Φορεῖσθαι δὲ αὐτὰ ὑπὸ τῶν τριῶν δυνάμεων, εἰς ὁμοιότητα τοῦ ἀοράτου, ὧν στοιχείων εἰκόνες εἰκόνων

ad elementa quae apud hominem sunt (7 = 8 - 1) et sic fiant tres 8 (cfr. I, 6 «Facti omnes... *Logos*»).

(1) I. e. ibi missus ubi deerat seu ad 7 (penes Anthropon).

(2) Pater, Logos, Anthropos, qui in syzygia cum Veritate, Zoe et Ecclesia VI fiunt; hic vero numerus per sacrum numerum IV ductus iterum XXIV efficit.

(3) Id non poteris referre ad numerum XXIV, quia non is sed XXX est numerus Patris inenarrabilis, ut vidimus: igitur intelligendum est de ipsis syzygiis Aeonum quae utique ad Pleroma (nomen Patris) pertinent (ὑπάρχειν).

(4) Ad similitudinem nominis invisibilis quo se Propater per tres dictas syzygias dixerat, quodque

imaginum (1) esse eas quae sunt apud nos duplices literae, quas cum XXIV literis adnumerantes virtute quae est secundum analogiam, XXX faciunt numerum.

6. [*WH. VIII, 7*]. Huius rationis et dispositionis (2) fructum dicit in similitudinem imaginis apparuisse illum, qui post VI dies quartus ascendit in montem, et factus est sextus, qui descendit et detentus est in hebdomade, cum esset insignis octonatio, et haberet in se omnem elementorum numerum, quem manifestavit, quum ipse venisset ad baptismum, columbae descensio, quae est Ω et A. Numerus

τὰ παρ' ἡμῖν διπλᾶ γράμματα ὑπάρχειν, ἃ συναριθμούμενα τοῖς εἰκοσιτέσσαρσι στοιχείοις δυνάμει τῇ κατὰ ἀναλογίαν τὸν τῶν τριάκοντα ποιεῖ ἀριθμόν.

6. Τούτου τοῦ λόγου, καὶ τῆς οἰκονομίας ταύτης καρπόν φησιν ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος πεφηνέναι ἐκεῖνον, τὸν μετὰ τὰς ἓξ ἡμέρας τέταρτον ἀναβάντα εἰς τὸ ὄρος, καὶ γενόμενον ἕκτον, τὸν καταβάντα καὶ κρατηθέντα ἐν τῇ ἑβδομάδι, ἐπίσημον ὀγδοάδα ὑπάρχοντα, καὶ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸν ἅπαντα τῶν στοιχείων ἀριθμόν, ὃν ἐφανέρωσεν, ἐλθόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ἡ τῆς περιστερᾶς κάθοδος, ἥτις ἐστὶν ω καὶ α. Ὁ γὰρ ἀριθμὸς αὐτῆς

XXX literis constabat (cfr. § 1) iam novae tres syzygiae efferuntur (cfr. mox not. 2), quae et ipsae per tres duplices litteras (ζ, ξ, ψ = δσ, κσ, πσ) significantur; ita ut universa ratio literarum 24 + (3 × 2) = 30 inveniatur.

(1) Scl. imagines virtutum quae et ipsae imagines sunt elementorum (cfr. super. « indui ea a tri« bus virtutibus »).

(2) *Ratio et dispositio* in hoc est: Soter[1] per Horon[2] exstensus invisit Achamoth[3], cui adiungitur Demiurgus[4]; Soteri succedit syzygia Christus[5]–Spiritus[6] et ita sex Aeones XXIV mox dictis adduntur: *similitudo imaginis* vero in hoc quod Iesus (qui simul est *fructus* Pleromatis et ἐπίσημος ὀγδοάς; cfr. § 5, p. 189 not. 1) «*post dies sex*» (MARC. IX, 2) dicitur ascendisse montem transfigur. cum tribus (Petro, Iacobo, Ioanne) ideo ipse IV; ibique factus est sextus, additis scl. Elia ac Moyse: descendit vero «*in* «*sequenti die*» (LUC. IX, 37) quae dies cum praecedentibus *sex*, hebdomada complet, et in hac die ait se detentum (cfr. MARC. IX, 19: « quamdiu apud vos ero? quam« diu vos patiar? »). Ita conieci.

enim ipsius unum et DCCC.(1) Et propter hoc Moysen in sexta die dixisse hominem factum : et dispositionem(2) autem in sexta die, quae est in caena pura, novissimum hominem in regenerationem primi hominis apparuisse. Cuius dispositionis initium et finem sextam horam, in qua affixus est ligno. Perfectum enim sensum,(3) scientem eum numerum qui est sex, virtutem fabricationis et regenerationis habentem,(4) manifestasse filiis luminis eam [re]generationem quae facta est per eum, qui manifestatus est insignis, in eum numerum.(5) Hinc etiam et duplices literas numerum in-

μία καὶ ὀκτακόσιαι. Καὶ διὰ τοῦτο Μωυσέα ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν εἰρηκέναι τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι· καὶ τὴν οἰκονομίαν δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν, ἥτις ἐστὶ παρασκευή, ᾗ τὸν ἔσχατον ἄνθρωπον εἰς ἀναγέννησιν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πεφηνέναι, ἧς οἰκονομίας ἀρχὴν καὶ τέλος τὴν ἕκτην ὥραν εἶναι, ἐν ᾗ προσηλώθη τῷ ξύλῳ. Τὸν γὰρ τέλειον Νοῦν, ἐπιστάμενον τὸν τῶν ἓξ ἀριθμὸν δύναμιν ποιήσεως καὶ ἀναγεννήσεως ἔχοντα, φανερῶσαι τοῖς υἱοῖς τοῦ φωτὸς διὰ τοῦ φανέντος ἐπισήμου εἰς αὐτὸν τὴν δι' αὐτοῦ γενομένην ἀναγέννησιν. Ἔνθεν καὶ τὰ διπλᾶ γράμματα τὸν ἀριθμὸν ἐπίσημον ἔχειν φησίν. Ὁ γὰρ ἐπίσημος

(1) Christus XXX annos (aevos, aeones) habens ad baptisma venit, et manifestatus est in se omnia elementa continere (esse ideo A et Ω) a columba (περιστερά) cuius nominis literae graecae in se additae (80 + 5 + 100 + 10 + 200 + 300 + 5 + 100 + 1) 801 efficiunt, nempe A (= 1) et Ω (= 800), ut *Apoc.* I, 8, dicitur Iesus.

(2) I. e. opus redemtionis quod coeptum est in παρασκευῇ (sexta scl. die seu προσαββάτῳ); quod nomen Interpres *caena pura* reddit, voce utique ethnicis cognita (cfr. FESTUM sub voce *Penem*), sed et a Iudaeis ad parasceven indicandam frequentata (TERTULL. *Adv. Marc.* V, 4; AUG. *tract. 120 in Io.*), quia scl. puris animis, vestibus, cibis, corporibus, esse eos decebat ea die « ne coinquinarentur sed ut « [puri] manducarent Pascha » (Io. XVIII, 28).

(3) Restitue Νοῦν (Aeonem).

(4) I. e. habere. Cur sextus numerus his virtutibus polleat exponetur infra.

(5) Haec tria verba intellige post « manifestasse ».

signem[1] habere ait. Insignis enim numerus commixtus viginti quatuor elementis xx literarum nomen explicuit.

7. [*WH. VIII, 8*]. Usus est[2] autem diacono[3] septem numerorum magnitudine, quemadmodum dicit Marci Sige, ut a se cogitatae cogitationis manifestetur fructus. Et insignem quidem hunc numerum in praesenti,[4] ait, eum qui ab insigni figuratus est, intellige eum qui quasi in partes divisus est, aut praecisus, et foris perseveravit, qui sua virtute et prudentia per eam quae est ab eo emissionem, hunc, qui est septem virtutum, secundum imitationem hebdomadis virtutis animavit mundum, et animam posuit esse

ἀριθμὸς συγκερασθεὶς τοῖς εἰκοσιτέσσαρσι στοιχείοις, τὸ τριακονταγράμματον ὄνομα ἀπετέλεσε.

7. Κέχρηται δὲ διακόνῳ τῷ τῶν ἑπτὰ ἀριθμῶν μεγέθει, ὥς φησιν ἡ Μάρκου Σιγή, ἵνα τῆς αὐτοβουλήτου βουλῆς φανερωθῇ ὁ καρπός. Τὸν μέντοι ἐπίσημον τοῦτον ἀριθμὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος, φησί, τὸν ἐπὶ τοῦ ἐπισήμου μορφωθέντα, νόησον τὸν ὥσπερ μερισθέντα [ἢ διχοτομηθέντα] καὶ ἔξω μείναντα, ὃς τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει τε καὶ φρονήσει, διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ προβολῆς τοῦτον τὸν τῶν ἑπτὰ δυνάμεων, κατὰ μίμησιν τῆς ἑβδομάδος δυνάμεως, ἐψύχωσε κόσμον, καὶ ψυχὴν ἔθετο εἶναι τοῦ ὁρωμένου παντός.

(1) Pro *insignem*, graece habes ἐπίσημον quo nomine Graeci innuunt signa extra-alphabetica quae pro 6, 90, 900 scl. adhibent (διγάμμα, κόππα, σάμπι); Gnosticis tamen episemon κατ' ἐξοχήν est num. F seu 6, cui aequivalent etiam ζ, ξ, ϕ. Hinc cetera intelligas.

(2) I. e. Νοῦς (ex praecedentibus).

(3) I. e. ministrā, nempe Ἀληθείᾳ, cuius nomen septem constat literis: hic ponitur *exemplum*; in sequentibus vero *imitatio*. Ut enim Monogenes per septem virtutes illi adstantes (in Aletheia) Pleroma condidit, ita Achamoth per Demiurgum (Hebdomas) mundum creat.

(4) Haec omnia referuntur ad operationes Achamoth, quae figuram accepit a Salvatore, quum esset a Sophia et a Pleromate separata, et huius figurationis virtute, ope Demiurgi, animavit hunc mundum septem constantem virtutibus, quem posuit ut animam universi adspectabilis. Eam nomine illius a quo redemta est donari, vidimus et c. IV, 1, p. 98.

huius universi quod videtur. Utitur autem et ipse hoc opere quasi spontanee ab ipso facto: reliqua vero ministrant, quum sint imitationes inimitabilium, Enthymesin matris.(1) Et primum quidem caelum sonat A; quod autem est post illum E; tertium autem H; quartum vero et medium numeri VII iotae virtutem enarrat, quintum vero O; sextum autem Υ; septimum autem et IV a medio Ω elementum exclamat, quemadmodum Marci Sige, quae multa quidem loquacius exsequitur, nihil autem verum loquens affirmat. Quae virtutes, ait, omnes simul in invicem complexae, sonant et glorificant illum a quo emissae sunt, gloria autem soni mittitur in Propatorem. Huius autem glorificationis sonum in terram delatum ait plasmatorem factum, et generatorem eorum quae sunt in terra. (2)

Κέχρηται μὲν οὖν καὶ αὐτὸς οὗτος τῷδε τῷ ἔργῳ, ὡς αὐθαιρέτως ὑπ' αὐτοῦ γενομένῳ· τὰ δὲ ἄλλα διακονεῖ, μιμήματα ὄντα τῶν ἀμιμήτων, τὴν Ἐνθύμησιν τῆς μητρός. Καὶ ὁ μὲν πρῶτος οὐρανὸς φθέγγεται τὸ α, ὁ δὲ μετὰ τοῦτον τὸ ε, ὁ δὲ τρίτος τὸ η, τέταρτος δὲ καὶ μέσος τῶν ἑπτὰ τὴν τοῦ ἰῶτα δύναμιν ἐκφωνεῖ, ὁ δὲ πέμπτος τὸ ο, ἕκτος δὲ τὸ υ, ἕβδομος δὲ καὶ τέταρτος ἀπὸ μέσου τὸ ω στοιχεῖον ἐκβοᾷ, καθὼς ἡ Μάρκου Σιγή, ἡ πολλὰ μὲν φλυαροῦσα, μηδὲν δὲ ἀληθὲς λέγουσα, διαβεβαιοῦται. Αἵτινες δυνάμεις ὁμοῦ, φησί, πᾶσαι εἰς ἀλλήλας συμπλακεῖσαι ἠχοῦσι καὶ δοξάζουσιν ἐκεῖνον, ὑφ' οὗ προεβλήθησαν· ἡ δὲ δόξα τῆν ἠχῆς ἀναπέμπεται εἰς τὸν Προπάτορα. Ταύτης μέντοι τῆς δοξολογίας τὸν ἦχον εἰς τὴν γῆν φερόμενόν φησι πλάστην γενέσθαι καὶ γεννήτορα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

(1) Haec refer ad ea quae c. V, 3 exposita sunt de ignorantia Demiurgi (p. 108–109).

(2) Notum est Pythagoram qui vibrationes chordae iuxta legem 1, 1, 1/2, 1/2, 1 1/2, 1/2, 1 1/2, detexit, id et sphaeris caelestibus tribuisse, docens singulas suum sonum in revolutione emittere, ex quibus *harmonia universi* constaret. Cfr. MÜLLER, *Harmonie der Sphaeren* in *Stimm. a. M. L.* 1901.

8. [*WH. VIII, 9*].(1) Ostensionem autem affert ab his qui nunc nascuntur infantibus, quorum anima simul ut de vulva progressa est, exclamat uniuscuiusque elementi hunc sonum.(2) Sicut ergo septem virtutes, inquit, glorificant Verbum, sic et anima in infantibus plorans et plangens Marcum,(3) glorificat eum. Propter hoc autem et David(4) dixisse: « Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem ». Et iterum: « Caeli enarrant gloriam Dei ». Et propter hoc quando in doloribus et calamitatibus anima fuerit, in relevationem(5) suam, dicit Ω, in signum laudationis, ut cognoscens illa quae sursum est anima, quod est cognatum suum, adiutorium ei deorsum mittat.(6)

8. Τὴν δὲ ἀπόδειξιν φέρει ἀπὸ τῶν ἄρτι γεννωμένων βρεφῶν, ὧν ἡ ψυχὴ ἅμα τῷ ἐκ μήτρας προελθεῖν ἐπιβοᾷ ἑνὸς ἑκάστου τῶν στοιχείων τούτων τὸν ἦχον. Καθὼς οὖν αἱ ἑπτά, φησί, δυνάμεις δοξάζουσι τὸν Λόγον, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς βρέφεσι κλαίουσα καὶ θρηνοῦσα Μάρκον, δοξάζει αὐτόν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ εἰρηκέναι· « Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον »· καὶ πάλιν « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται « δόξαν Θεοῦ ». Καὶ διὰ τοῦτο ἐν τε πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις ψυχὴ γενομένη, εἰς διυλισμὸν αὐτῆς, ἐπιφωνεῖ τὸ ω εἰς σημεῖον αἰνέσεως, ἵνα γνωρίσασα ἡ ἄνω ψυχὴ τὸ συγγενὲς αὐτῆς, βοηθὸν αὐτῇ καταπέμψῃ.

(1) Mss. hic interserunt inscriptionem: « QUOMODO SOLVUNT « PARABOLAS cplm. XI » quae manifesto restituenda est cap. XVI.

(2) Notum est infantes modo geniti (« qui nunc nascuntur ») in planctu et gemitu tantum sonos *vocales* edere. Cfr. graeca.

(3) Erat, puta, « quempiam »; at Ir. aliquod planctu dignum nomen requirens, *Marcum* intrudit.

(4) *Ps.* VIII. 2; et XIX. 1.

(5) Διυλισμός proprie est percolatio, expurgatio (cfr. ap. MATTH. XXIII, 24: « *excolantes* culicem, « camelum autem glutientes »); innuit igitur conatum expellendi ea quae dolore afficiunt. Id testatur CLEMENS AL. (*Paed.* I) a Gnosticis fieri *recordatione meliorum* et invocatione superiorum, cui consonare videtur Ir. - HARVEY qui suggerit δι' ἀλύσμου = *prae angore* non explicat sequentia: « in « signum laudationis ».

(6) Cfr. XIII, 6, p. 179 sq.

9. [*WH. VIII, 10*]. Et de omni quidem nomine, quod est xxx literarum, et de Bytho, qui augmentum accipit ex huius literis,(1) adhuc etiam de Veritatis corpore, quod est duodecim membrorum, unoquoque membro ex duabus literis constante; et de voce eius quam loquuta est non loquuta;(2) et de resolutione eius nominis, quod non est enarratum; et de mundi anima, et hominis, secundum quae habent illam, quae est ad imaginem, dispositionem, sic deliravit. Dehinc autem quemadmodum ex nominibus aequiparatam virtutem ostendit eorum quaternatio,(3) referemus, ut nihil lateat te, dilectissime, eorum quae ad nos pervenerunt ex iis, quae ab his dicuntur, quemadmodum saepe postulasti a nobis.

Cap. XV, 1. [*WH. VIII, 11*].(4) Sic autem annuntiat

9. Καὶ περὶ μὲν τοῦ παντὸς ὀνόματος τριάκοντα ὄντος γραμμάτων, καὶ τοῦ Βυθοῦ, τοῦ αὔξοντος ἐκ τῶν τούτου γραμμάτων, ἔτι τε τῆς Ἀληθείας σώματος δωδεκαμελοῦς, ἑκάστου μέλους ἐκ δύο γραμμάτων συνεστῶτος, καὶ τῆς φωνῆς αὐτῆς, ἣν ἐλάλησε μὴ προσομιλήσασα, καὶ περὶ τῆς ἐπιλύσεως τοῦ μὴ λαληθέντος ὀνόματος, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς καὶ ἀνθρώπου, καθὰ ἔχουσι τὴν κατ' εἰκόνα οἰκονομίαν, οὕτως ἐλήρησεν. Ἑξῆς δὲ ὡς ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἰσάριθμον δύναμιν ἐπέδειξεν ἡ τετρακτὺς αὐτῷ, ἀπαγγελοῦμεν, ἵνα μηδὲν λάθῃ σε τῶν εἰς ἡμᾶς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἐληλυθότων, ἀγαπητὲ, καθὼς πολλάκις ἀπῄτησας παρ' ἡμῶν.

XV, 1. Οὕτως οὖν ἀπαγγέλλει ἡ πάνσοφος αὐτῷ Σιγὴ τὴν

(1) Iterum attende quo sensu sit accipiendum Gnosticorum Pleroma. — Hic brevis epilogus dictorum lucem fortasse affundit ad praecedentia intelligenda.

(2) I. e. enunciavit sed non explicavit, *statim tacens*, § 4.

(3) I. e. referemus quonam modo Tetras ex his ipsis nominibus ostendat parem vim et facultatem Aeonibus factam; seu de Soteriologia agendum est.

(4) Huc quoque codd. interserunt inscriptionem: « Quemadmo-

perquam sapiens eorum Sige generationem XXIV elementorum: cum solitate esse unitatem, ex quibus duae sunt emissiones, sicut praedictum est,(1) monas et hen, quae duplicatae,(2) IV factae sunt: bis enim duo, quatuor. Et rursus duo et quatuor in idipsum compositae, sextum manifestaverunt numerum. Hi autem sex quadruplicati viginti quatuor generaverunt figuras. Et quidem quae sunt primae quaternationis nomina sancta sanctorum intelliguntur, quae non possunt enarrari; intelliguntur autem a solo Filio, quae Pater scit quaenam sunt. Alia vero, quae cum gravitate, et honore, et fide nominantur apud eum, sunt haec, Ἄῤῥητος et Σιγὴ, Πατὴρ et Ἀλήθεια. Huius autem quaternationis universus numerus est literarum viginti quatuor: Ἄῤ-

γένεσιν τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων· τῇ μονότητι συνυπάρχειν ἑνότητα, ἐξ ὧν δύο προβολαὶ, καθὰ προείρηται, μονάς τε καὶ τὸ ἓν ἐπὶ δύο οὖσαι τέσσαρες ἐγένοντο· δὶς γὰρ δύο, τέσσαρες. Καὶ πάλιν, αἱ δύο καὶ τέσσαρες εἰς τὸ αὐτὸ συντεθεῖσαι τὸν τῶν ἓξ ἐφανέρωσαν ἀριθμόν. Οὗτοι δὲ οἱ ἓξ τετραπλασιασθέντες, τὰς εἰκοσιτέσσαρας ἀπεκύησαν μορφάς. Καὶ τὰ μὲν τῆς πρώτης τετράδος ὀνόματα ἅγια ἁγίων, νοούμενα καὶ μὴ δυνάμενα λεχθῆναι, γινώσκεσθαι ὑπὸ μόνου τοῦ Υἱοῦ, ἃ ὁ Πατὴρ οἶδε τίνα ἐστί. Τὰ δὲ σεμνὰ, καὶ μετὰ πίστεως ὀνομαζόμενα παρ' αὐτῷ ἐστι ταῦτα· Ἄῤῥητος καὶ Σιγὴ, Πατήρ τε καὶ Ἀλήθεια. Ταύτης δὲ τῆς τετράδος ὁ σύμπας ἀριθμός ἐστι στοιχείων εἰκοσιτεσσάρων. Ὁ γὰρ Ἄῤῥητος ὄνομα γράμματα ἔχει ἐν ἑαυτῷ ἑπτὰ, ἡ δὲ

« DUM CONVERSATIONEM SECUNDUM « FIGURAM EIUS QUI EST APUD EOS « PLEROMA EXPONUNT FACTAM « cplm. XII ». Haec quoque a sede aberrat; quum restituenda videatur c. XVII. claro magistro sermo est: estne igitur ille Marcus? Equidem non modo systema id consentit, sed et ratio qua irrisio *Iu iu, et pheu pheu* rursus hic § 4 adducitur, id suadere videtur.

(1) Id non est praedictum nisi c. XI, 3, ubi de alio Gnosticorum

(2) Vertendum erat: *secus duabus*.

ῥητος enim nomen literas habet in se septem, Σειγή[1] quinque, et Πατήρ quinque et Ἀλήθεια VII, quae composita in se, bis quinque, et bis septem, XXIV numerum adimpleverunt. Similiter et secunda quaternatio Logos et Zoe, Anthropos et Ecclesia eumdem numerum elementorum ostenderunt. Et Salvatoris quoque narrabile nomen Ἰησοῦς literarum est sex; inenarrabile autem eius, literarum viginti quatuor.[2] Υἱὸς Χρειστός literarum XII; quod est autem in Christo inenarrabile, literarum XXX. Et propter hoc ait eum A et Ω, ut περιστερὰν manifestet, quum hunc numerum habeat haec avis.

2. [*WH. VIII, 12*]. Iesus autem hanc habet inquit inenarrabilem genesin. A matre enim universorum, id est primae quaternationis, in filiae locum processit secunda qua-

Σειγὴ πέντε, καὶ ὁ Πατὴρ πέντε, καὶ ἡ Ἀλήθεια ἑπτά· ἃ συντεθέντα ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τὰ δὶς πέντε, καὶ δὶς ἑπτὰ, τὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἀριθμὸν ἀνεπλήρωσεν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ δευτέρα τετρὰς, Λόγος καὶ Ζωὴ, Ἄνθρωπος καὶ Ἐκκλησία, τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων ἀνέδειξαν. Καὶ τὸ τοῦ Σωτῆρος δὲ ῥητὸν ὄνομα Ἰησοῦς, γραμμάτων ὑπάρχειν ἕξ, τὸ δὲ ἄῤῥητον αὐτοῦ γραμμάτων εἰκοσιτεσσάρων. Υἱὸς Χρειστὸς, γραμμάτων δώδεκα· τὸ δὲ ἐν Χριστῷ ἄῤῥητον, γραμμάτων τριάκοντα. Καὶ διὰ τοῦτό φησιν αὐτὸν α καὶ ω, ἵνα τὴν περιστερὰν μηνύσῃ, τοῦτον ἔχοντος τὸν ἀριθμὸν τούτου τοῦ ὀρνέου.

2. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ταύτην ἔχει, φησὶ, τὴν ἄῤῥητον γένεσιν. Ἀπὸ γὰρ τῆς μητρὸς τῶν ὅλων, τῆς πρώτης τετράδος, ἐν θυ-

(1) Aevo Antonini quo Marcus floruit, ε et ει et η ηι promiscue usurpabantur: ita et apud Tacitum « impulsore Chresto » et hic paulo inferius **Χρειστός**. HIPP. ἦιτα (cfr. AUL. GELL. *Noct.* XIX. 14).

(2) Si sex literas ΙΗΣΟΥΣ, ut iam monuit Marcus de Δ, suis quaeque literis exscribas, habes ἰῶτα, ἦι, σῖγμα, οὐ, ὖψιλον, σῖγμα i. e. XXIV literas. Ita et Hippol. (VI, 50) nomen Χρειστὸς XXX literis constare dicit. Hinc ἄῤῥητον non quod enunciari nequit, sed quod reapse non enunciatur. Cetera ex iam dictis sunt manifesta.

ternatio, et facta est octonatio, ex qua progressa est decas: sic factum est XVIII. Decas itaque adiuncta octonationi et decuplam eam faciens, LXXX fecit numerum: et rursus octuagies decies octingentorum numerum fecit ut sit universus literarum numerus ab octonatione in decadem progrediens octo et octuaginta et DCCC quod est Iesus. Iesus enim nomen secundum Graecarum literarum computum DCCC sunt LXXXVIII.(1) Habes manifeste et supercaelestis Iesu secundum eos genesin. Quapropter et A B(2) Graecorum habere monadas octo, et decadas VIII, et hecatontadas VIII, DCCCLXXXVIII numerum ostendentia, hoc est, Iesum, qui est ex omnibus constans numeris: et propter hoc A et Ω nominari eum, quum significet ex omnibus eius generationem. Et iterum ita: primae quaternationis, secundum pro-

γατρὸς τρόπῳ προῆλθεν ἡ δευτέρα τετράς, καὶ ἐγένετο ὀγδοάς, ἐξ ἧς προῆλθε δεκάς· οὕτως ἐγένετο δεκὰς καὶ ὀγδοάς. Ἡ οὖν δεκὰς ἐπισυνελθοῦσα τῇ ὀγδοάδι, καὶ δεκαπλασίονα αὐτὴν ποιήσασα, τὸν τῶν ὀγδοήκοντα προεβίβασεν ἀριθμόν· καὶ τὰ ὀγδοήκοντα πάλιν δεκαπλασιάσασα, τὸν τῶν ὀκτακοσίων ἀριθμὸν ἐγέννησεν· ὥστε εἶναι τὸν ἅπαντα τῶν γραμμάτων ἀριθμὸν ἀπὸ ὀγδοάδος εἰς δεκάδα προελθόντα, η καὶ π καὶ ω, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς. Τὸ γὰρ Ἰησοῦς ὄνομα κατὰ τὸν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀριθμόν ἐστιν ὀκτακόσια ὀγδοήκοντα ὀκτώ. Ἔχεις σαφῶς καὶ τὴν ὑπερουράνιον τοῦ Ἰησοῦ κατ' αὐτοὺς γένεσιν. Διὸ καὶ τὸν ἀλφάβητον τῶν Ἑλλήνων ἔχειν μονάδας ὀκτὼ, καὶ δεκάδας ὀκτὼ, καὶ ἑκατοντάδας ὀκτὼ, τὴν τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοήκοντα ὀκτὼ ψῆφον ἐπιδεικνύοντα, τουτέστι τὸν Ἰησοῦν τὸν ἐκ πάντων συνεστῶτα τῶν ἀριθμῶν. Καὶ διὰ τοῦτο ἄλφα καὶ ω ὀνομάζεσθαι αὐτὸν, τὴν ἐκ πάντων γένεσιν σημαίνοντα. Καὶ πάλιν οὕτως· τῆς

(1) Cfr. p. 189, not. 1.

(2) I. e. alphabetum, quatenus etiam numeros repraesentat: nam ibi ex 24 literis 8 unitates, 8 decadas, 8 vero centenarios numeros indicant: nam tria **ἐπίσημα** reapse literae semiticae sunt, ideoque a graecis aliena.

gressionem numeri in semetipsam compositae, x apparuit numerus. A enim et B et Γ et Δ in semetipsa composita x fiunt, quod est I, et hoc esse volunt Iesum. [*WH. VIII, 13*]. Sed et Christus, inquit, literarum est VIII, ex quibus primam octonationem significari, quae cum Iota applicita[1] DCCCLXXXVIII numerum generavit. Dicitur autem, ait, et filius Christus, hoc est duodecas: Υἱὸς enim nomen literarum quatuor est, Χρειστὸς autem octo: quae composita duodecadis ostenderunt magnitudinem. Prius autem, inquit, quam huius nominis insigne appareret, hoc est Iesus,[2] filius, in ignorantia magna fuerunt homines et errore. Quum autem manifestatum est VI literarum nomen hoc, quod secundum carnem amictum est ut ad sensibilitatem hominis descenderet, habens in semetipso ipsum

πρώτης τετράδος κατὰ πρόβασιν ἀριθμοῦ εἰς αὐτὴν συντιθεμένης, ὁ τῶν δέκα ἀνεφάνη ἀριθμός. Μία γὰρ καὶ δύο καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρες ἐπὶ τὸ αὐτὸ συντεθεῖσαι, δέκα γίνονται· καὶ τοῦτ' εἶναι θέλουσι τὸν Ἰησοῦν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Χρειστός, φησί, γραμμάτων ὀκτὼ ὤν, τὴν πρώτην ὀγδοάδα σημαίνει, ἥτις τῷ ι συμπλακεῖσα, τὸν Ἰησοῦν ἀπεκύησε. Λέγεται δέ, φησί, καὶ υἱὸς Χρειστός, τουτέστιν ἡ δωδεκάς· τὸ γὰρ υἱὸς ὄνομα γραμμάτων ἐστὶ τεσσάρων, τὸ δὲ Χρειστὸς ὀκτώ· ἅτινα συντεθέντα τὸ τῆς δωδεκάδος ἐπέδειξαν μέγεθος. Πρὶν μὲν οὖν, φησί, τούτου τοῦ ὀνόματος τὸ ἐπίσημον φανῆναι, τουτέστι τὸν Ἰησοῦν τὸν υἱόν, ἐν ἀγνοίᾳ πολλῇ ὑπῆρχον οἱ ἄνθρωποι καὶ πλάνῃ. Ὅτε δὲ ἐφανερώθη τὸ ἑξαγράμματον ὄνομα, ὃ σάρκα περιεβάλετο, ἵνα εἰς τὴν αἴσθησιν τοῦ ἀνθρώπου κατέλθῃ, ἔχων ἐν ἑαυτῷ

(1) I aequivalet 10, ut dictum est: hinc 8 (literae quae in Χρειστός sunt) + (8. 10) + (8. 10. 10) = 888.

(2) Iesus igitur est insigne (ἐπίσημον) nominis Christi: si enim Χρειστός = 30, et 30 idem est quod 24 literas alphabeti, additis 3 duplicibus literis, patet huic simile esse nomen Ἰησοῦς = 24 ut vidimus, ac totius alphabeti insigne, additis sex literis quibus constat (cfr. sq. « habens et ipse VI et XXIV »).

quoque VI et viginti quatuor; tunc cognoscentes eum cessaverunt ab ignoratione, et a morte in vitam ascenderunt, nomine eis facto ducatore (1) ad Patrem veritatis. Voluisse enim Patrem universorum solvere ignorantiam, et destruere mortem. Ignorantiae autem solutio, agnitio eius (2) fiebat. Et propter hoc electum secundum voluntatem eius, eum qui est secundum imaginem eius, quae sursum est virtus, dispositum hominem.(3)

3. [*WH. VIII, 14*]. A quaternatione enim progressi sunt Aeones. Erat autem in quaternatione Anthropos et Ecclesia, Logos et Zoe. Ab his igitur virtutes, ait, emanatae generaverunt eum, qui in terra manifestatus est, Iesum. Et Logi quidem locum adimplesse angelum Gabriel, Zoes autem Spiritum sanctum, Anthropi autem Altissimi

αὐτὰ τὰ ἓξ καὶ τὰ εἰκοσιτέσσαρα, τότε γνόντες αὐτὸν ἐπαύσαντο τῆς ἀγνοίας, ἐκ θανάτου δὲ εἰς ζωὴν ἀνῆλθον, τοῦ ὀνόματος αὐτοῖς ὁδοῦ γενηθέντος πρὸς τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας. Τεθεληκέναι γὰρ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων λῦσαι τὴν ἄγνοιαν, καὶ καθελεῖν τὸν θάνατον. Ἀγνοίας δὲ λύσις ἡ ἐπίγνωσις αὐτοῦ ἐγίνετο. Καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεχθῆναι τὸν κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως οἰκονομηθέντα ἄνθρωπον.

3. Ἀπὸ τετράδος γὰρ προῆλθον οἱ Αἰῶνες. Ἦν δὲ ἐν τῇ τετράδι Ἄνθρωπος καὶ Ἐκκλησία, Λόγος καὶ Ζωή. Ἀπὸ τούτων οὖν δυνάμεις, φησὶν, ἀποῤῥυεῖσαι, ἐγενεσιούργησαν τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα Ἰησοῦν. Καὶ τοῦ μὲν Λόγου ἀναπεπληρωκέναι τὸν τόπον τὸν ἄγγελον Γαβριήλ, τῆς δὲ Ζωῆς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τοῦ δὲ Ἀνθρώπου τὴν τοῦ Ὑψίστου δύναμιν· τὸν δὲ τῆς Ἐκ-

(1) Graece ὁδοῦ = via: ita evidens allusio est ad IOAN. XIV, 6: « Ego sum via, veritas et vita ».

(2) I. e. Patris veritatis. Cfr. TERT. *De resur.* 19: « Mortem dicunt esse ignorantiam Dei per quam homo mortuus Deo non minus in errore iacuerit quam in sepulcro » etc.

(3) Scl. electus est ille homo qui, sui ipsius dispositione, totius Pleromatis conceptum indidisset. Liquet ex dictis. HARVEY (otiose tamen) innuit XII, 4 fin.

virtutem, Ecclesiae autem locum Virgo ostendit.(1) Et sic ille qui est secundum dispositionem, per Mariam generatur apud eum homo, quem Pater omnium transeuntem per vulvam (2) elegit per Verbum ad agnitionem suam. Quum autem venisset ipse ad aquam, descendisse in eum, quasi columbam, eum qui recurrit sursum, et implevit XII numerum: (3) in quo inerat semen eorum qui conseminati sunt cum eo, et condescenderunt et coascenderunt. Ipsam autem virtutem quae descendit, semen dicit esse Patris, habens in se et Patrem, et Filium, et eam quae per eos cognoscitur innominabilis virtus Siges, et omnes Aeonas. Et hunc esse Spiritum qui loquutus est per os Iesu, qui se confessus est Filium hominis, et manifestavit Patrem; descendens quidem

κλησίας τόπον ἡ Παρθένος ἐπέδειξεν. Οὕτως τε ὁ κατ' οἰκονομίαν διὰ τῆς Μαρίας γενεσιουργεῖται παρ' αὐτῷ ἄνθρωπος, ὃν ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων διελθόντα διὰ μήτρας ἐξελέξατο διὰ Λόγου εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ. Ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ, κατελθεῖν εἰς αὐτὸν ὡς περιστερὰν τὸν ἀναδραμόντα ἄνω, καὶ πληρώσαντα τὸν δωδέκατον ἀριθμόν· ἐν ᾧ ὑπάρχει τὸ σπέρμα τούτων τῶν συσπαρέντων αὐτῷ, καὶ συγκαταβάντων, καὶ συναναβάντων. Αὐτὴν δὲ τὴν δύναμιν τὴν κατελθοῦσαν σπέρμα φησὶν εἶναι τοῦ Πατρός, ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, τήν τε διὰ τούτων γινωσκομένην ἀνωνόμαστον δύναμιν τῆς Σιγῆς, καὶ τοὺς ἅπαντας Αἰῶνας. Καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ λαλῆσαν διὰ τοῦ στόματος τοῦ Ἰησοῦ, τὸ ὁμολογῆσαν ἑαυτὸ Υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ φανερῶσαν τὸν Πατέρα, κατελθὸν μὲν εἰς τὸν

(1) Cfr. Luc. I, 35.

(2) Cfr. l. III, XVI, 1 vel etiam supra, VII, 3-4, cum quo integra haec expositio conferri potest: utrimque Spiritus, eiusque illapsus (ut columba) in Iesum, utrimque Christus psychicus, atque ἐκ τῆς οἰκονομίας Σωτήρ.

(3) *Qui descendit et ascendit* [cfr. Ioan. III, 13, ad quem absque dubio Marcus respicit. — *XII numerum*] habebas enim duplicem tetradem hisque additos Mariam, Patrem, Iesum, Spiritum.

in Iesum, unitus est ei. Et destruxit quidem mortem, ait, qui fuit ex dispositione Salvator ⟨Iesus⟩; agnovit autem Patrem Christum Iesum.(1) Esse ergo Iesum nomen quidem eius, qui est ex dispositione homo, dicit; positum autem esse in assimilationem et figurationem eius, qui incipit in eum descendere, Hominis, quem capientem habere et ipsum (2) Hominem, et ipsum Logon, et Patrem, et Arrheton, et Sigen, et Alethian, et Ecclesiam, et Zoen.

4. [*WH. VIII, 15*]. Haec iam supra iu iu, et super pheu, et super universam tragicam exclamationem et doloris vociferationem sunt. Quis enim non oderit eum, qui tantorum mendaciorum malus compositor est poeta,(3) quum

Ἰησοῦν, ἡνῶσθαι δ' αὐτῷ. Καὶ καθεῖλε μὲν τὸν θάνατον, φησίν, ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας Σωτήρ, ἐγνώρισε δὲ τὸν Πατέρα Χριστόν· Εἶναι οὖν τὸν Ἰησοῦν ὄνομα μὲν τοῦ ἐκ τῆς οἰκονομίας ἀνθρώπου λέγει, τεθεῖσθαι δὲ εἰς ἐξομοίωσιν καὶ μόρφωσιν τοῦ μέλλοντος εἰς αὐτὸν κατέρχεσθαι Ἀνθρώπου, ὃν χωρήσαντα αὐτόν, ἐσχηκέναι αὐτόν τε τὸν Ἄνθρωπον, αὐτόν τε τὸν Λόγον, καὶ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Ἄρρητον, καὶ τὴν Σιγήν, καὶ τὴν Ἀλήθειαν, καὶ Ἐκκλησίαν, καὶ Ζωήν.

4. Ταῦτ' ἤδη ὑπερ τὸ ἰοὺ ἰοὺ, καὶ τὸ φεῦ, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τραγικὴν φώνησιν καὶ σχετλιασμόν ἐστι. Τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειεν τῶν τηλικούτων ψευσμάτων κακοσύνθετον ποιητήν, τὴν μὲν

(1) Locus perdifficilis ad quem interpretandum dele cum HIPP. et EPIPH. primum « Iesus », ac ita habebis Salvatorem ex dispositione, et Salvatorem (Ἰησοῦς) Christum seu Spiritum: primi est destruere mortem, secundi vero Patrem revelare. Neque necessarium est pro « Christu*m* Iesu*m* » ponere « Christu*s* Iesu*s* », nam Christus psychicus nedum virtute sed et nomine participat de Christo pneumatico, ut mox dicitur (cfr. III, XVI, 1; vel etiam I, XII, 4: « Alii a « Christo etc. »).

(2) Subaudi: Iesum qui ex dispositione est; qui quum acceperit Spiritum, simul accepit quae hic habet in se, Patrem et Filium etc. ut mox audivimus. De *redemtione* Iesu cfr. infra c. XXI, 2.

(3) = male componens artifex.

viderit Veritatem idolum a Marco factam, et hoc alphabetae literis stigmatam? Nuper, sicut quod est ab initio, quod dici solet «heri et ante»,(1) Graeci confitentur a Cadmo se primum sedecim accepisse: post deinde procedentibus temporibus semetipsos adinvenisse, aliquando quidem adspiratas, aliquando autem duplices: novissime autem omnium Palamedem aiunt longas eis apposuisse. Prius igitur quam apud Graecos haec fierent, non erat Veritas. Corpus enim eius secundum te, Marce, posterius est tempore quam Cadmos, et hi qui ante eum sunt; posterius autem his, qui reliqua elementa addiderunt:(2) posterius autem tempore, quam et

Ἀλήθειαν ὁρῶν εἴδωλον ὑπὸ Μάρκου γεγονυῖαν, καὶ τοῦτο τοῖς τοῦ ἀλφαβήτου γράμμασι κατεστιγμένην; Νεωστί, πρὸς τὸ ἀπ' ἀρχῆς τὸ δὴ λεγόμενον « χθὲς καὶ πρώην », Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ Κάδμου πρῶτον ἑκκαιδέκα παρειληφέναι, εἶτα μετέπειτα προβαινόντων τῶν χρόνων αὐτοὶ ἐξηυρηκέναι ποτὲ μὲν τὰ δασέα, ποτὲ δὲ τὰ διπλᾶ· ἔσχατον δὲ πάντων Παλαμήδην φασὶ τὰ μακρὰ τούτοις προστεθεικέναι· πρὸ τοῦ οὖν Ἕλλησι ταῦτα γενέσθαι, οὐκ ἦν Ἀλήθεια· τὸ γὰρ σῶμα αὐτῆς κατὰ σέ, Μάρκε, μεταγενέστερον μὲν Κάδμου, καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ· μεταγενέστερον δὲ τῶν τὰ λοιπὰ προστεθεικότων στοιχεῖα· μεταγενέστερον δὲ

(1) I. e. ex graecis: Sese accepisse *nuper* tantum, relate ad rerum initia (*heri* et *nudiustertius*, ut cum Scriptura loquamur [cfr. *Genes.* XXXI, 2]) Graeci etc. De historia alphabeti Graecorum cfr. PLIN. VII, 16; EUSEB. *Praepar.* X, 5; hi consentiunt sexdecim litteras, quae ideo cadmeae vel phoenices dicuntur (HEROD. V, 58), a Cadmo primum inductas; at adspiratas a Simonide, duplices vero ab Epicharmo invectas vellent; quo nescimus qui Palamedes *novissimus* (nullum enim, praeter eum qui ab Homero commemoratur, novimus) apposuerit longas. Si monumenta epigraphica inspicias revera θ, φ, χ in vetustissimis inscriptionibus exstant. Integrum alphabetum primum apud Ionicos apparet (hinc nomen Ἰωνικὰ γράμματα caeteris octo factum), deinde apud Samenses. Athenis, ante bellum Peloponnesiacum, hae litterae a cunctis publicis instrumentis exsulant. (Cfr. plura apud PAULY-WISSOWA, *Realenc. d. class. AW.* I, p. 1612 sqq. et opp. ibi cit.).

(2) Glossema adiacens (HARVEY, p. 153) « temporis quam Palame-

tu ipse. Tu autem solus in idolum deposuisti eam, quae a te praedicatur Veritas.

5. [*WH. VIII, 16*]. Quis autem sustinebit tuam illam, quae tantum verbosata (1) est Sigen, quae innominabilem nominat ⟨Aeonem⟩, inenarrabilem exponit, et eum qui investigabilis est enuntiat, et aperuisse os dicit eum, quem incorporalem et infiguratum dicis, et emisisse Verbum, quasi unum ex his quae composita sunt animalia: Verbum quoque eius simile ⟨esse⟩ ei qui eum emisit, et formam invisibilis factum, elementorum quidem esse triginta, syllabarum autem quatuor? Erit ergo secundum similitudinem Verbi Pater omnium, sicut tu ais, elementorum quidem triginta, syllabarum autem quatuor. Aut iterum quis sustinebit te in schemata et numeros, aliquando quidem triginta, aliquando autem viginti quatuor, aliquando sex tantum, concludentem universorum conditorem, et demiurgum, et factorem Verbum Dei, et minuentem eum in syllabas

καὶ σαυτοῦ· σὺ γὰρ μόνον εἴδωλον κατήγαγες τὴν ὑπὸ σοῦ λεγομένην Ἀλήθειαν.

5. Τίς δ' ἀνέξεταί σου τὴν τοσαῦτα φλυαροῦσαν Σιγήν, ἣ τὸν ἀνωνόμαστον ὀνομάζει, καὶ τὸν ἄῤῥητον ἐξηγεῖται, καὶ τὸν ἀνεξιχνίαστον ἐξιστορεῖ· καὶ ἠνοιχέναι τὸ στόμα φησὶν αὐτὸν ὃν ἀσώματον καὶ ἀνείδεον λέγεις· καὶ προενέγκασθαι Λόγον, ὡς ἕν τι τῶν συνθέτων ζώων· τόν τε Λόγον αὐτοῦ ὅμοιον ὄντα τῷ προβαλόντι, καὶ μορφὴν τοῦ ἀοράτου γεγονότα, στοιχείων μὲν εἶναι τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων; Ἔσται οὖν κατὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ Λόγου ὁ Πατὴρ τῶν πάντων, ὡς σὺ φῄς, στοιχείων μὲν τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων. Ἢ πάλιν τίς ἀνέξεταί σου εἰς σχήματα καὶ ἀριθμοὺς, ποτὲ μὲν τριάκοντα, ποτὲ δὲ εἰκοσιτέσσαρα, ποτὲ δὲ ἓξ μόνον, συγκλείοντος τὸν τῶν πάντων κτίστην, καὶ δημιουργὸν, καὶ ποιητὴν Λόγον τοῦ Θεοῦ·

« des » deest in mss. Clar., Voss., Merc., ideo expunctum est. Si libet restitue inter *autem* et *his qui reliqua*.

(1) Cfr. PS. AUG. *Serm. de temp.* 265: « in ecclesia stantes, nolite « verbosari ».

quidem quatuor, elementa autem triginta: et omnium Dominum qui firmavit caelos,[1] in DCCCLXXXVIII deducentem numeros, similiter atque alphabetum: et ipsum qui omnia capit Patrem, a nullo autem capitur, in quaternationem et octonationem [et decadem] et duodecadem subpartientem, et per huiusmodi multiplicationes illud, quod est inenarrabile et incognoscibile, quemadmodum tu dicis, Patris, enarrantem? Et quem incorporalem et insubstantivum nominas, huius materiam et substantiam ex multis literis, aliis ex aliis generatis, fabricas, ipse Daedalus fictus[2] et faber malus factus sublimissimae virtutis: et quam indivisibilem dicis substantiam, in mutas, et vocales, et semivocales sonos subdividens, id quod est mutum in his, omnium Patri et huius intentioni mentiens,[3] in summam blasphemiam et magnam impietatem immisisti omnes qui tibi credunt.

καὶ κατακερματίζοντος αὐτὸν εἰς συλλαβὰς μὲν τέσσαρας, στοιχεῖα δὲ τριάκοντα· καὶ τὸν πάντων Κύριον τὸν ἐστερεωκότα τοὺς οὐρανοὺς, εἰς ω π η κατάγοντος ἀριθμὸν, ὁμοίως τῷ ἀλφαβήτῳ, καὶ αὐτὸν πάντα χωροῦντα Πατέρα, ἀχώρητον δὲ ὑπάρχοντα, εἰς τετράδα, καὶ ὀγδοάδα, καὶ δεκάδα, καὶ δωδεκάδα ὑπομερίζοντος, καὶ διὰ τῶν τοιούτων πολυπλασιασμῶν τὸ ἄῤῥητον καὶ ἀνεννόητον, ὡς σὺ φῄς, τοῦ Πατρὸς ἐκδιηγουμένου; Καὶ ὃν ἀσώματον καὶ ἀνούσιον ὀνομάζεις, τὴν τούτου οὐσίαν καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐκ πολλῶν γραμμάτων, ἑτέρων ἐξ ἑτέρων γεννωμένων, κατασκευάζεις, αὐτὸς Δαίδαλος ψευδὴς, καὶ τέκτων κακὸς γενόμενος τῆς προπανυπερτάτου δυνάμεως· καὶ ἣν ἀμέριστον φῂς εἶναι, εἰς ἀφώνους, καὶ φωνήεντας, καὶ ἡμιφώνους φθόγγους ὑπομερίζων, τὸ ἄφωνον αὐτῶν τῷ τῶν πάντων Πατρὶ, καὶ τῇ τούτου ἐννοίᾳ ἐπιψευδόμενος, εἰς τὴν ἀνωτάτω βλασφημίαν καὶ μεγίστην ἀσέβειαν ἐμβέβληκας ἅπαντας τοὺς σοὶ πειθομένους.

(1) Cfr. *Psalm*. XXXII, 6.

(2) Alterius scl. *labyrinthi* conditor. *Fictus* quod legunt codd. Vatt. melius concinit cum graecis et cum seq. *malus*, quam *fictor*.

(3) I. e. falso attribuens.

6. [*WH. VIII, 17*]. Quapropter et iuste et apte tali temeritati tuae divinae adspirationis senior et praeco veritatis (1) invectus est in te, dicens sic:

Idolorum fabricator, Marce, et portentorum inspector,
Astrologiae cognitor et magicae artis,
Per quae confirmas erroris doctrinas,
Signa ostendens his qui a te seducuntur,
Apostaticae virtutis operationes,
Quae tibi praestat tuus pater Satanas
Per angelicam virtutem Azazel (2) facere, habens te
Praecursorem contrariae adversus Deum nequitiae.

Et haec quidem amator Dei senior. Nos autem reliqua mysteria eorum, quae sunt longa, conabimur breviter expe-

6. Διὸ καὶ δικαίως καὶ ἁρμοζόντως τῇ τοιαύτῃ σου τόλμῃ ὁ θεῖος πρεσβύτης καὶ κήρυξ τῆς ἀληθείας ἐμμέτρως ἐπιβεβόηκέ σοι, εἰπὼν οὕτως·

Εἰδωλοποιὲ Μάρκε καὶ τερατοσκόπε,
ἀστρολογικῆς ἔμπειρε καὶ μαγικῆς τέχνης,
δι' ὧν κρατύνεις τῆν πλάνης τὰ διδάγματα,
σημεῖα δεικνὺς τοῖς ὑπό σου πλανωμένοις,
ἀποστατικῆς δυνάμεος ἐγχειρήματα,
ἅ σοὶ χορηγεῖ σὸς πατὴρ Σατὰν ἀεί,
δι' ἀγγελικῆς δυνάμεος 'Αζαζὴλ ποιεῖν
ἔχων σε πρόδρομον ἀντιθέου πανουργίας.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεοφιλὴς πρεσβύτης. Ἡμεῖς δὲ τὰ λοιπὰ τῆς μυσταγωγίας αὐτῶν, μακρὰ ὄντα, πειρασόμεθα βραχέως διεξελ-

(1) Unus ex presbyteris, probabilius Asianus sicut ipse Marcus; Polycarpum ipsum vult HILGENFELD. Versus qui sequuntur graeci, senarii iambici sunt, « non om« nino mali, et, excepto sexto, cui « pes deest, integri » [MASSUET].

(2) Azazel ex XX angelis in terras lapsis aliquando X aliquando princeps a Rabbinis dicebatur. De eo plura in *libro Henoch*. (Cfr. indicem trad. Martin, Paris, 1906, p. 290), In rem faciunt c. VIII, 1: « Et Azazel docuit homines fabri« cationem gladiorum .... metalla, « artem fabrilem ») etc. [Cfr. h. l. Εἰς ἐπίδ. 18]; c. IX, 6: « Tu vi« disti quae fecit Azazel, quatenus « docuit omnes iniquitates in terris, « et revelavit secreta sempiterna « caelorum »; c. X, 8: « Omnis terra « corrupta est in doctrina operum

dire, et ea quae multo tempore sunt occultata, in manifestum producere. Sic enim fit ut facile argui et convinci possint ab omnibus.

CAP. XVI, 1. [*WH. IX, 1*]. QUOMODO SOLVUNT PARABOLAS.(1) Generationem itaque Aeonum, et errorem ovis, et adinventionem, adunantes in unum, mystice audent annunciare hi qui in numeros omnia deduxerunt, de monade et dualitate dicentes omnia constare: et a monade usque ad quatuor numerantes, sic generant decadem. Unum enim, et duo, et tres, et quatuor, in unum compositae, decem Aeonum generaverunt numerum. Rursus autem dualitas ab ea progressa usque ad episemon, duo et quatuor et sex, duodecadem ostendit.(2) Et rursus a dualitate similiter numerantibus nobis usque ad x, xxx numerus ostensus

θεῖν, καὶ τὰ πολλῷ χρόνῳ κεκρυμμένα εἰς φανερὸν ἀγαγεῖν· οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο εὐέλεγκτα πᾶσι.

XVI, 1. Τὴν οὖν γένεσιν τῶν Αἰώνων αὐτῶν, καὶ τὴν πλάνην τοῦ προβάτου, καὶ ἀνεύρεσιν ἑνώσαντες ἐπὶ τὸ αὐτό, μυστικώτερον ἐπιχειροῦσιν ἀπαγγέλλειν οὗτοι οἱ εἰς ἀριθμοὺς τὰ πάντα κατάγοντες, ἐκ μονάδος καὶ δυάδος φάσκοντες τὰ ὅλα [συνεστάναι] καὶ ἀπὸ μονάδος ἕως τῶν τεσσάρων ἀριθμοῦντες οὕτω γεννῶσι τὴν δεκάδα. Μία γάρ, καὶ δύο, καὶ τρεῖς, καὶ τέσσαρες, συντεθεῖσαι ἐπὶ τὸ αὐτό, τὸν τῶν δέκα Αἰώνων ἀπεκύησαν ἀριθμόν. Πάλιν δ' αὖ ἡ δυὰς ἀπ' αὐτῆς προελθοῦσα ἕως τοῦ ἐπισήμου, οἷον δύο καὶ τέσσαρες καὶ ἕξ, τὴν δωδεκάδα ἀπέδειξε. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς δυάδος ὁμοίως ἀριθμούντων ἡμῶν ἕως τῶν δέκα,

« Azazel; illi tribuenda sunt universa peccata » ed. cit. p. 15, 20, 24.

(1) Ut diximus, in mss. haec inscriptio cap. XIV, 8 decernitur: hic autem habetur: QUEMADMODUM EA QUAE SUNT IN LEGE IN SUUM TRANSFERUNT FIGMENTUM cplm. XIII, quam restituimus c. XVIII ut par erat, rerum pertractatarum serie ita prorsus exigente.

(2) Monas, numero 1 repraesentatur, dualitas n. 2. Si ternas ab illa generationes numeres, habes $1 + 2 + 3 + 4 = 10$; si a dualitate vero binas, habes $2 + 4 + 6$ [episemon F] $= 12$.

est, in quo est ogdoas et decas et duodecas.(1) Duodecadem igitur, eo quod episemon habuerit consequentem sibi, propter episemon passionem vocant.(2) Et propter hoc circa XII numerum quum labes quaedam facta fuisset, ovem luxuriatam aberrasse: quoniam apostasiam a duodecade factam dicunt. Similiter et a duodecade abscedentem unam virtutem periisse divinant: et hanc esse mulierem quae perdiderit drachmam, et accenderit lucernam, et invenerit eam. Sic igitur et numeros reliquos in drachma, qui sunt novem,(3) in ove vero undecim, perplexos sibimetipsis, XCIX numerum generare: quoniam novies undeni XCIX fiant. Quapropter et « amen » hunc habere dicunt numerum.(4)

ἡ τριακοντὰς ἀνεδείχθη, ἐν ᾗ ὀγδοὰς καὶ δεκὰς καὶ δωδεκάς. Τὴν οὖν δωδεκάδα, διὰ τὸ ἐπίσημον ἐσχηκέναι συνεπακολουθῆσαν αὐτῇ, τὸ ἐπίσημον πάθος λέγουσι. Καὶ διὰ τοῦτο περὶ τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν τοῦ σφάλματος γενομένου, τὸ πρόβατον ἀποσκιρτῆσαν πεπλανῆσθαι· ἐπειδὴ τὴν ἀπόστασιν ἀπὸ δωδεκάδος γεγενῆσθαι φάσκουσι. Τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἀπὸ τῆς δωδεκάδος ἀποστᾶσαν μίαν δύναμιν ἀπολωλέναι μαντεύονται· καὶ ταύτην εἶναι τὴν γυναῖκα τὴν ἀπολέσασαν τὴν δραχμὴν, καὶ ἅψασαν λύχνον, καὶ εὑροῦσαν αὐτήν. Οὕτως οὖν καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τοὺς καταλειφθέντας, ἐπὶ μὲν τῆς δραχμῆς τοὺς ἐννέα, ἐπὶ δὲ τοῦ προβάτου τοὺς ἕνδεκα, ἐπιπλεκομένους ἀλλήλοις τὸν τῶν ἐνενηκόντα ἐννέα τίκτειν ἀριθμόν· ἐπεὶ ἐννάκις τὰ ἕνδεκα ἐνενήκοντα ἐννέα γίνεται. Διὸ καὶ τὸ « ἀμὴν » τοῦτον λέγουσιν ἔχειν τὸν ἀριθμόν.

(1) Nam $2+4+6+8+10 = 30 = [8+10+12]$.

(2) Ubi duodecas est, est etiam episemon (6 = F) quod igitur illam consequitur: episemon autem, ut vidimus, passionem indicat (sexta die creatus homo, mortuus Christus et quidem hora sexta etc.); immo circa eum labes facta est quia F in literarum graecarum ordine non est, sed additum: hoc si demas, non 12 sed 11 numeros habes (cfr. mox: *in ove vero 11*). Ceterum res obscura est. Allusiones scripturales perpendimus c. III, 1, et c. VIII, 4.

(3) Mulier enim x drachmas habebat (Luc. XV, 8); una deperdita, novem supersunt.

(4) **A**[1] **M**[40] **H**[8] **N**[50] = 99; hebraice

2. Non pigritabor autem tibi et aliter eos interpretantes annunciare, ut undique conspicias fructum eorum. Literam enim H, cum episemo,[1] ogdoadem esse volunt, quum ab alpha octavo sit posita loco: rursus iterum sine episemo computantes numerum ipsarum literarum, et componentes usque ad H, triacontadem ostendunt. Incipiens enim quis ab alpha, et perfiniens in H, numerum literarum, abstrahens autem episemum, et insuper coniungens incrementum literarum, inveniet tricenarium numerum.[2] Usque enim ad E literam, xv fiunt: post deinde appositus eis septimus numerus, II et XX perficit. Quum autem appositum est eis H, quod est octavum, admirabilem triacontadem adimplevit. Et hinc ostendunt ogdoadem matrem triginta Aeonum. Quoniam igitur ex tribus virtutibus unitus est tricenarius numerus, ter idem factus XC

2. Οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ἄλλως ἐξηγουμένων αὐτῶν ἀπαγγεῖλαι, ἵνα πανταχόθεν κατανοήσῃς τὸν καρπὸν αὐτῶν. Τὸ γὰρ στοιχεῖον τὸ η σὺν τῷ ἐπισήμῳ ὀγδοάδα εἶναι θέλουσιν, ἀπὸ τοῦ ἄλφα ὀγδόῳ κείμενον τόπῳ· εἶτα πάλιν ἄνευ τοῦ ἐπισήμου ψηφίζοντες τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν τῶν στοιχείων, καὶ ἐπισυνθέντες μέχρι τοῦ ἦτα, τὴν τριακοντάδα ἐπιδεικνύουσιν. Ἀρξάμενος γάρ τις ἀπὸ τοῦ ἄλφα, καὶ τελευτῶν εἰς τὸ ἦτα τῷ ἀριθμῷ τῶν στοιχείων, ὑπεξαιρούμενος δὲ τὸ ἐπίσημον, καὶ ἐπισυντιθεὶς τὴν ἐπαύξησιν τῶν γραμμάτων, εὑρήσει τὸν τῶν τριάκοντα ἀριθμόν. Μέχρι γὰρ τοῦ ε στοιχείου πεντεκαίδεκα γίνονται· ἔπειτα προστεθεὶς αὐτοῖς ὁ τῶν ἑπτὰ ἀριθμός, β καὶ κ ἀπετέλεσε· προσελθὸν δὲ τούτοις τὸ η, ὅ ἐστιν ὀκτώ, τὴν θαυμασιωτάτην τριακοντάδα ἀνεπλήρωσε. Καὶ ἐντεῦθεν ἀποδεικνύουσι τὴν ὀγδοάδα μητέρα τῶν τριάκοντα Αἰώνων. Ἐπεὶ οὖν ἐκ τῶν τριῶν δυνάμεων ἥνωται ὁ τῶν τριάκοντα ἀριθμός, τρὶς αὐτὸς

vero summa literarum Amen = 91 eadem est ac literae א, י = I(ahve) A(donai).

(1) Scl. computato episemo F = 6.

(2) $(A^1 + B^2 + \Gamma^3 + \Delta^4 + E^5 + F^6 + Z^7 + H^8) - F^6 = \Lambda^{30}$.

fecit.(1) Et ipsa autem trias in se composita IX generavit. Sic ogdoas XCIX generavit numerum. Et quoniam duodecimus Aeon absistens reliquit sursum XI, consequenter dicunt typum literarum in figura L⟨ogi⟩(2) positum esse: (undecimam enim in literis esse Λ, qui est numerus XXX) et secundum imaginem positum esse superioris dispositionis: quoniam ab alpha sine episemo, ipsarum literarum numerus usque ad Λ compositus, secundum augmentum literarum cum ipso Λ, XC et IX facit numerum.(3) Quoniam autem Λ, quae est undecimo loco in ordine, ad similis sui descendit inquisitionem, ut impleret XII numerum, et quum invenisset eum, adimpleta est, manifestum esse ex ipsa figuratione literae. Λ enim quasi ad sui similis inquisitionem adve-

γενόμενος τὰ ἐνενήκοντα ἐποίησε· τρὶς γὰρ τριάκοντα ἐνενήκοντα. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τριὰς ἐφ' ἑαυτῆς συντεθεῖσα, ἐννέα ἐγέννησεν. Οὕτως ἡ ὀγδοὰς τὸν τῶν ἐνενήκοντα ἐννέα ἀπεκύησεν ἀριθμόν. Καὶ ἐπεὶ ὁ δωδέκατος Αἰὼν ἀποστὰς κατέλειψε τοὺς ἄνω ἕνδεκα, κατάλληλον λέγουσι τὸν τύπον τῶν γραμμάτων τῷ σχήματι τοῦ λ κεῖσθαι· (ἑνδέκατον γὰρ τῶν γραμμάτων κεῖσθαι τὸ λ, ὅ ἐστιν ἀριθμὸς τῶν τριάκοντα), καὶ κατ' εἰκόνα κεῖσθαι τῆς ἄνω οἰκονομίας· ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ἄλφα, χωρὶς τοῦ ἐπισήμου, αὐτῶν τῶν γραμμάτων ὁ ἀριθμὸς ἕως τοῦ λ συντιθεμένος κατὰ τὴν παραύξησιν τῶν γραμμάτων σὺν αὐτῷ τῷ λ, τὸν ἐνενήκοντα ἐννέα ποιεῖται ἀριθμόν. Ὅτι δὲ τὸ λ ἑνδέκατον ὂν τῇ τάξει ἐπὶ τὴν τοῦ ὁμοίου αὐτῷ κατῆλθε ζήτησιν, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν, καὶ εὑρὸν αὐτὸν ἐπληρώθη, φανερὸν εἶναι ἐξ αὐτοῦ τοῦ σχήματος τοῦ στοιχείου. Τὸ γὰρ λ, ὥσπερ ἐπὶ

(1) Seq. in graec. (et Hipp.) « ter « enim XXX, XC sunt »; tres vero virtutes sunt ogdoas, decas, dodecas.

(2) Male interpretatur siglum Λ: HIPP. vero haec legit: « ... sur- « sum XI, dicunt et illud litteris « esse congruum. Quod quidem « forma (τύπος, an τόπος = locus ?) « litterarum significat: undecimam « enim literarum esse λ... et ad « supernae dispositionis imaginem « collocatam etc. ».

(3) 30 scl. habebas usque ad H: addens Θ9 I10 K20 Λ30 habes 99.

niens, et inveniens, et in semet rapiens ipsum, duodecimi adimplevit locum, M litera ex duobus lambdis ⟨ΛΛ⟩ consistente. Quapropter et fugere eos per agnitionem XCIX locum, hoc est deminorationem, typum sinistrae manus: sectari autem unum, quod additum super XCIX in dexteram eos manum transtulit.(1)

3. Tu quidem haec pertransiens, dilectissime, optime scio quoniam ridebis multum tantam illorum in tumore sapientem stultitiam. Sunt autem digni planctu, qui tantam Dei religionem et magnitudinem vere inenarrabilis virtutis, et tantas dispositiones Dei per A et B, et per numeros tam frigidos, et vi extortos enunciant. Quotquot autem absistunt ab Ecclesia, et his anilibus fabulis assentiunt, vere a semetipsis sunt damnati.(2) Quos Paulus iubet

τὴν τοῦ ὁμοίου αὐτῷ ζήτησιν παραγενόμενον, καὶ εὑρὸν, καὶ εἰς ἑαυτὸ ἁρπάσαν αὐτὸν, τὴν τοῦ δωδεκάτου ἀνεπλήρωσε χώραν, τοῦ Μ στοιχείου ἐκ δύο Λ συγκειμένου. Διὸ καὶ φεύγειν αὐτοὺς διὰ τῆς γνώσεως τὴν τῶν ἐνενήκοντα ἐννέα χώραν, τουτέστι τὸ ὑστέρημα, τύπον ἀριστερᾶς χειρός· μεταδιώκειν δὲ τὸ ἕν, ὃ προστεθὲν τοῖς ἐνενήκοντα ἐννέα, εἰς τὴν δεξιὰν αὐτοὺς χεῖρα μετέστησε.

3. Σὺ μὲν ταῦτα διερχόμενος, ἀγαπητὲ, εὖ οἶδα ὅτι γελάσεις πολλὰ τὴν τοιαύτην αὐτῶν οἰησίσοφον μωρίαν. Ἄξιοι δὲ πένθους οἱ τηλικαύτην θεοσέβειαν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς ἀληθῶς ἀῤῥήτου δυνάμεως, καὶ τὰς τοσαύτας οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦ ἄλφα, καὶ δι' ἀριθμῶν οὕτως ψυχρῶς καὶ βεβιασμένως διασύροντες. Ὅσοι δὲ ἀφίστανται τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τούτοις τοῖς γραώδεσι μύθοις πείθονται, ἀληθῶς αὐτοκατάκριτοι, οὓς ὁ Παῦλος ἐγκε-

(1) *Manus* quod spectat, noveris Vett. digitis varie conformatis usos esse ut numerarent, et quidem sinistrae manus usque ad 99, dexterae a 100 deinceps: hinc loquutio prophanis sacrisque scriptoribus pervia «dextera annos numerare» ad decrepitam senectam innuendam [ex MASS. et GRABE]. Psychicos vero et pneumaticos sinistris dextrisque significatos vidimus.

(2) Cfr. nempe *Tit.* III, 11.

nobis «post primam et secundam correptionem devitare».[1] Ioannes enim Domini discipulus superextendit damnationem in eos, neque ave a nobis eis dici volens: « Qui enim « dicit », inquit, « eis ave, communicat operibus ipsorum « nequissimis ».[2] Et merito: « Non enim est gaudere « impiis »,[3] dicit Dominus. Impii autem super omnem impietatem hi sunt, qui factorem caeli et terrae, unum Deum omnipotentem, super quem alius Deus non est, ex labe, et ipsa ex altera labe facta, emissum dicunt: et sic iam secundum eos esse eum emissionem tertiae labis.[4] Quam sententiam digne exsufflantes et catathematizantes, oportet porro alicubi et longe fugere ab eis: et quanto plus haec affirmant et gaudent in his adinventionibus suis, tanto magis sciamus plus eos agitari ab ogdoadis nequissimis spiritibus. Quem-

λεύεται ἡμῖν « μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτεῖσθαι ». Ἰωάννης δὲ ὁ τοῦ Κυρίου μαθητὴς ἐπέτεινε τὴν καταδίκην αὐτῶν, μηδὲ χαίρειν αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν λέγεσθαι βουληθείς. « Ὁ γὰρ « λέγων αὐτοῖς », φησὶ « χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτων « τοῖς πονηροῖς ». Καὶ εἰκότως· « οὐκ ἔστι γὰρ χαίρειν τοῖς « ἀσεβέσι », λέγει Κύριος. Ἀσεβεῖς δὲ ὑπὲρ πᾶσαν ἀσέβειαν οὗτοι, οἱ τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, μόνον Θεὸν παντοκράτορα, ὑπὲρ ὃν ἄλλος Θεὸς οὐκ ἔστιν, ἐξ ὑστερήματος, καὶ αὐτοῦ ἐξ ἄλλου ὑστερήματος γεγονότος, προβεβλῆσθαι λέγοντες· ὥστε κατ' αὐτοὺς εἶναι αὐτὸν προβολὴν τρίτου ὑστερήματος. Ἣν γνώμην ὄντως καταφυσήσαντας, καὶ καταθεματίσαντας, δέον πόῤῥω που μακρὰν φυγεῖν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ᾗ πλέον διισχυρίζονται, καὶ χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς παρευρέμασιν αὐτῶν, ταύτῃ μᾶλλον εἰδέναι πλέον αὐτοὺς ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῆς ὀγδοάδος τῶν πονηρῶν πνευ-

(1) *Tit.* III, 10.
(2) II IOAN. 11.
(3) ISA. XLVIII, 22. Vulg. « Non « est *pax* impiis »: IR. interpretatur « Non est pax vel salus dicenda »: χαίρειν. Cfr. et AUG. *De Civ. Dei*, XIV, 8.
(4) Demiurgus enim tertia labes ab Enthymesi et a Sophia quae et ipsa labes est Pleromatis.

admodum hi qui in phreneticam passionem inciderunt, aut plus rident, et valere se putant, et quasi sani omnia agunt, quaedam autem et quasi plus quam sani sunt, tanto magis male habent; similiter autem et hi, quo magis plus sapere putantur, enervantes semetipsos, super tonum (1) sagittantes, tanto magis non sapiunt. Exiens enim immundus spiritus (2) ignorantiae, dein vacantes eos non Deo, sed mundialibus (3) quaestionibus inveniens, assumens alios spiritus septem nequiores semetipso, et infatuans illorum sententiam, quasi possint quae sunt super Deum adinvenire, et aptabiliter in exclusionem compositam, ogdoadem ignorantiae nequissimorum spirituum in eos deposuit. (4)

μάτων. Καθάπερ οἱ εἰς φρενίτιδα διάθεσιν ἐμπεσόντες, ᾗ πλέον γελῶσι, καὶ ἰσχύειν δοκοῦσιν, καὶ ὡς ὑγιαίνοντες πάντα πράττουσιν, ἔνια δὲ καὶ ὑπὲρ τὸ ὑγιαίνειν, ταύτῃ μᾶλλον κακῶς ἔχουσιν· ὁμοίως δὲ καὶ οὗτοι, ᾗ μᾶλλον ὑπερφρονεῖν δοκοῦσι, καὶ ἐκνευρίζουσιν ἑαυτοὺς ὑπέρτονα τοξεύοντες, ταύτῃ μᾶλλον οὐ σωφρονοῦσιν. Ἐξελθὸν γὰρ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα τῆς ἀνοίας, ἔπειτα σχολάζοντας αὐτοὺς οὐ Θεῷ, ἀλλὰ κοσμικαῖς ζητήσεσιν εὑρὸν, προσπαραλαβὸν ἕτερα πνεύματα ἑπτὰ πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ χαυνῶσαν αὐτῶν τὴν γνώμην, ὡς δυναμένων τὰ ὑπὲρ τὸν Θεὸν ἐννοεῖν, καὶ ἐπιτήδειον εἰς ὑπερέκκρουσιν κατασκευάσαν, τὴν ὀγδοάδα τῆς ἀνοίας τῶν πονηρῶν πνευμάτων εἰς αὐτοὺς ἐνεθήκωσεν.

(1) Scl. plus quam nervum consentiat.

(2) Elegans paraphrasis in MATTH. XII, 43 quae etiam ut parodia interpretationum gnosticarum exhibetur in ogdoadis argumentum.

(3) I. e. « saecularibus ». Fuerint haec studia in philosophorum opera impensa, vel etiam, ut iam de Marco liquet (et ex cap. sequenti adhuc magis), in naturam rerum perscrutandam. Id, ut diximus, ad origines gnosticismi cognoscendas maxime attendendum est. Cfr. et HIPPOL. ab init.

(4) Scl. spiritus malus intumefacit superbia illorum mentem, hancque tumefactam et ad exclusionem (emissionem nempe) proximam, foecundat immissa Ogdoade.

CAP. XVII, 1. [*WH. X*]. QUEMADMODUM CONDITIONEM SECUNDUM FIGURAM EIUS, QUI APUD EOS EST PLEROMA, EXPONUNT FACTAM.(1) Volo autem tibi referre quemadmodum et ipsam conditionem (2) secundum imaginem invisibilium a Demiurgo, quasi ignorante eo, fabricatam per matrem dicunt. Primo quidem quatuor elementa dicunt, ignem, aquam, terram, et aërem, imaginem emissam esse superioris quaternationis: et operationes eorum cum eis annumeratas, id est, calidum et frigidum, humectum et aridum, diligenter imaginare ogdoadem; ex qua (3) decem virtutes sic enumerant: septem quidem corpora circumlata,(4) quae etiam caelos vocant: post deinde continentem eos circulum, quem octavum caelum vocant, post deinde solem et lunam. Haec quum sint decem numero, imagines dicunt esse invisibilis decadis eius, quae a Logo et Zoe progressa sit. Duodecadem

XVII, 1. Βούλομαι δέ σοι καὶ ὡς αὐτὴν τὴν κτίσιν κατ' εἰκόνα τῶν ἀοράτων ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, ὡς ἀγνοοῦντος αὐτοῦ, κατεσκευάσθαι διὰ τῆς μητρὸς λέγουσι, διηγήσασθαι. Πρῶτον μὲν τὰ τέσσαρα στοιχεῖά φασι, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα, εἰκόνα προβεβλῆσθαι τῆς ἄνω τετράδος· τάς τε ἐνεργείας αὐτῶν συναριθμουμένας, οἷον θερμόν τε καὶ ψυχρὸν, ξηρόν τε καὶ ὑγρὸν, ἀκριβῶς ἐξεικονίζειν τὴν ὀγδοάδα· ἑξῆς δέκα δυνάμεις οὕτως καταριθμοῦσιν· ἑπτὰ μὲν σώματα κυκλοειδῆ, ἃ καὶ οὐρανοὺς καλοῦσιν· ἔπειτα τὸν περιεκτικὸν αὐτῶν κύκλον, ὃν καὶ ὄγδοον οὐρανὸν ὀνομάζουσι· πρὸς δέ τούτοις ἥλιόν τε καὶ σελήνην. Ταῦτα δέκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν, εἰκόνας λέγουσιν εἶναι τῆς ἀοράτου δεκάδος, τῆς ἀπὸ Λόγου καὶ Ζωῆς προελθούσης. Τὴν δὲ δω-

(1) In mss. QUEMADMODUM INCOGNITUM OMNIBUS CONANTUR INDUCERE PATREM cplm XIIII. Restitui cap. XIX. Cfr. Praef. l. II.

(2) I. e. creatas res (a condere).

(3) Ita ex lectione ἐξ ἧς; at videtur legendum «deinde», «tum», ἑξῆς, ut et codd. habent.

(4) I. e. corpora orbis forma praedita: huiusmodi astronomicam cosmogoniam Aegyptiis et Chaldaeis cognitam noverunt eruditi; cfr. HIPPOL. l. IV, integr. Vide etiam Εἰς ἐπίδειξιν, c. 9.

autem ostendi per eum, qui zodiacus vocatur circulus. Duodecim enim signa manifestissime Hominis et Ecclesiae filiam duodecadem, quasi per quamdam umbram pinxisse dicunt. Et e contrario superiunctum, inquiunt, universorum oneri, quum sit velocissimum, quod superpositum est caelum, qui ad ipsam concavationem aggravat, et ex contrarietate moderatur illorum velocitatem sua tarditate,(1) ita ut in xxx annis circuitum a signo in signum faciat, (2) imaginem dicunt eum Hori eius, qui trigesimam nominis (3) illorum matrem circumtenet. Lunam quoque rursus suum caelum circumeuntem xxx diebus, per dies numerum xxx Aeonum significare. Et solem autem in duodecim mensibus circum-

δεκάδα μηνύεσθαι διὰ τοῦ ζωδιακοῦ καλουμένου κύκλου. Τὰ γὰρ δώδεκα ζώδια φανερώτατα τὴν τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας θυγατέρα δωδεκάδα σκιαγραφεῖν λέγουσι. Καὶ ἐπεὶ ἀντεπεζεύχθη, φασί, τῇ τῶν ὅλων φορᾷ, ὠκυτάτῃ ὑπαρχούσῃ, ὁ ὕπερθεν οὐρανός, ὁ πρὸς αὐτῷ τῷ κύτει βαρύνων, καὶ ἀντιταλαντεύων τὴν ἐκείνων ὠκύτητα τῇ ἑαυτοῦ βραδυτῆτι, ὥστε αὐτὸν ἐν τριάκοντα ἔτεσι τὴν περίοδον ἀπὸ σημείου ἐπὶ σημεῖον ποιεῖσθαι, εἰκόνα λέγουσιν αὐτὸν τοῦ Ὅρου τοῦ τὴν τριακοντώνυμον μητέρα αὐτῶν περιέχοντος. Τὴν σελήνην τε πάλιν τὸν ἑαυτῆς οὐρανὸν ἐκπεριερχομένην ἐν τριάκοντα ἡμέραις, διὰ τῶν ἡμερῶν τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα Αἰώνων ἐκτυποῦν. Καὶ τὸν ἥλιον δὲ

(1) Ex HIPP. restitue: « Et quoniam... oppositum est conversionibus (ἀναφορᾷ non φοράν) velocissimae universitatis, caeteris orbibus sublimius caelum, quod propria mole gravans » etc. — Praecessio namque aequinoctialis iuxta Hipparcum aliosque Veteres retrogressionibus octavi caeli seu fixarum stellarum tribuenda erat. (Cfr. MÜLLER, *Astronomia*, I, p. 351 sq. 419 sq.).

(2) Hinc fortasse ostendi potest Veteres praecessionem aequinoctiorum 360 annis [30 × 12 (signa zodiaci)] perfectam fore, existimasse. At nullum aliud hac super re documentum novimus neque interpretatio ipsa in aprico est.

(3) I. e.: Sophia XI Aeon quae littera Λ = 30 significabatur (cfr. XVI, 2).

euntem et perficientem circularem suam apocatastasin,(1) per duodecim menses duodecadem manifestare. Et ipsos autem dies duodecim horarum mensuram habentes, typum non apparentis duodecadis esse. Sed et horam dicunt, quod est duodecimum diei, ex triginta partibus adornatam propter imaginem triacontadis.(2) Et ipsius autem zodiaci circuli circummensurationem esse partium CCCLX: (quodque enim signorum partes habere XXX). Sic quoque per circulum imaginem copulationis eorum, quae sunt duodecim, ad XXX custoditam dicunt.(3) Adhuc etiam et terram, in XII climata divisam dicentes,(4) et in unoquoque climate unamquamque

ἐν δώδεκα μησὶν ἐκπεριερχόμενον καὶ τερματίζοντα τὴν κυκλικὴν αὐτοῦ ἀποκατάστασιν, διὰ τῶν δώδεκα μηνῶν τὴν δωδεκάδα φανερὰν ποιεῖν. [Καὶ αὐτὰς] δὲ τὰς ἡμέρας, δώδεκα ὡρῶν τὸ μέτρον ἐχούσας, τύπον τῆς κενῆς δωδεκάδος εἶναι. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ὥραν φασὶ, τὸ δωδέκατον τῆς ἡμέρας, ἐκ τριάκοντα μοιρῶν κεκοσμῆσθαι διὰ τὴν εἰκόνα τῆς τριακοντάδος. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου τὴν περίμετρον εἶναι μοιρῶν τριακοσίων ἑξήκοντα· (ἕκαστον γὰρ ζώδιον μοίρας ἔχειν τριάκοντα). Οὕτως δὴ καὶ διὰ τοῦ κύκλου τὴν εἰκόνα τῆς συναφείας τῶν δώδεκα πρὸς τὰ τριάκοντα τετηρῆσθαι λέγουσιν. Ἔτι μὴν καὶ τὴν γῆν εἰς δώδεκα κλίματα διῃρῆσθαι φάσκοντες, καὶ καθ' ἓν ἕκαστον

(1) I. e.: reditus ad punctum quo cursum inivcrat: scl. orbis plenitudinem.

(2) Vett. dies in XII horas partiebantur, ideo ex 360 orbis diurni gradibus, quaelibet hora 30° habebat. Id et de zodiaco et de quovis circulo patet.

(3) Copulatio 12 × 30 = 360, quot nempe gradus circulus habet.

(4) Climata sunt zonae aequatori parallelae, ac propterea polum versus decrescentes sicut et dies; immo earum commensuratio ab horis sumitur ita ut ab uno ad aliud clima 1/2 hora dies decrescat. Sunt idcirco et ipsa XII atque a vett. geographis ex civitate in unoquoque conspicua nomen habent: v. g. διαμερόης, διασυεννῆς, διαλεξανδρίας, διαῤῥωδῆς, διαῤῥωμῆς (HARVEY). [Alia tamen praeter haec nomina ignorantur]. — In hoc est prima pars similitudinis (duodecadis).

virtutem ex caelis secundum demissionem suscipientem, et similes generantem filios ei virtuti, quae demiserit distillationem, typum esse duodecadis et filiorum eius manifestissimum asseverant. (1)

2. Ad haec autem volentem, aiunt, Demiurgum superioris ogdoadis interminabile, et aeternum, et infinitum, et intemporale imitari, et quum non potuisset perseverabile eius et perpetuum deformare, (2) ideo quod fructus sit labis, in temporum spatia, et tempora, et numeros multorum annorum aeternitatem eius deposuisse, existimantem in multitudine temporum imitari eius interminatum. Hic dicunt, quum effugisset eum veritas, subsequutum mendacium: et propter hoc destructionem, adimpletis temporibus, accipere eius opus.

κλίμα ἀνὰ μίαν δύναμιν ἐκ τῶν οὐρανῶν κατὰ κάθετον ὑποδεχομένην, καὶ ἐοικότα τίκτουσαν τέκνα τῇ καταπεμπούσῃ τὴν ἀπόῤῥοιαν δυνάμει, τύπον εἶναι τῆς δωδεκάδος καὶ τῶν τέκνων αὐτῆς σαφέστατον διαβεβαιοῦνται.

2. Πρὸς δὲ τούτοις θελήσαντά φασι τὸν Δημιουργὸν τῆς ἄνω ὀγδοάδος τὸ ἀπέραντον, καὶ αἰώνιον, καὶ ἀόριστον, καὶ ἄχρονον μιμήσασθαι, καὶ μὴ δυνηθέντα τὸ μόνιμον αὐτῆς, καὶ ἀΐδιον ἐκτυπῶσαι, διὰ τὸ καρπὸν αὐτὸν εἶναι ὑστερήματος, εἰς χρόνους καὶ καιροὺς, ἀριθμούς τε πολυετεῖς τὸ αἰώνιον αὐτῆς κατατεθεῖσθαι, οἰόμενον ἐν τῷ πλήθει τῶν χρόνων μιμήσασθαι αὐτῆς τὸ ἀπέραντον. Ἐνταῦθά τε λέγουσιν, ἐκφυγούσης αὐτὸν τῆς ἀληθείας, ἐπηκολουθηκέναι τὸ ψεῦδος· καὶ διὰ τοῦτο κατάλυσιν, πληρωθέντων τῶν χρόνων, λαβεῖν αὐτοῦ τὸ ἔργον.

(1) Terra scl. in unoquoque climate virtutem caelestem ad perpendiculum (κάθετον, non κάθεσιν) suscipit, atque ad illius influxum (distillationem) homines conformat; in quo altera similitudinis pars est (filiorum eius). Cfr. maxime Hipp. l. IV, 1, 3.

(2) I. e. ex typo exprimere (cfr. grec.).

CAP. XVIII, 1. [*WH. XI*]. QUEMADMODUM EA QUAE SUNT IN LEGE IN SUUM TRANSFERUNT FIGMENTUM.(1) Et de conditione quidem talia dicentes, quotidie adinvenit unusquisque eorum, quemadmodum potest, aliquid novi. Perfectus enim nemo, nisi qui maxima mendacia apud eos fructificaverit. De propheticis autem quaecumque transformantes coaptant, necessarium est, manifestantes arguitionem, his inferre. Moyses enim, inquiunt, incipiens id quod est secundum conditionem opus, statim in principio matrem(2) omnium ostendit, dicens: « In principio fecit Deus caelum « et terram ». Quatuor haec nominans, Deum et principium, caelum et terram, quaternationem ipsorum, quemadmodum ipsi dicunt, figuravit. Et invisibile autem et absconditum eius manifestantem dicere: « Terra autem erat invi« sibilis et incomposita ».(3) Secundam autem quaternatio-

XVIII, 1. Καὶ περὶ μὲν τῆς κτίσεως τοιαῦτα λέγοντες, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιγεννᾷ ἕκαστος αὐτῶν, καθὼς δύναται, καινότερόν τι. Τέλειος γὰρ οὐδεὶς ὁ μὴ μεγάλα ψεύσματα παρ' αὐτοῖς καρποφορήσας. Ἐκ δὲ τῶν προφητικῶν ὅσα μεταμορφάζουσιν, ἀναγκαῖον μηνύσαντας τὸν ἔλεγχον αὐτοῖς ἐπάγειν. Ὁ γὰρ Μωυσῆς, φασίν, ἀρχόμενος τῆς κατὰ τὴν κτίσιν πραγματείας, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν μητέρα τῶν ὅλων ἐπέδειξεν, εἰπών· « ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ». Τέσσαρα οὖν ταῦτα ὀνομάσας, Θεὸν καὶ ἀρχὴν, οὐρανὸν καὶ γῆν, τὴν τετρακτὺν αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, διετύπωσεν. Καὶ τὸ ἀόρατον δὲ καὶ ἀπόκρυφον αὐτῆς μηνύοντα εἰπεῖν· « Ἡ δὲ γῆ « ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος ». Τὴν δὲ δευτέραν τετράδα,

(1) In mss. QUIBUS EX SCRIPTURIS TESTIMONIIS UTUNTUR. Id melius congruit c. XX, 1, prout restitutum est.

(2) I. e. tetradem. *Gen.* I, 1; cfr. autem quomodo hunc vers. hebraice legat ipse IR. in **Εἰς επίδ.** 43. Cum hac Genesis expositione cfr. illam quae ex *Apophasi* Simonis (spuria) effert HIPP. *Philos.* VI, 14, sqq.

(3) *Gen.* I, 2.

nem, progeniem primae quaternationis, sic eum dixisse volunt, abyssum nominantem et tenebras, in quibus sunt et aquae, et qui ferebatur super aquas spiritus. Post quam decadis commemorantem, lumen dicere, et diem, et noctem, et firmamentum, et vesperam, et quod vocatur mane, et aridam, et mare, adhuc etiam et herbam, et decimo loco lignum: sic quoque per decem nomina, x Aeonas manifestasse. Duodecadis autem sic formatam apud eos virtutem: solem enim dicere, et lunam, et stellas, et tempora, et annos, et cetos, adhuc etiam pisces, et serpentia, et volatilia, et quadrupedia, feras quoque, et super haec omnia duodecimum hominem. Sic ab Spiritu triacontadem per Moysen dictam docent. Nec non et formatum hominem secundum imaginem superioris virtutis, habere in se eam, quae sit ab uno fonte, virtutem. (1) Constitutam autem eam

γέννημα πρώτης τετράδος, οὕτως αὐτὸν εἰρηκέναι θέλουσιν, ἄβυσσον ὀνομάζοντα καὶ σκότος, ἐν σφίσιν αὐτοῖς καὶ ὕδωρ, καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τῷ ὕδατι πνεῦμα. Μεθ' ἣν τῆς δεκάδος μνημονεύοντα φῶς λέγειν, καὶ ἡμέραν, καὶ νύκτα, στερέωμά τε, καὶ ἑσπέραν, καὶ ὃ καλεῖται πρωΐ, ξηράν τε καὶ θάλασσαν, ἔτι τε βοτάνην, καὶ δεκάτῳ τόπῳ τὸ ξύλον· οὕτω δὲ διὰ τῶν δέκα ὀνομάτων τοὺς δέκα Αἰῶνας μεμηνυκέναι. Τῆς δὲ δωδεκάδος οὕτως ἐξεικονίσθαι παρ' αὐτῷ τὴν δύναμιν· ἥλιον γὰρ λέγειν καὶ σελήνην, ἀστέρας τε καὶ καιροὺς, ἐνιαυτούς τε καὶ κήτη, ἰχθύας καὶ ἑρπετὰ, πετεινὰ καὶ τετράποδα, θηρία τε καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις δωδέκατον τὸν ἄνθρωπον. Οὕτως ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τὴν τριακοντάδα διὰ Μωυσέως εἰρῆσθαι διδάσκουσιν. 'Αλλὰ μὴν καὶ τὸν πλαστὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως ἔχειν ἐν αὐτῷ τὴν ἀπὸ τῆς μιᾶς πηγῆς δύναμιν. 'Ιδρῦσθαι δὲ ἐν τῷ κατὰ τὸν

(1) Virtus scl. sensitiva, quae ut Monas in cerebro residet et ab eo in tetrada sensuum defluit ut quatuor flumina in Paradiso seu Eden (HIPP. *Philos.* l. c.; cfr. et ibid. IV fin.; V, 9 sub fin. etc.). Quatuor sensus tantum numerantur quorum organa in capite circa cerebrum resident; tactus igitur praetermittitur.

esse in eo, qui sit in cerebro locus, ex quo defluant virtutes quatuor secundum imaginem supernae tetradis, quae vocantur, una quidem visio, altera autem auditus, tertia odoratus, et quarta gustatio. Octonationem autem dicunt significari per hominem sic: aures quidem duas habentem, et totidem visus, adhuc etiam odorationes duas, et duplicem gustationem, amari et dulcis. Totum autem hominem omnem imaginem triacontadis sic habere docent: in manibus quidem per digitos decadem baiulare: in toto autem corpore, quum in XII membra dividatur, duodecadem. Dividunt autem illud, quemadmodum Veritatis apud eos divisum est corpus, de quo praediximus. Ogdoadem autem, et inenarrabilem et invisibilem, in visceribus (1) absconditam intelligi.

2. Solem quoque iterum, qui sit magnum luminare, in quarta dierum fieri (2) propter quaternationis numerum dicunt. Tabernaculi quoque, quod a Moyse compositum

ἐγκέφαλον τόπῳ· ἀφ' ἧς ἀποῤῥεῖν δυνάμεις τέσσαρας, κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω τετράδος, καλουμένας, τὴν μὲν ὅρασιν, τὴν δὲ ἀκοὴν, τὴν δὲ τρίτην ὄσφρησιν, καὶ τὴν τετάρτην γεῦσιν. Τὴν δὲ ὀγδοάδα φασὶ μηνύεσθαι διὰ τοῦ ἀνθρώπου οὕτως· ἀκοὰς μὲν δύο ἔχοντος, καὶ τοσαύτας ὁράσεις, ἔτι τε ὀσφρήσεις δύο, καὶ διπλῆν γεῦσιν, πικροῦ τε καὶ γλυκέως. Ὅλον δὲ τὸν ἄνθρωπον πᾶσαν τὴν εἰκόνα τῆς τριακοντάδος οὕτως ἔχειν διδάσκουσιν· ἐν μὲν ταῖς χερσὶ διὰ τῶν δακτύλων τὴν δεκάδα βαστάζειν· ἐν ὅλῳ δὲ τῷ σώματι εἰς δώδεκα μέλη διαιρουμένῳ τὴν δωδεκάδα. Διαιροῦσι δὲ αὐτὸ, καθάπερ τὸ τῆς Ἀληθείας διῄρηται παρ' αὐτοῖς σῶμα, περὶ οὗ προειρήκαμεν. Τήν τε οὖν ὀγδοάδα, ἄῤῥητόν τε καὶ ἀόρατον οὖσαν, ἐν τοῖς σπλάγχνοις κρυβομένην νοεῖσθαι.

2. Ἥλιον δὲ πάλιν, τὸν μέγαν φωστῆρα, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν γεγονέναι διὰ τὸν τῆς τετράδος ἀριθμὸν φάσκουσι. Τῆς τε σκηνῆς, τῆς ὑπὸ Μωϋσέως κατασκευασθείσης, αἱ αὐλαῖαι ἐκ

(1) Viscera enim intestina serpentis seu 8 figuram habent. Cfr. EPIPH. XXXVII, 5.

(2) *Gen.* I, 14, 19.

est, atria de bysso, et hyacintho, et purpura, et coccino facta, eadem apud eos ostenderunt imaginem.[1] Sacerdotis quoque poderem[2] quatuor ordinibus lapidum pretiosorum adornatum, quaternationem significare praefiniunt. Et si qua omnino talia sunt posita in Scripturis, quae quatuor possunt numerum designare, propter quaternationem ipsorum dicunt factum. Octonationem rursus ostendi sic: in octavo dierum formatum dicunt hominem. Aliquando enim volunt eum sexto die factum,[3] aliquando autem in octavo, nisi forte choicum quidem in sexto dierum dicunt formatum, carnalem autem in octavo: distincta sunt enim haec apud eos. Quidam autem et alterum esse volunt qui secundum imaginem et similitudinem Dei factus est homo masculo femineus, et hunc esse spiritalem: alterum autem qui ex terra plasmatus sit.

3. Et arcae autem dispositionem in cataclysmo, in qua

βύσσου, καὶ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου γεγονυῖαι, τὴν αὐτὴν παρ' αὐτοῖς ἐπέδειξαν εἰκόνα. Τόν τε τοῦ ἱερέως ποδήρη, τέσσαρσι στίχοις λίθων πολυτελῶν κεκοσμημένων, τὴν τετράδα σημαίνειν διορίζονται· καὶ εἴ τινα τοιαῦτα κεῖται ἐν ταῖς Γραφαῖς, εἰς τὸν τῶν τεσσάρων δυνάμενα ἄγεσθαι ἀριθμὸν, διὰ τὴν τετρακτὺν αὐτῶν φασι γεγονέναι. Τὴν δὲ ὀγδοάδα πάλιν δείκνυσθαι οὕτως· ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν ἡμερῶν πεπλάσθαι λέγουσιν τὸν ἄνθρωπον. Ποτὲ μὲν γὰρ αὐτὸν τῇ ἕκτῃ βούλονται γεγονέναι, ποτὲ δὲ τῇ ὀγδόῃ, εἰ μή τι τὸν μὲν χοϊκὸν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν ἐροῦσι πεπλάσθαι, τὸν δὲ σαρκικὸν ἐν τῇ ὀγδόῃ· διέσταλται γὰρ ταῦτα παρ' αὐτοῖς. Ἔνιοι δὲ ἄλλον θέλουσι τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότα ἀρσενόθηλυν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν πνευματικόν· ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς γῆς πλασθέντα.

3. Καὶ τὴν τῆς κιβωτοῦ δὲ οἰκονομίαν ἐν τῷ κατακλυσμῷ,

(1) *Exod.* XXVI, 1; XXXVI, 8. XXVIII, 15 sqq.
(2) Seu vestis de qua *Exod.* (3) Cfr. XIV, 6.

octo homines liberati sunt,(1) manifestissime dicunt [salutarem] ogdoadem ostendere. Hoc autem idem et David, quum octavus esset(2) genitus inter fratres suos, significare. Adhuc etiam et circumcisionem, quae octavo die fit,(3) circumcisionem superioris ogdoadis manifestare. Et omnino quaecumque inveniuntur in Scripturis obduci posse ad numerum octavum, mysterium ogdoadis adimplere dicunt. Sed et decadem significari per decem gentes, quas promisit Deus Abrahae in possessionem dare,(4) dicunt: et dispositionem quae est secundum Saram, quomodo post decem annos(5) dat ei ancillam suam Agar, ut ex ea filium faciat, idem significare. Et servus autem Abraham missum ad Rebeccam, et super puteum dans ei armillas aureorum decem, et fratres eius tenentes eam in dies decem,(6) adhuc etiam Ieroboam, qui decem sceptra accepit;(7) et tabernaculi

ἐν ᾗ ὀκτὼ ἄνθρωποι διεσώθησαν, φανερώτατά φασι τὴν σωτήριον ὀγδοάδα μηνύειν. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τὸν Δαβίδ, ὄγδοον ὄντα τῇ γενέσει τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, σημαίνειν. Ἔτι μὴν καὶ τὴν περιτομὴν, ὀκταήμερον γινομένην, τὸ περίτμημα τῆς ἄνω ὀγδοάδος δηλοῦν. Καὶ ἁπλῶς ὅσα εὑρίσκεται ἐν ταῖς Γραφαῖς, ὑπάγεσθαι δυνάμενα εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτὼ, τὸ μυστήριον τῆς ὀγδοάδος ἐκπληροῦν λέγουσιν. Ἀλλὰ καὶ τὴν δεκάδα σημαίνεσθαι διὰ τῶν δέκα ἐθνῶν, ὧν ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ εἰς κατάσχεσιν δοῦναι, λέγουσι· καὶ τὴν περὶ Σάῤῥαν δὲ οἰκονομίαν, ὡς μετὰ ἔτη δέκα δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἑαυτῆς δούλην Ἄγαρ, ἵνα ἐξ αὐτῆς τεκνοποιήσηται, τὸ αὐτὸ δηλοῦν. Καὶ ὁ δοῦλος δὲ ὁ Ἀβραὰμ πεμφθεὶς ἐπὶ Ῥεβέκκαν, καὶ ἐπὶ τῷ φρέατι διδοὺς αὐτῇ ψέλια χρυσῶν δέκα, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆς κατέχοντες αὐτὴν ἐπὶ δέκα ἡμέρας· ἔτι τε Ἱεροβοὰμ ὁ τὰ δέκα σκῆπτρα

(1) *Gen.* VII, 7; PETR. III, 20,
(2) I *Reg.* XVI, 10, 11.
(3) *Gen.* XVII, 12.
(4) *Gen.* XV, 19.
(5) *Gen.* XVI, 3.
(6) *Gen.* XXIV, 22 et XXV, 55.
(7) I *Reg.* XI, 31.

decem atria, et columnae decem cubitorum,[1] et decem filii Iacob ad emptionem tritici prima vice in Aegyptum missi,[2] et decem apostoli, quibus manifestatur post resurrectionem Dominus, quum Thomas non esset praesens,[3] invisibilem defigurabant secundum eos decadem.

4. [*WH. XI, 3*]. Duodecadem autem, erga quam et

λαμβάνων, καὶ τῆς σκηνῆς αἱ δέκα αὐλαῖαι, καὶ οἱ στύλοι οἱ δεκαπήχεις, καὶ οἱ δέκα υἱοὶ Ἰακὼβ, ἐπὶ τὴν ὠνὴν τοῦ σίτου τὸ πρῶτον εἰς Αἴγυπτον πεμφθέντες, καὶ οἱ δέκα ἀπόστολοι, οἷς φανεροῦται μετὰ τὴν ἔγερσιν ὁ Κύριος, τοῦ Θωμᾶ μὴ παρόντος, τὴν ἀόρατον διετύπουν κατ' αὐτοὺς δεκάδα.

4. Τὴν δωδεκάδα δὲ, περὶ ἣν καὶ τὸ μυστήριον τοῦ πάθους

1) *Ex.* XXVI, 1 et XXXVI, 8, 9; XXVI, 15 sq. et XXXVI, 20 sq.

(2) *Gen.* XLII, 3.

(3) IOANN. XX, 24. Quum autem hic locus in opere Irenaei opportunius non occurrat, placet hic ad maiorem rei notitiam ad verbum vertere insignem in hunc interpretationem sancti episcopi, quae perhibetur in fragm. iam edito *coptice* a LAGARDE (*Catenae in Ev. aegyptiae*, Götting. 1886, p. 220): « Servus Dei Irinnaeus [*sic*] discipulus Apostolorum. Illi qui non « viderunt et crediderunt, dicit. « Verbo eius non credidit sane « Thomas ob causam maxime utilem: ut magis magisque propter « eum innotesceret resurrectionis « mysterium. Etenim inde a crucifixione non adfuerat Thomas « et quando dixerunt ei discipuli « quod dederunt ictum lanceae in « latus eius et exivit aqua et san- « guis [*sic*], credidit; quando autem « dixerunt ei quod resurrexit a « mortuis, non credidit propter magnitudinem mysterii resurrectionis. Sed quemadmodum Thomas vidit Dominum in die octava « resurrectionis a mortuis, hoc plane modo etiam ipsi apostoli benedicti, cum sanctis omnibus videbunt eum pariter in die octava, « quae est communis resurrectio, « quando suscitabit omnem creaturam in altera sua parousia, « veniens iudicare vivos et mortuos. Etenim hebdomada dierum est finis huius saeculi: nam « in septies millesimo anno fiet « consummatio huius mundi. Dies « igitur octava est resurrectio omnium iustorum et peccatorum « simul ». Hoc fragm. sententia et dictione absque dubio authenticum est, neque parvi momenti ad doctrinam Ir. elucidandam. Hoc igitur divulgare, etsi fortasse inopportuna in sede, non piget.

mysterium passionis labis fuisse, ex qua passione visibilia fabricata esse volunt, signanter et manifestissime positam ubique dicunt: ut duodecim filios Iacob, ex quibus duodecim quoque tribus,(1) et logion varium duodecim habens lapides, et duodecim tintinnabula, et eos qui a Moyse positi sunt sub monte duodecim lapides,(2) similiter autem et eos qui a Iesu in flumine positi sunt, et alteros qui trans positi sunt, et portantes arcam testamenti,(3) et eos qui ab Helia positi sunt in holocausto vituli,(4) et numerum quoque apostolorum, et omnia omnino quaecumque duodecim numerum custodiunt, duodecadem ipsorum significare volunt. Horum autem unitatem omnium, quae vocatur triacontas, per eam arcam, cuius triginta cubitis altitudo fuit sub Noe;(5) et per Samuelem declinantem Saul [in triginta

τοῦ ὑστερήματος γεγονέναι, ἐξ οὗ πάθους τὰ βλεπόμενα κατεσκευάσθαι θέλουσιν, ἐπισήμως καὶ φανερῶς πανταχῆ κεῖσθαι λέγουσιν, ὡς τοὺς δώδεκα υἱοὺς τοῦ Ἰακὼβ, ἐξ ὧν καὶ δώδεκα φυλαί, καὶ τὸ λογεῖον τὸ ποικιλτὸν δώδεκα ἔχον λίθους, καὶ τοὺς δώδεκα κώδωνας καὶ τοὺς ὑπὸ Μουσέως τεθέντας ὑπὸ τὸ ὄρος δώδεκα λίθους, ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Ἰησοῦ ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ ἄλλους εἰς τὸ πέραν, καὶ τοὺς βαστάζοντας τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, καὶ τοὺς ὑπὸ Ἡλίᾳ τεθειμένους ἐν τῇ ὁλοκαυτώσει τοῦ μόσχου, καὶ τὸν ἀριθμὸν δὲ τῶν ἀποστόλων· καὶ πάντα ἁπλῶς ὅσα τὸν δώδεκα ἀριθμὸν διασώζει, τὴν δωδεκάδα αὐτῶν χαρακτηρίζειν λέγουσι. Τὴν δὲ τούτων πάντων ἕνωσιν ὀνομαζομένην τριακοντάδα, διὰ τῆς τριάκοντα πηχῶν τὸ ὕψος ἐπὶ Νῶε κιβωτοῦ, καὶ διὰ Σαμουὴλ κατακλίναντος τὸν Σαοὺλ ἐν τοῖς τριάκοντα

(1) *Gen.* XXXV, 22, et XLIX, 28.

(2) *Ex.* XXVIII, 2; XXXIX, 10; XXIV, 4. De duodecim tintinnabulis nihil in Scriptura; IUSTINUS vero (*c. Tryph.* 42) idem refert, ex traditione rabbinica.

(3) IOSUE IV, 3, 8, 9, 20; III, 12.

(4) III *Reg.* XVIII, 31.

(5) *Gen.* VI, 15.

convitatis primum, et per David] (1) qui triginta (2) diebus abscondebatur in agro, et per eos qui cum eo intraverunt in speluncam, et propter id quod longitudo fuerit sancti tabernaculi triginta cubitorum. (3) Et quaecumque alia aequalia numeris his inveniuntur, triacontadem ipsorum per huiusmodi ostendunt asseverationes.

CAP. XIX, 1. [*WH. XII*]. QUEMADMODUM INCOGNITUM OMNIBUS CONANTUR INDUCERE PATREM. (4) Necessarium autem duxi addere his, et quanta de Propatore ipsorum, qui incognitus erat omnibus ante adventum Christi, eligentes de Scripturis suadere contendunt, ut ostendant Dominum nostrum alterum annunciare Patrem praeter fabricatorem huius universitatis: quem, sicut praediximus, impie blasphemantes, labis fructum esse dicunt. Prophetam igitur Esaiam dicen-

κλητοῖς πρῶτον, καὶ διὰ Δαβίδ, ὅτε ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐκρύβετο ἐν τῷ ἀγρῷ, καὶ διὰ τῶν συνεισελθόντων αὐτῷ εἰς τὸ σπήλαιον λ', καὶ διὰ τὸ μῆκος γίνεσθαι τῆς ἁγίας σκηνῆς τριάκοντα πηχῶν· καὶ εἴ τινα ἄλλα ἰσάριθμα τούτοις εὑρίσκεται, τὴν τριακοντάδα αὐτῶν διὰ τῶν τοιούτων ἐπιδεικνύναι φιλεριστοῦσιν.

XIX, 1. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην προσθεῖναι τούτοις καὶ ὅσα περὶ τοῦ Προπάτορος αὐτῶν, ὃς ἄγνωστος ἦν τοῖς πᾶσι πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἐκλέγοντες ἐκ τῶν Γραφῶν πείθειν ἐπιχειροῦσιν, ἵν' ἐπιδείξωσι τὸν Κύριον ἡμῶν ἄλλον καταγγέλλοντα Πατέρα παρὰ τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντός· ὅν, καθὼς προέφαμεν, ἀσεβοῦντες, ὑστερήματος καρπὸν εἶναι λέγουσι. Τὸν

(1) Lacuna ex graecis impletur: xxx convivas I *Reg.* IX, 22 ex textu hebr. et Vulg. contra LXX (ὡσεὶ ἑβδομήκοντα) enumerat.

(2) I *Reg.* XX, 5 et II *Reg.* XXIII, 13, at falsae citationes: *tres* tantum dies omnes codd. habent; et *tres* tantum qui speluncam ingressi sunt. At γ (3) cum λ (30) facile commutari potuit.

(3) *Exod.* XXVI, 8.

(4) In mss. DE REDEMPTIONE SUA QUANTA DICUNT ET FACIUNT cplm XVI. Cfr. inscriptionem c. XXI.

tem: « Israel autem me non cognovit, et populus me non « intellexit », invisibilis Bythi ignorantiam dixisse coaptant. Et in Osee quod dictum est: « Non est in eis veritas, neque « agnitio Dei », in hoc idem tendere conantur. (1) Et « Non « est intelligens aut requirens Deum: omnes declinaverunt, « simul inutiles facti sunt », (2) in Bythi ignorantia apponunt. Et per Moysen autem dictum: « Nemo videbit Deum et « vivet », (3) in illum habere suadent relationem.

2. Et fabricatorem (4) quidem a prophetis visum dicunt: illud autem quod scriptum est, « nemo videbit Deum et « vivet », de invisibili magnitudine et incognita omnibus dictum volunt. (Et quoniam (5) quidem de invisibili Patre factore omnium dictum est « nemo videbit Deum », omnibus nobis manifestum est: quoniam autem non de hoc,

γοῦν προφήτην Ἡσαΐαν εἰπόντα· « Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ « ὁ λαός με οὐ συνῆκε », τὴν τοῦ ἀοράτου Βυθοῦ ἀγνωσίαν εἰρηκέναι μεθαρμόζουσι. Καὶ διὰ Ὠσηὲ τὸ εἰρημένον· « Οὐκ « ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια, οὐδὲ ἐπίγνωσις Θεοῦ », εἰς τὸ αὐτὸ συντείνειν βιάζονται. Καὶ τὸ « Οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, ἢ ἐκζητῶν « τὸν Θεόν· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν », ἐπὶ τῆς τοῦ Βυθοῦ ἀγνωσίας τάττουσι. Καὶ τὸ διὰ Μωυσέως δὲ εἰρημένον· « Οὐδεὶς ὄψεται τὸν Θεόν, καὶ ζήσεται », εἰς ἐκεῖνον ἔχειν πείθουσι τὴν ἀναφοράν.

2. Τὸν μὲν γὰρ ποιητὴν ⟨ἐπιψευδόμενοι⟩ ὑπὸ τῶν προφητῶν ἑωρᾶσθαι λέγουσι· τὸ δ' « οὐδεὶς ὄψεται τὸν Θεόν, καὶ ζή- « σεται », περὶ τοῦ ἀοράτου μεγέθους καὶ ἀγνώστου τοῖς πᾶσιν εἰρῆσθαι θέλουσι. (Καὶ ὅτι μὲν περὶ τοῦ ἀοράτου Πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων εἴρηται τὸ « οὐδεὶς ὄψεται τὸν Θεόν », πᾶσιν ἡμῖν φανερόν ἐστιν· ὅτι δὲ οὐ περὶ τοῦ ὑπὸ τούτων παρεπι-

(1) Isai. I, 3; Ose. IV, 1.
(2) Cfr. *Ps.* XIV, 3 (LIII, 4), et *Rom.* III, 11, 12.
(3) *Ex.* XXXIII, 20.
(4) I. e. Demiurgus. V. p. 123 et 155.
(5) Hanc periodum Iren. addit ex catholico sensu ut ex verbo « nobis » ut ex contextu palam fit.

qui ab his adinventus est Bythus, sed de Demiurgo (et ipse est invisibilis Deus), ostenditur procedente sermone). Et Danielem autem hoc idem significare, in eo quod interrogat angelum absolutiones [1] parabolarum, quasi non scientem. Sed et angelum abscondentem ab eo magnum mysterium Bythi, dicere ei : « Recurre Daniel : hi enim sermones « obstructi sunt, quoadusque intellectores intelligant, et albi « inalbentur » : et seipsos esse albos et intellectores glorientur.

CAP. XX, 1. [*WH. XIII*]. QUIBUS EX SCRIPTURIS TESTIMONIIS UTUNTUR. Super haec autem inenarrabilem multitudinem apocryphorum et perperûm scripturarum, quas ipsi finxerunt,[2] afferunt ad stuporem insensatorum, et, quae

νοουμένου Βυθοῦ, ἀλλὰ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ (καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἀόρατος Θεός), δειχθήσεται τοῦ λόγου προϊόντος). Καὶ τὸν Δανιὴλ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαίνειν, ἐν τῷ ἐπερωτᾶν τὸν ἄγγελον τὰς ἐπιλύσεις τῶν παραβολῶν, ὡς μὴ εἰδότα. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἄγγελον ἀποκρυπτόμενον ἀπ' αὐτοῦ τὸ μέγα μυστήριον τοῦ Βυθοῦ, εἰπεῖν αὐτῷ · « Ἀπότρεχε Δανιήλ · οὗτοι γὰρ οἱ λόγοι « ἐμπεφραγμένοι εἰσίν, ἕως οἱ συνιέντες συνιῶσι, καὶ οἱ λευκοὶ « λευκανθῶσι » · καὶ αὐτοὺς εἶναι τοὺς λευκοὺς καὶ συνιέντας αὐχοῦσιν.

XX, 1. Πρὸς δὲ τούτοις ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, παραφέρουσιν εἰς κατάπληξιν

(1) I. e. interpretationem ; cfr. DAN. XII, 9, 10 ; qui versus diversimode legitur. Apud IR. IV, 26 ; V, 14 [CYPR. I, *Cont. Iud.* 5] : « Quoad « addiscant multi et impleatur agni- « tio ». Apud LXX, et Vulg. autem : « usque ad praefinitum tempus. « Eligentur et dealbabuntur etc. » ; hebr. vero יִתְבָּרְרוּ יִתְלַבְּנוּ, quod est : « purificabuntur et albi « fient ». Lectio gnostica ex his conflata videtur, sed nullibi reperitur.

(2) De evangeliorum apocryphorum litteratura cfr. TASKER,

sunt veritatis, non scientium literas. Assumunt autem in hoc et illam falsationem, quasi Dominus quum puer esset, et disceret literas, quum dixisset magister eius quemadmodum in consuetudine est: Dic A, responderit A. Rursum quum magister iussisset dicere B, respondisse Dominum: Tu prior dic mihi quid est A, et tunc ego dicam tibi quid est B. Et hoc exponunt, quasi ipse solus incognitum scierit, quod manifestavit in typum alphae. (1)

2. Quaedam autem eorum quae in Evangelio posita sunt, in hunc characterem transfigurant. Sicut illud quod ad matrem suam, duodecim annorum exsistens, respondit dicens: « Non scitis quoniam in his quae Patris mei sunt « oportet me esse? » (2) hunc quem non sciebant, dicunt,

τῶν ἀνοήτων, καὶ τὰ τῆς ἀληθείας μὴ ἐπισταμένων γράμματα. Προσπαραλαμβάνουσι δὲ εἰς τοῦτο κἀκεῖνο τὸ ῥᾳδιούργημα, ὡς τοῦ Κυρίου παιδὸς ὄντος καὶ μανθάνοντος τὰ γράμματα, τοῦ διδασκάλου αὐτῷ φήσαντος, καθὼς ἔθος ἐστίν· εἰπὲ ἄλφα, ἀποκρίνασθαι τὸ ἄλφα. Πάλιν τε τὸ βῆτα τοῦ διδασκάλου κελεύσαντος εἰπεῖν, ἀποκρίνασθαι τὸν Κύριον· σύ μοι πρότερον εἰπὲ τί ἐστι τὸ ἄλφα, καὶ τότε σοι ἐρῶ τί ἐστι τὸ βῆτα. Καὶ τοῦτο ἐξηγοῦνται, ὡς αὐτοῦ μόνου τὸ ἄγνωστον ἐπισταμένου, ὃ ἐφανέρωσεν ἐν τῷ τύπῳ τοῦ ἄλφα.

2. Ἔνια δὲ καὶ τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κειμένων εἰς τοῦτον τὸν χαρακτῆρα μεθαρμόζουσιν· ὡς τὴν πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ δωδεκαετοῦς ὄντος ἀπόκρισιν· « Οὐκ οἴδατε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πα« τρός μου δεῖ με εἶναι; » Ὃν οὐκ ᾔδεισαν, φασί, Πατέρα κα-

in HASTING's *Dict. of the Bible*, V, 420 sqq. Textus autem v. ap. TISCHENDORFF, *Evang. apoc.*, Lips. 1876.

(1) Haec ipsa fabula primum reperitur in c. VI et c. XIV *Evang. Thomae*, qui c. a. 160-170 confictum esse videtur. Magister ibi Zachaeus fingitur; iisdem prorsus verbis in *Evang. infantiae Salvatoris*, quod ab illo pendet, arabice legitur. [TISCHEND. p. 134 et 171].

(2) LUC. II, 49; lectio **οἴδατε** (Vulg. **ᾔδειτε**) est etiam in cod. D (Cantabr.), et vers. syr.

Patrem annuntiabat eis. Et propter hoc emisisse discipulos in duodecim tribus, annuntiantes ignotum eis Deum.(1) Et ei qui dixisset illi: « Magister bone »; eum, qui vere bonus esset Deus, confessum esse respondentem: « Quid me dicis « bonum? unus est bonus, Pater in caelis ».(2) Caelos autem nunc Aeonas dictos dicunt. Et propter hoc non respondisse eis, qui ei dixerunt, « In qua virtute hoc facis? »(3) sed e contrario interrogatione sua consternasse eos, inenarrabile Patris, in eo quod non dixerit, ostendisse eum interpretantur. Sed et in eo quod dixerit: « Saepius con- « cupivi audire unum ex sermonibus istis, et non habui « qui diceret mihi, »(4) manifestantis dicunt esse per hoc « unum » eum qui sit vere unus Deus, quem non cognove-

τήγγελλεν αὐτοῖς· καὶ διὰ τοῦτο ἐκπέμψαι τοὺς μαθητὰς εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς, κηρύσσοντας τὸν ἄγνωστον αὐτοῖς Θεόν. Καὶ τῷ εἰπόντι αὐτῷ, « Διδάσκαλε ἀγαθέ », τὸν ἀληθῶς ἀγαθὸν Θεὸν ὡμολογηκέναι εἰπόντα, « Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν « ἀγαθὸς, ὁ Πατὴρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ». Οὐρανοὺς δὲ νῦν τοὺς Αἰῶνας εἰρῆσθαι λέγουσι. Καὶ διὰ τὸ μὴ ἀποκριθῆναι τοῖς εἰποῦσιν αὐτῷ, « Ἐν ποίᾳ δυνάμει τοῦτο ποιεῖς; » ἀλλὰ τῇ ἀντεπερωτήσει ἀπορῆσαι αὐτοὺς, τὸ ἄῤῥητον τοῦ Πατρὸς, ἐν τῷ μὴ εἰπεῖν, δεδειχέναι αὐτὸν ἐξηγοῦνται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ εἰρηκέναι, « Πολλάκις ἐπεθύμησα ἀκοῦσαι ἕνα τῶν λόγων τούτων, « καὶ οὐκ ἔσχον τὸν ἐροῦντα », ἐμφαίνοντός φασιν εἶναι διὰ τοῦ « ἑνὸς » τὸν ἀληθῶς ἕνα Θεὸν, ὃν οὐκ ἐγνώκεισαν. Ἔτι ἐν τῷ

(1) Cfr. MATTH. X, 1 cum synopt.

(2) Cfr. VIII, 3, p. 133. Versus hac ratione (idem in HIPP. *Philos.* V, 1, 7) in Bibliis non est; at primum comma *Quid – bonum?* est ex MARC. X, 17, alterum vero ex MATTH. XIX, 17 cui adiunguntur verba *Pater in caelis*. EPIPH. (*Haer.* XLII) haec addidisse Marcionem testatur. Lectio inter *reiectas notabiles* a WESTCOTT-HORT adscribitur. Cfr. HIPP. V, 1, 7 (Cruice, p. 150).

(3) MATTH. XXI, 23; MARC. XI, 28; LUC. XX, 2, qui omnes habent ἐξουσίᾳ loco δυνάμει (cfr. iterum vers. syr.). Ad rei intellectum lege sacros textus.

(4) In Scripturis non est; cfr. RESCH, *Agrapha* (1907), p. 179.

rint. Adhuc in eo quod appropinquans ad Hierusalem ploraverit super eam, et dixerit; « Si cognovisses et tu hodie « quae sunt ad pacem, abscondita autem sunt a te »,(1) per eum sermonem qui est absconditus, apocryphon Bythi manifestasse. Et iterum dicentem, « Venite ad me omnes qui « laboratis et onerati estis, discite a me »,(2) veritatis Patrem annuntiasse. Quod enim nesciebant, inquiunt, hoc eis promisit se docturum.

3. Ostensionem autem superiorum, et velut finem regulae suae (3) afferunt haec: « Confiteor tibi Pater, Domine « terrae et caelorum, quoniam abscondisti ea a sapientibus « et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita Pater meus, « quoniam in conspectu tuo placitum factum est. Omnia « mihi tradita sunt a Patre: et nemo cognovit Patrem nisi

προσσχόντα αὐτὸν τῇ Ἱερουσαλὴμ δακρῦσαι ἐπ' αὐτὴν, καὶ εἰπεῖν· « Εἰ ἔγνως καὶ σὺ σήμερον τὰ πρὸς εἰρήνην, ἐκρύβη δὲ « ἀπὸ σοῦ »· διὰ τοῦ « ἐκρύβη » ῥήματος, τὸ ἀπόκρυφον τοῦ Βυθοῦ δεδηλωκέναι. Καὶ πάλιν εἰπόντα· « Δεῦτε πρός με « πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ », τὸν τῆς ἀληθείας Πατέρα κατηγγελκέναι. Ὃ γὰρ οὐκ ᾔδεισαν, φασὶ, τοῦτο αὐτοῖς ὑπέσχετο διδάξειν.

3. Ἀπόδειξιν δὲ τῶν ἀνωτάτω, καὶ οἱονεὶ κορωνίδα τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν φέρουσι ταῦτα· « Ἐξομολογήσομαί σοι Πάτερ, κύριε « τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας αὐτὰ ἀπὸ σοφῶν καὶ « συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· οὐὰ, ὁ Πατήρ μου, « ὅτι ἔμπροσθέν σου εὐδοκία ἐγένετο. Πάντα μοι παρεδόθη « ὑπὸ τοῦ Πατρός μου· καὶ οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ

(1) Luc. XIX, 42; at simplicius allatum. — Cfr. textum graecum.

(2) Matth. XI, 28 sq. quibusdam omissis ut sensus perverteretur.

(3) Habent ergo canonem, seu *didascaliam* (symboli ex Scripturis ostensionem ut vidimus) Gnostici quoque. Notandum locum Luc. X, 21 sqq. (= Matth. XI, 25 sq.) *Marcioni* perquam familiarem fuisse (Epiph. l. c.). Attende et varietates, quae cum illo et cum Iustino communes sunt.

« Filius, et Filium nisi Pater, et cuicumque Filius revela- « verit ». In his enim manifestissime aiunt ostendisse eum, quod ante adventum eius nemo manifeste cognoverit Patrem veritatis: (1) et aptare volunt, quod quasi fabricator et conditor semper ab omnibus cognitus sit, et haec Dominum dixisse de incognito omnibus Patre, quem ipsi annuntiant.

CAP. XXI, 1. [*WH. XIV.*] DE REDEMPTIONE SUA QUANTA DICUNT ET FACIUNT. Redemptionis autem ipsorum (2) traditionem evenit invisibilem esse et incomprehensibilem: videlicet quum sit incomprehensibilium et invisibilium mater. (3) Et propter hoc quum sit instabilis, non simpli-

« Υἱὸς, καὶ τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ ᾧ ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκα- « λύψῃ ». Ἐν τούτοις γὰρ διαῤῥήδην φασὶ δεδειχέναι αὐτὸν, ὡς τὸν .... Πατέρα ἀληθείας πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ μηδὲ ἑνὸς πώποτε ἐγνωκότος· καὶ κατασκευάζειν θέλουσιν, ὡς τοῦ ποιητοῦ καὶ κτίστου ἀεὶ ὑπὸ πάντων ἐγνωσμένου, καὶ ταῦτα τὸν Κύριον εἰρηκέναι περὶ τοῦ ἀγνώστου τοῖς πᾶσι Πατρὸς, ὃν αὐτοὶ καταγγέλλουσι.

XXI, 1. Τὴν δὲ τῆς ἀπολυτρώσεως αὐτῶν παράδοσιν συμβέβηκεν ἀόρατον εἶναι καὶ ἀκατάληπτον· ἅτε τῶν ἀκρατήτων καὶ ἀοράτων μητέρα ὑπάρχουσαν. Καὶ διὰ τοῦτο ἄστατον οὖσαν,

(1) « Ab ipsis confictum » addit graec., sed non desiderantur; pro « aptare » melius « adstruere » i. e. arguere, ex eo quod Demiurgus etc. — Cfr. l. IV, c. VI.

(2) I. e. (ut ex his quae adiacent liquet) Valentinianorum generatim non tantum Marcosiorum. (Cfr. LIPSIUS, *Prot. Kirch. Zeit.* 1873, p. 177 vel *praef.* l. II fin.).

(3) Redemtio, i. e. liberatio a potestatibus omnibus quae sint infra spirituales (ab ipso, ut vidimus, Demiurgo), et inductio in spiritualium censum. Cfr. quoque HIPP. VI, 41-42; *Exc. Theod.* 22, 77 et apud Schmidt, *Pistis Sophia*, p. 245 sqq.; *Liber Ieu*, p. 308 sqq. De effectu mox audies; de analogiis cum initiationibus in myste-

*

citer, neque uno sermone referendum est: quoniam unusquisque illorum, quemadmodum ipsi volunt, tradunt eam. Quanti enim sunt huiusmodi sententiae mystici antistites, tot sunt et redemptiones. Et quia ad negationem baptismatis eius quae est in Deum regenerationis,(1) et universae fidei destructionem, remissa(2) est species haec a Satana, arguentes eos referemus aptiori loco.

2. Dicunt autem eam necessariam esse his qui perfectam agnitionem acceperunt, ut in eam quae est super omnia virtus, sint regenerati. Aliter enim nobis impossibile esse intra Pleroma introire, quoniam haec est quae in profundum Bythi(3) deducit, secundum eos. Et baptisma quidem apparentis Iesu(4) in remissionem esse peccatorum, redemptionem

οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἑνὶ λόγῳ ἀπαγγεῖλαι ἔστι· διὰ τὸ ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καθὼς αὐτοὶ βούλονται, παραδιδόναι αὐτήν. Ὅσοι γάρ εἰσι ταύτης τῆς γνώμης μυσταγωγοί, τοσαῦται καὶ ἀπολυτρώσεις. Καὶ ὅτι μὲν εἰς ἐξάρνησιν τοῦ βαπτίσματος τῆς εἰς Θεὸν ἀναγεννήσεως, καὶ πάσης τῆς πίστεως ἀπόθεσιν ὑποβέβληται τὸ εἶδος τοῦτο ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, ἐλέγχοντες αὐτοὺς ἀπαγγελοῦμεν ἐν τῷ προσήκοντι τόπῳ.

2. Λέγουσι δὲ αὐτὴν ἀναγκαίαν εἶναι τοῖς τὴν τελείαν γνῶσιν εἰληφόσιν, ἵνα εἰς τὴν ὑπὲρ πάντα δύναμιν ὦσιν ἀναγεγεννημένοι. Ἄλλως γὰρ ἡμῖν ἀδύνατον ἐντὸς Πληρώματος εἰσελθεῖν· ἐπειδὴ αὕτη ἐστὶν ἡ εἰς τὸ βάθος τοῦ Βυθοῦ κατάγουσα κατ' αὐτούς. Τὸ μὲν γὰρ βάπτισμα τοῦ φαινομένου Ἰησοῦ, εἰς ἄφεσιν εἶναι ἁμαρ-

riis graecis eleusiniis, quae teste Tert. « Valentiniani fecerunt lenocinia » et cum ritibus magicis cfr. ANRICH, *Das antike Mysterienw.* p. 75 sqq.; 84 sqq.

(1) Cfr. I, 14, 6; I, 21 etc. Εἰς ἐπίδ. c. 7.

(2) Lege: *submissa,* i. e. inducta, suffecta in locum baptismi; eadem porro obiurgatio fit a IUSTINO, *Apol.* I, 62-64; *Dial.* 69, 70; TERT. *Praescr.* 40 etc.

(3) Nonnisi enim spiritus scrutatur *profunda Dei*; et « psychicum » (quod redemtione deponitur; cfr. § 5) « nihil in Pleroma transibit » (c. VII, 1, p. 121-122).

(4) Cfr. et. p. 173, not. 3.

autem esse eius qui in eo descenderit spiritus ad perfectionem:(1) et illud quidem animale, illam autem spiritalem esse repromittunt. Et baptisma quidem a Ioanne annuntiatum in poenitentiam, redemptionem autem eius qui in eo est Christi, positam(2) esse ad perfectionem: et hoc esse de quo dicit: « Aliud baptisma habeo baptizari, et valde « propero ad illud ».(3) Sed et filiis Zebedaei, matre ipsorum postulante, ut sedere faceret eos a dextris et a sinixtris cum eo in regno, hanc apposuisse redemptionem Dominum dicunt, dicentem: « Potestis baptismum baptizari, quod ego « habeo baptizari? »(4) Et Paulum manifeste dicunt eam, quae sit in Christo Iesu, redemptionem saepissime ostendisse: et esse hanc eam quae ab ipsis varie et inconsonanter traditur.

τιῶν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος κατελθόντος, εἰς τελείωσιν· καὶ τὸ μὲν ψυχικὸν, τὴν δὲ πνευματικὴν εἶναι ὑφίστανται. Καὶ τὸ μὲν βάπτισμα ὑπὸ Ἰωάννου κατηγγέλθαι εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν ὑπὸ Χριστοῦ κεκομίσθαι εἰς τελείωσιν. Καὶ τοῦτ' εἶναι περὶ οὗ λέγει· « Καὶ ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπ« τισθῆναι, καὶ πάνυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό ». Ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου, τῆς μητρὸς αὐτῶν αἰτουμένης τὸ καθίσαι αὐτοὺς ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ ἀριστερῶν μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν βασιλείαν, ταύτην προσθεῖναι τὴν ἀπολύτρωσιν τὸν Κύριον λέγουσιν, εἰπόντα· « Δύνασθε τὸ βάπτισμα βαπτισθῆναι, ὃ ἐγὼ μέλλω βαπτί« ζεσθαι; » Καὶ τὸν Παῦλον ῥητῶς φάσκουσι τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἀπολύτρωσιν πολλάκις μεμηνυκέναι· καὶ εἶναι ταύτην τὴν ὑπ' αὐτῶν ποικίλως καὶ ἀσυμφώνως παραδιδομένην.

(1) Iesus sese manifestans ad Iordanum *baptizatus* est a Ioanne, *redemtus* vero a Spiritu descendente ut columba in ipsum. Cfr. quoque *Exc. Theod.* 22; *Philos.* VI, 35.

(2) Graece simplicius, *redemtionem a Christo positam* etc.

(3) Luc. XII, 50; in omnibus codd. habes πῶς συνέχομαι εἰς ὅτου; sola tamen similitudo literarum, etsi magna sit, non sufficit ad immutationem explicandam.

(4) Marc. X, 38; ad sensum: *baptismum* est et in codd. omnibus.

3. [*WH. XIV*, 2]. QUOT MODI SUNT APUD EOS REDHIBITIONIS. Quidam enim ex ipsis sponsale cubiculum (1) quoddam adaptant, et quasi mysticum conficiunt cum quibusdam profanis dictionibus his qui sacrantur, et spiritales nuptias dicunt esse id quod ab ipsis fit, secundum similitudinem supernarum coniugationum. Alii autem adducunt ad aquam, et baptizantes ita dicunt: « In nomen « incogniti Patris omnium, in Veritatem matrem omnium, in « descendentem [in] Iesum ad unitionem [et redemptionem] « et communionem virtutum. » (2) Alii autem et hebraica nomina superfantur, (3) ut stupori sint, vel deterreant eos qui sacrantur, sic: « Basymma cachabasa eanaa uramista diarvada

3. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ' ἐπιῤῥήσεών τινων τοῖς τελειουμένοις, καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἄνω συζυγιῶν. Οἱ δὲ ἄγουσιν ἐφ' ὕδωρ, καὶ βαπτίζοντες οὕτως ἐπιλέγουσιν· « Εἰς ὄνομα ἀγνώστου Πατρὸς « τῶν ὅλων, εἰς Ἀλήθειαν μητέρα πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα « εἰς Ἰησοῦν, εἰς ἕνωσιν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων ». Ἄλλοι δὲ ἑβραϊκά τινα ὀνόματα ἐπιλέγουσι, πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλῆξαι τοὺς τελειουμένους, | οὕτως· « Βασεμὰ

(1) Hi enim ritus redemtionis adumbrant ingressum in Pleroma c. VII descriptum; cfr. p. 241, not. 2. Graec. usque ad | ap. EUS. IV, 11.

(2) BARNES opinatur hinc suspicari posse primordia symboli baptismalis haec fuisse: « Credo in « Patrem, et Filium, et Spiritum « Sanctum, in unam Ecclesiam, re« missionem peccatorum, commu« nionem sanctorum », verum subtiliori discursu saltem tria postrema quod attinet. (*Journ. o. th. St.* 1906).

(3) Usus linguae syriacae et hebraicae in formulis magicis frequens est. ANRICH, l. c. p. 96, not. 5, allegat quae leguntur in duobus papyris magicis apud WESSELY 118 et 426: **ἐγώ εἰμι ὁ ἐπικαλουμενός σε συριστὶ θεὸν μέγαν.... καὶ σὺ μὴ παρακούσῃς τὴν φωνὴν ἑβραιστί. – ποίησον τὸ πρᾶγμα ὅτι ἐξορκίζω σε κατὰ τῆς ἑβραικῆς φωνῆς.** De inspiratione Marcosiana horum papyr. cfr. LEEMANS, *Papyri graec. musei Lugd. Batav.*, ib. 1885, Introd.

« caëota bafobor camelanthi ».(1) Horum autem interpretatio est talis: « Hoc quod est super omnem virtutem Patris « invoco, quod vocatur lumen, et spiritus, et vita, quoniam « in corpore regnasti ». Alii autem rursus redemptionem profantur sic: « Nomen quod absconditum est ab universa « deitate, et dominatione, et veritate, quod induit Iesus « Nazarenus in zonis luminis, Christus Dominus viventis « per Spiritum sanctum in redemptionem angelicam ». Nomen(2) est quod restaurationis: « Messia ufar magno in seen-

« χαμοσσὴ βααιανοορὰ μισταδία ῥουαδὰ κουστὰ βαβοφὸρ κα- « λαχθεῖ ». Τούτων δ' ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη· « Τὸ ὑπὲρ « πᾶσαν δύναμιν τοῦ Πατρὸς ἐπικαλοῦμαι φῶς ὀνομαζόμενον, καὶ « πνεῦμα ἀγαθὸν, καὶ ζωὴ, ὅτι ἐν σώματι ἐβασίλευσας ». Ἄλλοι δὲ πάλιν τὴν λύτρωσιν ἐπιλέγουσιν οὕτως· « Τὸ ὄνομα τὸ ἀποκε- « κρυμμένον ἀπὸ πάσης θεότητος, καὶ κυριότητος, καὶ ἀληθείας, « ὃ ἐνεδύσατο Ἰησοῦς ὁ Ναζαρηνὸς ἐν ταῖς ζώναις τοῦ φωτὸς « τοῦ Χριστοῦ ζῶντος διὰ Πνεύματος ἁγίου εἰς λύτρωσιν ἀγγελι- « κήν ». Ὄνομα τὸ τῆς ἀποκαταστάσεως· « Μεσσία οὐφαρὲγ

(1) Haec aliter leguntur apud Nic. *Thes. Orth. Fid.* Graeca male sunt divisa at latinis saniora; syriaca potius sunt quam hebraica: at in his interpretandis non consentiunt periti. Rhenferd. legit: **βάσεμα χαμοσί βααίη νορὰ μίστα δαρούα δαχούστα βαφούρκαν μελάχθει**, ac interpretatur: « In no- « mine absconditi in vita luminis, « unctionis Spiritus Sanctitatis, in « redemtionem angelicam ». Harvey vero: **Βασεμὰ Ἀχαμῶθ Ἄβα οὐὰ νοῦρα μιστάμια Ῥοῦα δακούδσα βαφύρκαν μελάχθει**, scl. « In no- « mine Sophiae Patris, et Lucis, « quae vocata est Spiritus Sancti- « tatis et in redemtionem angeli- « cam ». Si haec vera sunt interpretatio sequens ab incauto quodam conficta est; equidem « in « corpore regnasti » est ex perpera lectione **βαφαγρὰχ μάλαχθι**. Loquutionem « in redemtionem ange- « licam », quae et in altera formula occurrit, sic exponit *Exc. Theod.* 22: « h. e. quam etiam angeli habent; « ut baptizatus sit qui nomine pro- « prio redemtionem adeptus est, « quo et angelus eius prius fuit ba- « ptizatus. Angeli vero in princi- « pio baptizati fuerunt in redemtio- « nem nominis illius, qui columbae « forma in Iesum descendit et « ipsum redemit ».

(2) De vi *nominis*, Anrich, l. c.

« chaldia mosomeda eaacha faronepseha Iesu Nazarene ». Et horum interpretatio est talis: « Christi non divido spi« ritum, cor, et supercaelestem virtutem misericordem: « fruar nomine tuo, Salvator veritatis ». Et haec quidem profantur ipsi qui sacrant. Qui autem sacratur respondet: « Confirmatus sum, et redemptus sum, et redimo animam « meam ab aeone hoc, et omnibus quae sunt ab eo in no« mine Iao, qui redemit animam eius in redemptionem in « Christo vivente ». Dehinc superfantur qui astant: « Pax « omnibus in quos hoc nomen requiescit ».(1) Post deinde ungunt sacratum opobalsamo.(2) Unguentum enim hoc

« ναμεμψαιμὰν χαλδαίαν μοσομηδαέα ἀκφαρναὶ ψεύουσα, Ἰησοῦ « Ναζαρία ». Καὶ τούτων δὲ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη· « Χριστοῦ « οὐ διαιρῶ τὸ πνεῦμα, τὴν καρδίαν, καὶ τὴν ὑπερουράνιον δύ« ναμιν, τὴν οἰκτίρμονα· ὀναίμην τοῦ ὀνόματός σου, Σωτὴρ ἀλη« θείας ». Καὶ ταῦτα μὲν ἐπιλέγουσιν αὐτοὶ οἱ τελοῦντες. Ὁ δὲ τετελεσμένος ἀποκρίνεται· « Ἐστήριγμαι, καὶ λελύτρωμαι, « καὶ λυτροῦμαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ « πάντων τῶν παρ' αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰαὼ, ὃς ἐλυτρώ« σατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς ἀπολύτρωσιν ἐν Χριστῷ τῷ ζῶντι ». Εἶτ' ἐπιλέγουσιν οἱ παρόντες· « Εἰρήνη πᾶσιν, ἐφ' οὓς τὸ ὄνομα « τοῦτο ἐπαναπέπαυται ». Ἔπειτα μυρίζουσι τὸν τετελεσμένον

(1) Cfr. et EPIPH. *Haer.* 36, 2. Huc quoque graeca etsi corrupta aptius ad sensum faciunt; at quae post vocem *Messia* referuntur, nihil ad interpretationem conferunt, quum potius conveniant responsioni « Confirmatus sum etc. », igitur syriaca 2ae et 3ae formulae perierunt; RHENFERD legit: **οὐφαρὲκ μεν νεψὶ ἀλέμα ἄνα οὐ μεν χολ δε βασμὴ δὲ Ιαὼ βακαφούρα... νάψα** I. N. quibus respondet adamussim supposita interpretatio: HARVEY vero **Μεσσία οὐμφαρὲκ ἄνα μεν νάψα οὐ μὲν χὰλ δαίαν δίνα βασομὴ δασα φραχ νάψα οὐὰ** I. N. = « Unctus et redemtus ego « ab anima et ab omni iudicio in « nomine Iah; redime animam « meam I. N. ». Viderint periti.

(2) Hic clauduntur excerpta Epiphanii; at sequentis § paraphrasis, est sub nomine Heracleonis, *haer.* 36. De ritibus unctionis cfr. HIPPOL. V, 7; ORIG. *c. Cels.* VI, 27; quos ritus etiam in papyris magicis saepe reperiri monet ANRICH, l. c. p. 104.

typum esse dicunt eius suavitatis, quae sit super universa.

4. [*WH. XIV, 3*]. Quidam autem eorum adducere quidam ad aquam supervacuum esse dicunt; admiscentes autem oleum et aquam in unum, cum quibusdam prophanis dictionibus, similibus quae praediximus, mittunt super eorum caput qui sacrantur: et hoc esse redemptionem volunt. Ungunt autem et ipsi opobalsamo. Alii autem haec omnia recusantes, dicunt, non oportere inenarrabilis et invisibilis virtutis mysterium per visibiles et corruptibiles perfici creaturas: et ea quae mente concipi non possunt, et incorporalia, et insensibilia, per sensibilia et corporalia. Esse autem perfectam redemptionem, ipsam agnitionem inenarrabilis magnitudinis. Ea enim, quae sunt de ignorantia labis et passione facta per agnitionem dissolvi, universum ignorantiae statum, uti sit agnitio redemptio interioris hominis. Et neque corporalem esse eam (corruptibile enim est corpus);

τῷ ὀπῷ τῷ ἀπὸ βαλσάμου· τὸ γὰρ μῦρον τοῦτο τύπον τῆς ὑπὲρ τὰ ὅλα εὐωδίας εἶναι λέγουσιν.

4. Ἔνιοι δ' αὐτῶν τὸ μὲν ἄγειν ἐπὶ τὸ ὕδωρ περισσὸν εἶναι φάσκουσι, μίξαντες δὲ ἔλαιον καὶ ὕδωρ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, μετ' ἐπιρρήσεων ὁμοιοτρόπων αἷς προειρήκαμεν, ἐπιβάλλουσι τῇ κεφαλῇ τῶν τελειουμένων· καὶ τοῦτ' εἶναι τὴν ἀπολύτρωσιν θέλουσι. Μυρίζουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τῷ βαλσάμῳ. Ἄλλοι δὲ, ταῦτα πάντα παραιτησάμενοι, φάσκουσι μὴ δεῖν τὸ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀοράτου δυνάμεως μυστήριον δι' ὁρατῶν καὶ φθαρτῶν ἐπιτελεῖσθαι κτισμάτων, καὶ τῶν ἀνεννοήτων καὶ ἀσωμάτων δι' αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν. Εἶναι δὲ τελείαν ἀπολύτρωσιν αὐτὴν τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἀρρήτου μεγέθους· ὑπ' ἀγνοίας γὰρ ὑστερήματος καὶ πάθους γεγονότων, διὰ γνώσεως καταλύεσθαι πᾶσαν τὴν ἐκ τῆς ἀγνοίας σύστασιν· ὥστε εἶναι τὴν γνῶσιν ἀπολύτρωσιν τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου. Καὶ μήτε σωματικὴν ὑπάρχειν αὐτὴν, (φθαρτὸν γὰρ τὸ σῶμα)· μήτε ψυχικὴν, ἐπεὶ καὶ ἡ ψυχὴ ἐξ ὑστερήματός ἐστι,

neque animalem, quoniam et anima de labe est, [et] spiritûs velut habitaculum: spiritalem ergo oportere et redemptionem esse. Redimi enim per agnitionem interiorem hominem spiritalem, et sufficere eis universorum agnitionem: et hanc esse redemptionem veram.[1]

5. [*WH. XIV, 4*]. Quemadmodum imbuunt eos, qui sibi credunt, et quibus sermonibus utuntur. Alii sunt qui mortuos[2] redimunt ad finem defunctionis, mittentes eorum capitibus oleum et aquam,[3] sive praedictum unguentum cum aqua, et cum supradictis invocationibus, ut incomprehensibiles et invisibiles principibus et potestatibus fiant, et ut superascendat super invisibilia interior ipsorum

καὶ τοῦ πνεύματος ὥσπερ οἰκητήριον· πνευματικὴν οὖν δεῖν καὶ τὴν λύτρωσιν ὑπάρχειν· λυτροῦσθαι γὰρ διὰ γνώσεως τὸν ἔσω ἄνθρωπον τὸν πνευματικόν, καὶ ἀρκεῖσθαι αὐτοὺς τῇ τῶν ὅλων ἐπιγνώσει· καὶ ταύτην εἶναι λύτρωσιν ἀληθῆ.

5. [.... τοὺς τελευτῶντας .... καὶ ἐπὶ αὐτὴν τὴν ἔξοδον φθάνοντας .... λυτροῦνται .... ἔλαιον ὕδατι μίξαντες ἐπιβάλλουσι τῇ κεφαλῇ τοῦ ἐξελθόντος. Οἱ δὲ μύρον τὸ λεγόμενον .... καὶ ὕδωρ τὴν .... ἐπίκλησιν κοινὴν ἔχοντες .... ἵνα δῆθεν .... ἀκράτητοι γένωνται καὶ ἀόρατοι ταῖς ἄνω ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις, εἰς τὸ ὑπερβῆναι ἀοράτως τὸν ἔσω αὐτῶν ἄνθρωπον ....

(1) Haec opinio Carpocratianorum quoque (Epiph. *Haer.* XL, 2).

(2) I. e.: morti proximos. Quae sequuntur sunt ex Epiph. *Haer.* XXXVI, 2–3 (Heracleonitae).

(3) Habes igitur praeter nostrum baptismum, apud Gnosticos redemtionem et confirmationem, ac morientium unctiones. Si ritus conferas plura invenies christianis sacramentis communia, immo nec deest (*Exc. Theod.* 22) impositio manuum (χειροθεσία) in confirmatione. Haec omnia confirmantur ex libris copticis saepe citatis; cfr. v. g. *Pistis S.* c. 141 sqq.; *Liber Ieû*, 45 sqq. At qui huiusmodi rem sedulo perpensam habuerit numquam dicet sacramenta ex his derivata, sed potius ex adverso, ut Patres uno ore praedicant; vel saltem « utrimque evolutionem liturgicam independenter peractam fuisse e « communibus exordiis »; Anrich, l. c. p. 105.

homo,(1) quasi corpus quidem ipsorum in creatura mundi relinquatur, anima vero proiiciatur Demiurgo. Et praecipiunt eis venientibus ad potestates (2) haec dicere, posteaquam mortui fuerint: « Ego filius a Patre, Patre qui ante « fuit, filius autem in eo qui ante fuit.(3) Veni autem vi« dere omnia quae sunt mea et aliena; non autem aliena « in totum, sed sunt Achamoth, quae est femina, et haec « sibi fecit: deducit enim genus ex eo qui ante fuit, et eo « rursus in mea unde veni ». Et haec dicentem evadere et effugere potestates dicunt. Venire quoque ad eos qui sunt

ὡς τῶν σωμάτων τούτων ἐν τῇ κτίσει καταλιμπανομένων· τῆς δὲ ψυχῆς αὐτῶν παρισταμένης τῷ Δημιουργῷ .... Ἐγκελεύονται δὲ .... ὅτι .... ἐὰν ἔλθῃ ἐπὶ τὰς .... ἐξουσίας .... τάδε εἰπεῖν, μετὰ τὴν .... τελευτήν]· « Ἐγὼ υἱὸς ἀπὸ Πατρὸς, Πατρὸς προόν« τος, υἱὸς δὲ ἐν τῷ προόντι. Ἦλθον πάντα ἰδεῖν τὰ ἀλλότρια, « καὶ τὰ ἴδια· καὶ οὐκ ἀλλότρια δὲ παντελῶς, ἀλλὰ τῆς Ἀχαμὼθ, « ἥτις ἐστὶ θήλεια, καὶ ταῦτα ἑαυτῇ ἐποίησε· κατάγω δὲ τὸ « γένος ἐκ τοῦ προόντος, καὶ πορεύομαι πάλιν εἰς τὰ ἴδια, « ὅθεν ἐλήλυθα ». Καὶ ταῦτα εἰπόντα διαφεύγειν τὰς ἐξουσίας

(1) Nempe pneuma quod in Pleroma transibit, corpus terrae, ψυχὴν Demiurgo relinquens. Cfr. supra c. VII, 2.

(2) I. e. Cosmocrator et caetera spiritalia malitiae, quibus corpus hylicum relinquitur. Opportune observat Anrich, l. c. p. 77, his ritibus geminos haberi qui apud ethnicos in genere, praesertim in mysteriis et ritibus magicis, saepe describuntur ἀποθανατίσμοι seu itinera animae post mortem. Cfr. super haec *De myst. aegyptiis*, VIII, 6; Plotin. *Ennead.* II, 9, 13; *fragm. pap. mag.* 556 sqq. Breviter rem pingit Arnob. *Adv. Nat.* II, 13 « quid illi sibi volunt secretarum « artium ritus, quibus affantur ne« scio quas potestates, ut sint vo« luntate placidae, neque ad sedes « remeantibus patrias obstacula « impeditionis opponant etc. ».

(3) Facile percipies hic notionem unionis hominis cum divinitate quam Gnostici studiose affectabant. Cfr. sup. XIV, 3 sententiam illam Marci ἵνα ἔσῃ ὁ ἐγὼ, καὶ ἐγὼ ὁ σὺ quam et *Pistis S.* (Schmidt, 203, 231) effert ut Christi dictum: « ille est ego, ego sum « isti, isti sunt ego »; huius etiam gemina exstat quae in *pap. anag. Leyden W.* (Leemans, o. c. I, p. 143)

circa Demiurgum,(1) et dicere eis: « Vas ego sum pretiosum, magis quam femina quae fecit vos. Si mater vestra ignorat radicem suam, ego autem novi meipsum, et « scio unde sim,(2) et invoco incorruptibilem Sophiam, « quae est in Patre, mater autem est matris vestrae, « quae non habet patrem, neque coniugem masculum; « femina autem a femina nata effecit vos, ignorans et « matrem suam, et putans seipsam esse solam: ego autem invoco eius matrem ». Haec autem eos qui circa Demiurgum sunt audientes, valde conturbari, et reprehendere suam radicem, et genus matris:(3) ipsos autem abire

Ἔρχεσθαι δὲ ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Δημιουργὸν .... καὶ λέγειν, ... « Σκεῦός εἰμι ἔντιμον, μᾶλλον παρὰ τὴν θήλειαν τὴν ποιήσασαν « ὑμᾶς. Εἰ ἡ μητὴρ ὑμῶν ἀγνοεῖ τὴν ἑαυτῆς ῥίζαν, ἐγὼ οἶδα « ἐμαυτὸν, καὶ γινώσκω ὅθεν εἰμὶ, καὶ ἐπικαλοῦμαι τὴν ἄφθαρτον « Σοφίαν, ἥτις ἐστὶν ἐν τῷ Πατρὶ, μήτηρ δὲ τῆς μητρὸς ὑμῶν « τῆς μὴ ἐχούσης πατέρα, ἀλλ᾽ οὐδὲ σύζυγον ἄῤῥενα· θήλεια « δὲ ὑπὸ θηλείας γενομένη ἐποίησεν ὑμᾶς, ἀγνοοῦσα καὶ τὴν μητέρα αὐτῆς, καὶ δοκοῦσα ἑαυτὴν εἶναι μόνην· ἐγὼ δὲ ἐπικαλοῦμαι αὐτῆς τὴν μητέρα ». Ταῦτα δὲ τοὺς περὶ τὸν Δημιουργὸν ἀκούσαντας σφόδρα ταραχθῆναι, καὶ καταγνῶναι αὐτῶν τῆς ῥίζης, καὶ τοῦ γένους τῆς μητρός· αὐτὸν δὲ πορευθῆναι εἰς

legitur: οὐ γὰρ εἶ ἐγὼ, καὶ ἐγὼ σῦ. Hanc esse principium vis redemtivae facile patet.

(1) I. e. in hebdomada, ubi ψυχή relinquitur.

(2) Achamoth « in ignorantia « omnia » generavit (c. IV, 2), a qua Gnostici liberantur. Cfr. *Exc. Theod.* 78: « Est autem non « solum lavacrum quod in liber« tatem nos asserit, verum etiam « et scientia quales fuerimus, quid « sumus effecti, ubi eramus, vel « ubi fuimus coniecti, quo pro« peramus, unde redemti sumus, « quid generatio, quid regeneratio ». Cfr. et *hymn. Naassen.* ap. HIPPOL. V, 1 fin. (Cruice, 183).

(3) I. e., ut diximus, ψυχήν. Ad seqq. faciunt quae in *Pist. Soph.* 286 (Schwartze) legimus: « Dicit « mysterium solutionis suorum « σφραγίδων et vinculorum om« nium ἀντιμίμου πνεύματος qui« bus Archontes ligarunt istud in « ψυχῇ et solvuntur vincula ἀντι« μίμου πνεύματος ut desistat ve« nire adversus ψυχήν illam ».

in sua, proiicientes nodos ipsorum, id est animam. Et de redemptione quidem ipsorum haec sunt quae quidem in nos venerunt. Quum autem discrepent ab invicem et doctrina, et traditione, et qui recentiores eorum agnoscuntur, affectant per singulos dies novum aliquid adinvenire, et fructificare quod numquam quisquam excogitavit, durum est omnium describere sententias.

CAP. XXII, 1. [*WH. XV*]. QUOD EST PROPOSITUM OMNIBUS HAERETICIS ET QUO TENDANT. Quum teneamus autem nos regulam veritatis,(1) id est, quia sit unus (2) Deus omnipotens, qui omnia condidit per Verbum suum, et aptavit, et fecit ex eo, quod non erat, ad hoc ut sint omnia; quemadmodum Scriptura dicit: « Verbo enim Domini caeli firmati « sunt, et Spiritu oris eius omnis virtus eorum ».(3) Et iterum: « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est « nihil ».(4) Ex omnibus autem nihil subtractum est; sed « omnia per ipsum » fecit Pater, sive visibilia, sive invisibilia, sive sensibilia, sive intelligibilia, sive temporalia propter quamdam dispositionem,(5) sive sempiterna, et aeonia non

τὰ ἴδια, ῥίψαντα τὸν δεσμὸν αὐτοῦ.... τουτέστι τὴν ψυχήν.... Καὶ περὶ μὲν τῆς ἀπολυτρώσεως ταῦτά ἐστιν ὅσα εἰς ἡμᾶς συνελήλυθεν. . . . .

(1) Cfr. p. 151, not. 1.

(2) Haec vox *unus*, ubique in symbolo Iren. legitur: at a primo typo romano exsulare videtur; quum autem initio tertii saec. in eumdem inducta pateat (cfr. *Can. Hippol.* ap. FUNK) pronum est inferre id contra Gnosticos factum esse. Veruntamen cfr. mox p. 244, not. 3.

(3) Ps. XXXIII, 6. Cfr. **Εἰς ἐπίδ.** 5; *A. H.* III, 8, 3.

(4) IOANN. I, 3. Cfr. p. 139, not. 4. In hoc « omnia » exponendo Ir. insistit ad elidendam fabulam Demiurgi tantum psychicorum, non autem spiritualium creatoris. Cfr. maxime **Εἰς ἐπίδ.** 5 et 8.

(5) Cfr. p. 155, not. 3. **Εἰς ἐπίδ.** 11: « Universa autem mundi « machina, quae omnia in se con- « tinet, quaeque a Deo ante homi- « nis creationem aptata est, homini

per angelos, neque per virtutes aliquas abscissas ab eius sententia:[1] nihil enim indiget omnium Deus; sed per Verbum et Spiritum suum omnia faciens, et disponens, et gubernans, et omnibus esse praestans: hic qui mundum fecit, etenim mundus ex omnibus:[2] hic qui hominem plasmavit, hic qui Deus Abraham et Deus Isaac, et Deus Iacob, super quem alius Deus non est, neque initium, neque virtus, neque Pleroma: hic Pater Domini nostri Iesu Christi, quemadmodum ostendemus: hanc ergo tenentes regulam, licet valde varia et multa dicant, facile eos deviasse a veritate arguimus. Omnes enim fere quotquot sunt haereses, Deum quidem unum dicunt,[3] sed per sententiam malam immutant, ingrati exsistentes ei, qui fecit eos, quemadmodum et Gentes per idolatriam. Plasma[4] autem Dei contemnunt, contradicentes suae saluti, ipsi sui accusatores amarissimi, et falsi testes exsistentes. Qui quidem resurgent in carne, licet nolint, uti agnoscant virtutem suscitantis eos a mortuis: cum iustis autem non adnumerabuntur, propter incredulitatem suam.

2. Quum sit igitur adversus omnes haereticos detectio atque convictio varia et multifaria, et nobis propositum est omnibus his secundum ipsorum characterem contradicere, necessarium arbitrati sumus prius referre fontem et radicem eorum, uti sublimissimum ipsorum Bythum cognoscens, intelligas arborem, de qua defluxerunt tales fructus.

« in habitaculum constituitur ».

(1) *Sententia:* gr. fuit Ἔννοια vel Νοῦς; his gemina recurrunt in Εἰς ἐπίδ. § 8 fin.

(2) I. e. voce « omnia » qua utitur Ioannes continetur.

(3) Deum unum igitur Gnostici quoque tenent; quid ergo multitudo Aeonum refert nisi enarrationem vitae et operationis illius?

(4) Opus quod Deus operatus est, praesertim materia et corpus (cfr. IX, 3, p. 146). Attende quid maxime Iren. in gnosi reprehendat, nempe denegationem salutis *carnis*, huiusque resurrectionem. Cfr. p. 145, 156, not. 4 cum locis ibi citatis, p. 234, not. 1 etc.

CAP. XXIII. [*WH. XVI*, Mss. XX]. QUAE EST SIMONIS SAMARITAE MAGI DOCTRINA. 1. Simon enim Samarites, magus ille, de quo discipulus et sectator apostolorum Lucas ait: « Vir quidam autem nomine Simon, qui ante « erat in civitate, magicam exercens, et seducens gentem Sa-« maritanorum, dicens se esse aliquem magnum, quem auscul-« tabant a pusillo usque ad magnum, dicentes: Hic est virtus « Dei, quae vocatur magna. Intuebantur autem eum, propter « quod multo tempore magicis suis dementasset eos ». (1) Hic igitur Simon, qui fidem simulavit, putans apostolos et ipsos sanitates per magicam, et non virtute Dei perficere, et per impositionem manuum Spiritu sancto adimplere credentes Deo per eum, qui ab ipsis evangelizatur Christus Iesus, per maiorem quamdam magicam scientiam et hoc suspicans fieri, et offerens pecunias apostolis, ut acciperet et ipse hanc potestatem quibuscumque velit dandi

(1) *Act.* VIII, 9 sqq. [hic, et plura in seq. allegatione vers. 20 sq., multa Vulgatae propria habentur verba]. De Simonis historia multa enarrantur at fabulosa (cfr. LIPSIUS, *Die Quellen der Petrussage* et alia ap. WAITZ, in *Realenc.* XVIII, 351). Ut omnium haeresum pater a IUSTINO, *Apol.* I, 26, 56; II, 15; *Dial.* 120 et ab HEGESIPPO (ap. EUSEB. *Hist. eccl.* IV, 22) ante Ir. tradebatur. Scripta illius commemorant primum *Recogn.* II, 38, sed ex quadam confusione cum Marcione; eidem etiam aetate Hippolyti tribuebatur Ἀπόφασις μεγάλη (cfr. *Philos.* VI, 7 sqq.), at, ut videtur, immerito. [Cfr. STAEHELIN, *Die gnost. Quellen Hippolyts*, Lipsiae, 1891, p. 360 sqq.]. Quae Ir. refert sunt ex quodam fonte antignostico Romae sub a. 170 usitato, unde non pauca et CELSUS, Ἀληθὴς λόγος (ap. ORIG. *C. Cels.* V, 22), hausisse videtur. De historia autem Simonis, deque illius relatione cum gnosticismo quale iudicium sit ferendum non constat. Certum est tantum Simonem magia ita excelluisse ut a vulgis primum deus existimaretur, qualem sese esse et ipse dein aperte professus sit. At exinde non videtur se ut Messiam, neque ut alterius christianae religionis sectae auctorem praebuisse (immo sunt qui teneant Simonem cum Helena nonnisi cultum Solis et Lunae instaurasse in Samaria [WAITZ, l. c. p. 359]). Illud fortasse discipulorum opera factum est, potissimum Alexandriae.

Spiritum sanctum, audivit a Petro: « Pecunia tua tecum « sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia « possideri: non est tibi pars, neque sors in sermone hoc: « cor enim tuum non est rectum coram Deo. In felle « enim amaritudinis, et obligatione iniustitiae video te esse ». Et quum adhuc magis non credidisset Deo, et cupidus intendit contendere adversus apostolos, uti et ipse gloriosus videretur esse, et universam magicam adhuc amplius inscrutans, ita ut in stuporem cogeret multos hominum: quippe quum esset sub Claudio Caesare, a quo etiam statua honoratus esse dicitur propter magicam.(1) Hic igitur a multis quasi deus glorificatus est, et docuit semetipsum esse qui inter Iudaeos quidem quasi Filius apparuerit, in Samaria autem quasi Pater descenderit, in reliquis vero gentibus quasi Spiritus sanctus adventaverit.(2) Esse autem se sublimissimam virtutem, hoc est eum qui sit super omnia Pater, et sustinere vocari se quodcumque eum vocant homines.

2. Simon autem Samaritanus, ex quo universae haereses

(1) Sub Claudio Caesare (41-54) Simonem floruisse et quidem circa a. 52-54 Romam venisse complurimis historicis probatur. Cfr. ad verbum et IUSTIN. l. c. (cui num etiam FLAV. *Antiq.* XX, 7, iungendus sit, non constat). Ibidem vero statua honoratum esse bene plures denegant: commentumque esse opinantur Iustini qui male legerit inscriptionem SEMONI SANCO DEO FIDIO, Deo cuidam Sabinae dicatam.

(2) Haec summi momenti sunt: sub apostolis enim exstitisse dicitur qui Patris, Filii et Spiritus s. naturae unitatem in suum placitum detorqueret (utique sabelliano more). Sententia graeca Ir. a THEODOR. (*Haer. Fab.* I, 1) servatur. Καὶ Ἰουδαίοις μὲν ὡς υἱὸν φανῆναι, πρὸς δὲ Σαμαρείτας ὡς πατέρα καταληλυθέναι, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις [Hipp. λοιποῖς] ἔθνεσιν ὡς πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτῆσαι. Hisce similia HIPPOL. (*Phil.* VI, 19) includit inter haec: Ἑαυτὸν δὲ λέγων ὑπὲρ πάντα δύναμιν εἶναι... Ὑπομένειν δὲ αὐτὸν καλεῖσθαι οἵῳ ἂν ὀνόματι καλεῖν βούλωνται οἱ ἄνθρωποι. Cfr. quoque CYRILL. HIEROS. *Catech.* VI, 14 = Ps. AUGUST. *De haeres.* I. Epiph. tamen partes Spiritus sancti Helenae attribuit, utpote quae femina sit; cfr. et TERT. *De an.* 34. Habes hic etiam testimonium de divinitate Christi quem magus imitari conabatur.

substiterunt, habet huiusmodi sectae materiam. (1) Hic Helenam quamdam, quam ipse a Tyro civitate Phoenices quaestuariam quum redemisset, secum circumducebat, (2) dicens hanc esse primam mentis eius conceptionem, matrem omnium, per quam in initio mente concepit angelos facere et archangelos. Hanc enim Ennoiam exsilientem ex eo, cognoscentem quae vult pater eius, degredi ad inferiora, et generare angelos et potestates, a quibus et mundum hunc factum dixit. (3) Posteaquam autem generavit eos, haec detenta est ab ipsis propter invidiam, quoniam nollent progenies alterius cuiusdam putari esse. (4) Ipsum enim se in totum ignoratum ab ipsis: Ennoian autem eius detentam ab his, quae ab ea emissae essent potestates, et angeli; et omnem contumeliam ab his passam, uti non recurreret sursum ad suum patrem, usque adeo ut et in corpore humano includeretur, et per saecula veluti de vase in vas

(1) Repetitio innuit hic Ir. recens scriptis iam dudum parata subnectere: et reapse haec videntur ex eodem « Catalogo » esse ex quo sunt c. XI, XII. Sequentia sic contrahit THEODOR. (l. c. I, 5): Ἑλένην τὴν πρώτην αὐτοῦ τοῦ νοῦ ἔννοιαν ἔφασκεν εἶναι, καὶ μητέρα τῶν ὅλων ὠνόμαζε, καὶ δι' αὐτῆς καὶ τοὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀρχαγγέλους πεποιηκέναι: ubi nota cogitationem (*ideam*) divinam matrem omnium dici, ut in Platonis doctrina. Cfr. quoque originem et operationem Astartes in mythologia babyl. vel etiam Minervae, *exsilientis* ex Iove, ut prima illius mentis conceptio, in graeca. — Helena autem primum cum Simone a IUSTINO iungitur (*Ap.* I, 26), at non eadem ratione qua Noster facit. Praeter Helenam, HIPPOL. Cleobium et Dositheum discipulos Simonis facit.

(2) HIPP. immo addit exinde pudorem habuisse discipulos, cui ut mederetur magister fabulam hanc effinxerit. Latinis vero Ir. respondet parva sententia: τέγους ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης πόλει... ἣν λυτρωσάμενος ἅμα ἑαυτῷ περιῆγε φάσκων etc. (adde quae ex Theod. in praec. not. desumpsimus).

(3) Similiter HIPP.: ὑπὸ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν κάτω ἐξουσιῶν οἳ καὶ τὸν κόσμον, φησίν, ἐποίησαν. Cfr. EPIPH. *Haer.* XXI, 3; TERT. *De an.* 34 eadem clarius reddit.

(4) I. e.: increatos et ingenitos se vellent. Lapsus hic et culpa angelorum prima Nostro apparet delineatio historiae Sophiae. *Ipsum* refer ad Simonem, i. e. Patrem super omnia.

transmigraret in altera muliebria corpora. Fuisse autem eam et in illa Helena, propter quam Troianum contractum est bellum; quapropter et Stesichorum per carmina maledicentem eam, orbatum oculis: post deinde poenitentem et scribentem eas, quae vocantur palinodias, in quibus hymnizavit eam, rursus vidisse.(1) Transmigrantem autem eam de corpore in corpus, ex eo et semper contumeliam sustinentem, in novissimis etiam in fornice prostitisse: et hanc esse perditam ovem.

3. Quapropter et ipsum venisse, uti eam assumeret primam et liberaret eam a vinculis,(2) hominibus autem salutem praestaret per suam agnitionem. Quum enim male moderarentur angeli mundum, quoniam unusquisque eorum concupisceret principatum, ad emendationem venisse rerum, et

XXIII, 3. .... οὕτως τοῖς ἀνθρώποις σωτηρίαν παρέσχε διὰ τῆς ἰδίας ἐπιγνώσεως. Κακῶς γὰρ διοικούντων τῶν ἀγγέλων τὸν κόσμον, διὰ τὸ φιλαρχεῖν αὐτούς, εἰς ἐπανόρθωσιν ἐληλυ-

(1) Ex HIPP.: ἥτις ἀεὶ καταγινομένη ἐν γυναιξὶν ... μετενσωματουμένην ὑπὸ τῶν ἀγγέλων ... ὅθεν καὶ ὁ Τρωικὸς πόλεμος δι' αὐτὴν γεγένηται. Ἐν γὰρ τῇ κατ' ἐκεῖνον καιρὸν γενομένῃ Ἑλήνῃ ἐνῴκησεν αὐτή... « *Οὕτως γοῦν τὸν Στησίχορον διὰ τῶν ἐπῶν λοιδορήσαντα αὐτὴν, τὰς ὄψεις τυφλωθῆναι· αὖθις δέ, μεταμεληθέντος αὐτοῦ καὶ γράψαντος τὰς Παλινῳδίας, ἐν αἷς ὕμνησεν αὐτήν, ἀναβλέψαι* ». De Stesichoro autem (vel Tisia ex Himera in Sicilia) deque illius carminibus adversus Helenam velut belli Troiani facem, deque aliis ab Ir. relatis, cfr. BERGK, *Poet. lyr. graec.* III, 205 sqq. Eadem prorsus enarrat ISOCRATES in *Helen. Encom.* 64. Praecipuum palinodiae argumentum innuit PLATO, *De rep.* 9, nempe Graecos non pro vera Helena decertasse, quippe quae dea erat illisque ignota, sed pro illius vacuo simulacro (εἴδωλον) quod sane systemati Simonis valde congruit. Praeterea notandum Helenam, apud Graecos iam ut ἔννοια Διός perhiberi; cfr. EUSTAT. *Comm. in Odys. Hom.* IV, 121.

(2) Iterum ex HIPP.: Μετενσωματουμένην ... ὕστερον ἐπὶ τέγους... στῆναι [τοῦτο εἶναι ἀπολωλὸν πρόβατον]. Ἐπὶ ... τὴν ταύτης πρώτην ζήτησιν, ἔφη, παραγεγονέναι, ὅπως ῥύσηται αὐτὴν τῶν δεσμῶν et cet. quae in textu damus. Cfr. et THEODOR. l. c.

descendisse eum transfiguratum, et assimilatum virtutibus, et potestatibus, et angelis, ut et in hominibus homo appareret ipse, quum non esset homo; et passum autem in Iudaea putatum, quum non esset passus.(1) Prophetas(2) autem a mundi fabricatoribus angelis inspiratos dixisse prophetias; quapropter nec ulterius curarent eos hi, qui in eum et in Helenam eius spem habeant, et ut liberos agere quae velint; secundum enim ipsius gratiam salvari homines, sed non secundum operas iustas. Nec enim esse naturaliter operationes iustas, sed ex accidenti,(3) quemadmodum posuerunt qui mundum fecerunt angeli, per huiusmodi praecepta in servitutem deducentes homines. Quapropter et solvi mundum, et liberari eos, qui sunt eius, ab imperio eorum qui mundum fecerunt, repromisit.(4)

θέναι αὐτὸν ἔφη μεταμορφούμενον καὶ ἐξομοιούμενον ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις, καὶ τοῖς ἀγγέλοις, ὡς καὶ ἄνθρωπον φαίνεσθαι αὐτόν, μὴ ὄντα ἄνθρωπον, καὶ παθεῖν δὲ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ δεδοκηκέναι, καὶ μὴ πεπονθότα...
Τοὺς δὲ προφήτας ἀπὸ τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων ἐμπνευσθέντας εἰρηκέναι τὰς προφητείας. Διὸ μὴ φροντίζειν αὐτῶν τοὺς εἰς τὸν Σίμωνα καὶ τὴν Ἑλένην πεπιστευκότας, ἕως τοῦ νῦν πράσσειν τε ὅσα βούλονται ὡς ἐλευθέρους· κατὰ γὰρ τὴν αὐτοῦ χάριν σώζεσθαι αὐτοὺς φάσκουσι, [καὶ οὐ διὰ πράξεων ἀγαθῶν] οὐ γάρ ἐστι φύσει κακὸν ἀλλὰ θέσει. Ἔθεντο γάρ, φησίν, οἱ ἄγγελοι οἱ τὸν κόσμον ποιήσαντες, ὅσα ἐβούλοντο· διὰ τῶν τοιούτων λόγων δουλοῦν νομίζοντες τοὺς αὐτῶν ἀκούοντας. Λύσιν δὲ αὖθις λέγουσι τοῦ κόσμου ἐπὶ λυτρώσει τῶν ἰδίων ἀνθρώπων.

(1) Nota docetismi initia antiquissima, qui ex pantheistica ethnicorum cosmogonia historicam Christi apparitionem expendebat.

(2) I. e. scriptores V. T. et praesertim Moysen scriptorem Legis: hos ab angelis malis inspiratos docet Simon, ut postea a Demiurgo et Achamoth gnostici. Cfr. *Hom. Clem.* XVIII, 12.

(3) I. e. ut mox « ex lege imposita (θέσει) ab angelis ut facilius sibi homines detinerent ».

(4) Redeunt huc quae ex Valent.

4. [*WH. XVI, 3*]. Igitur horum mystici sacerdotes libidinose quidem vivunt,(1) magias autem perficiunt, quemadmodum potest unusquisque ipsorum. Exorcismis et incantationibus utuntur. Amatoria quoque et agogima,(2) et qui dicuntur paredri et oniropompi,(3) et quaecumque sunt alia perierga apud eos studiose exercentur. Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Iovis, et Helenae in figuram Minervae; et has adorant: habent quoque et vocabulum a principe impiissimae sententiae Simone, vocati Simoniani,(4) a quibus falsi nominis scientia accipit initia, sicut ex ipsis assertionibus eorum adest discere.

5. [*WH. XVII*]. QUAE EST MENANDRI SENTENTIA, ET QUAE OPERATIONES IPSORUM. Huius successor fuit Menander,(5) Samarites genere, qui et ipse ad summum magiae per-

4. Οἱ οὖν τούτου μαθηταὶ μαγείας ἐπιτελοῦσι καὶ ἐπαοιδάς· φίλτρα τε καὶ ἀγώγιμα καὶ τοὺς λεγομένους ὀνειροπόμπους δαίμονας ἐπιπέμπουσι πρὸς τὸ ταράσσειν οὓς βούλονται. Ἀλλὰ καὶ παρέδρους τοὺς λεγομένους ἀσκοῦσιν. Εἰκόνα τε τοῦ Σίμωνος ἔχουσιν εἰς Διὸς μορφήν, καὶ τῆς Ἑλένης ἐν μορφῇ Ἀθηνᾶς, καὶ ταύτας προσκυνοῦσι...

p. 117 adnotavi « mundum quidem solvitis, vos autem non dissolvimini ».

(1) Lege sis HIPP. VI, 19 (p. 264).

(2) XIII, 5 *adlectantia* redditur.

(3) Adsistentes (cfr. XIII, 3, not.) et somnia immittentes (πέμπειν): « perierga » *Act.* XIX, 19, redditur « curiosa ».

(4) Hos tamen ORIG. *C. Cels.* I, 57 fere extinctos dicit « Nunc, puto, in toto orbe nequit Simonianorum numerus XXX inveniri: et utique plures dixi quam revera sunt »; ibid. VI, 11: « nusquam gentium hodie Simoniani ». Cfr. EUSEB. II, 13 (εἰς δεῦρο); CLEM. *Strom.* VII, 17; PSEUDOCYPR. *De rebapt.* 16.

(5) Ex hac pericope de Menandro quaedam servant EUSEB. III, 26 et THEOD. l. c. 2: (Αὐτὸν) Μενάνδρος διαδεξάμενος.... Σαμαρεύς, εἰς ἄκρον δὲ τῆς γοητείας οὐκ ἔλαττον... προελθὼν... Ἑαυτὸν μὲν ὡς ἄρα εἴη λέγων ὁ σωτήρ, ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων... ἐξ ἀοράτων ἀπεσταλμένος σωτηρίᾳ [THEOD.: Τοὺς δὲ ἀγγέλους, τῷ Σίμωνι παραπλησίως ὑπὸ τῆς ἐννοίας ἔφησε

venit. Qui primam quidem virtutem incognitam ait omnibus; se autem eum esse, qui missus sit ab invisibilibus Salvatorem pro salute hominum. Mundum autem factum ab angelis; quos et ipse, similiter ut Simon, ab Ennoia emissos dicit. Dare quoque per eam, quae a se doceatur, magicam scientiam addidit,(1) ut et ipsos qui mundum fecerunt, vincant angelos. Resurrectionem enim, per id, quod est in eum baptisma, accipere eius discipulos, et ultra non posse mori, sed perseverare non senescentes et immortales.(2)

CAP. XXIV. [*WH. XVIII*]. RELATIO EIUS QUAE EST SECUNDUM SATURNINUM(3) DOCTRINA. 1. Ex his Saturninus,(4) qui fuit ab Antiochia, ea quae est apud Daphnen, et Basilides, occasiones accipientes, distantes doctrinas(5) ostenderunt; alter quidem in Syria, alter vero in Alexandria. Saturninus quidem, similiter ut Menander, unum Patrem

XXIV, 1. Σατορνεῖλος δέ... ἐδογμάτισε τοιαῦτα ὁποῖα καὶ Μένανδρος. Λέγει δὲ ἕνα Πατέρα ἄγνωστον τοῖς πᾶσιν ὑπάρ-

προβληθῆναι, καὶ τούτους τὸν κόσμον δημιουργῆσαι]. Δύνασθαί τινα καὶ αὐτῶν τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων περιγένεσθαι, ... διὰ τῆς πρὸς αὐτοῦ παραδιδομένης μαγικῆς ἐμπειρίας ... καὶ διὰ τοῦ μεταδιδομένου πρὸς αὐτοῦ βαπτίσματος, οὗ τοὺς κατηξιωμένους... ἀθανασίαν μεθέξειν... μηκέτι θνήσκοντας,... παραμένοντας εἰς τὸ αεὶ ἀγήρως τινὰς καὶ ἀθανάτους ἐσομένους. Menandrum vero novimus natum Καππαρεταίᾳ in Galil., vixisse sub finem saec. 1: IUSTINUS de eo una cum Simone loquitur, atque eadem de illius doctrina ac Ir. tradit (l. c.).

(1) MASSUET legit *ad id*.

(2) Cfr. TERT. *De an.* 60: id tamen metaphorice dictum videtur, ut et apud Valentinum in fragm. mox citato; at multi Patres de vera immortalitate in terris intelligunt.

(3) Mss. legunt BASILIDEM, ut infra n. 3 SATURNINI, sed inscriptiones fortasse sedes commutarunt.

(4) Σατορνεῖλος apud HIPPOL., THEOD., EPIPH.; Σατορνῖνος apud EUSEB. De eo et Iustinus, *Dial.* 35 et Hegesippus scripserant, at praecipua Noster suppeditat. C. a. 150 videtur docuisse, atque nonnulla ex schola Marcionis et Cerdonis derivasse. Fragm. graecum est ex HIPPOL. *Philos.* VII, 28.

(5) Probabiliter διδασκαλεῖα = scholas (Interp. -λείας) ut apud EUSEB. *H. E.* IV, 7.

incognitum omnibus ostendit, qui fecit angelos, archangelos, virtutes, potestates. A septem autem quibusdam angelis(1) mundum factum, et omnia quae in eo. Hominem autem angelorum esse facturam, desursum a summa potestate lucida imagine apparente, quam quum tenere non potuissent, inquit, eo quod statim recurrerit sursum, adhortati sunt semetipsos, dicentes: « Faciamus hominem ad imagi« nem et similitudinem »:(2) qui quum factus esset, et non potuisset erigi plasma propter imbecillitatem angelorum, sed quasi vermiculus scarizaret,(3) miserantem eius desuper virtutem, quoniam in similitudinem eius esset factus, emisisse scintillam vitae,(4) quae erexit hominem, et articulavit, et vivere fecit. Hanc igitur scintillam vitae post defunctionem

χειν, τὸν ποιήσαντα ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους, δυνάμεις, ἐξουσίας. Ἀπὸ δὲ ἑπτά τινων ἀγγέλων τὸν κόσμον γεγενῆσθαι, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὸν ἄνθρωπον δὲ ἀγγέλων εἶναι ποίημα, ἄνωθεν ἀπὸ τῆς αὐθεντίας φωτεινῆς εἰκόνος ἐπιφανείσης, ἣν κατασχεῖν μὴ δυνηθέντες διὰ τὸ παραχρῆμα, φησίν, ἀναδραμεῖν ἄνω, ἐκέλευσαν ἑαυτοῖς λέγοντες· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον « κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν » · οὗ γενομένου, φησίν, καὶ [μὴ] δυναμένου ἀνορθοῦσθαι τοῦ πλάσματος διὰ τὸ ἀδρανὲς τῶν ἀγγέλων, ἀλλὰ ὡς σκώληκος σκαρίζοντος, οἰκτείρασα αὐτὸν ἡ ἄνω δύναμις, διὰ τὸ ἐν ὁμοιώματι αὐτῆς γεγονέναι, ἔπεμψε σπινθῆρα ζωῆς, ὃς διήγειρε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ζῆν ἐποίησε. Τοῦτον

(1) Unde hi sint, et num pro Deo vel contra Deum militent, vel etiam num medii inter Deum sint et Satanam, non bene liquet.

(2) *Gen.* I. 25: imago et similitudo quae eis ostenditur est patris Ennoia quae infra *virtus* dicitur.

(3) I. e. *reperet* (σκαρίζειν).

(4) H. e. anima, vel pneuma ut ex sqq. liquet. — Hinc conceptum restaurationis Achamoth, et infusionis seminis spiritualis acceperunt Valentiniani: cfr. saltem utrimque loquendi rationem. Origo autem huius mythi in eo videtur ponenda ut nempe ratio reddatur praedilectionis quam Deus, prae omnibus creatis, homini ostendit. — In hunc sensum lege similia apud **Εἰς ἐπιδ.** c. 12 fin. et sqq.

recurrere ad ea quae sunt eiusdem generis,[1] dicit: et reliqua, ex quibus facta sunt, in illa resolvi.

2. Salvatorem autem innatum demonstravit, et incorporalem, et sine figura; putative autem visum hominem. Et Iudaeorum Deum[2] unum ex angelis esse ait: et propter hoc quod dissolvere voluerint Patrem eius omnes principes, advenisse Christum ad destructionem Iudaeorum Dei, et ad salutem credentium ei; esse autem hos, qui habent scintillam vitae eius. Duo enim genera hic primus[3] hominum

οὖν τὸν σπινθῆρα τῆς ζωῆς μετὰ τὴν τελευτὴν ἀνατρέχειν πρὸς τὰ ὁμόφυλα λέγει, καὶ τὰ λοιπά, ἐξ ὧν ἐγένετο, εἰς ἐκεῖνα ἀναλύεσθαι.

2. Τὸν δὲ Σωτῆρα ἀγέννητον ὑπέθετο, καὶ ἀσώματον καὶ ἀνείδεον, δοκήσει δὲ ἐπιπεφηνέναι ἄνθρωπον· καὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων Θεὸν ἕνα τῶν ἀγγέλων εἶναι φησί· καὶ διὰ τὸ βούλεσθαι τὸν Πατέρα καταλῦσαι πάντας τοὺς ἄρχοντας, παραγενέσθαι τὸν Χριστὸν ἐπὶ καταλύσει τοῦ τῶν Ἰουδαίων Θεοῦ, καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πειθομένων αὐτῷ· εἶναι δὲ τούτους τοὺς ἔχοντας τὸν σπινθῆρα τῆς ζωῆς ἐν αὐτοῖς. Δύο γὰρ γένη τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ

(1) An *ignis* intelligendus, qui a Simone (ap. Hipp. VI, 9) rerum principium dicitur?

(2) Hic incipiunt propria huius scholae Basilidianae vel potius Marcioniticae quae hellenico odio ferebatur in iudaismum. Iahve caput est perduellionum angelorum (ἄρχοντες technica huic scholae loquutio = *Aeones*): ei Christus Salvator opponitur. Verum ut plenior imago huius soteriologiae quam Ir. subobscure tradit ita res restituenda videtur. Praecedit creatio hominum et horum distinctio in duas classes, bonos malosve: insequitur rebellio angelorum praeeunte Iahve, contra Deum in qua lucta hinc homines mali cum daemonibus, inde boni pugnant, donec Salvator advenerit in horum auxilium. Verum obscurum manet unde et cur sint homines mali qui sine scintilla vitae vivere possint. Aliquid huiusmodi Saturninum docuisse patet ex Praedest. 5 (*P. L.* LIII, 589): « Hic docuit septem angelos mundum fecisse, quibus cordi fuit libidines inserere ut, dum sese concupiscit ex alterutro diversitas sexus, mundus a sui fine refraenatus possit esse perpetuus ».

(3) Epiph. XXXIII, 2, ἀπ' ἀρχῆς.

plasmata esse ab angelis dixit, alterum quidem nequam, alterum autem bonum. Et quoniam daemones pessimos adiuvabant, venisse Salvatorem ad dissolutionem malorum hominum et daemonum, ad salutem autem bonorum. Nubere autem et generare a Satana dicunt esse.(1) Multi autem ex his, qui sunt ab eo, et ab animalibus abstinent, per fictam huiusmodi continentiam seducentes multos. Prophetias autem quasdam quidem ab his angelis, qui mundum fabricaverint, dictas; quasdam autem a Satana: quem et ipsum angelum adversarium mundi fabricatoribus ostendit, maxime autem Iudaeorum Deo.

3. [*WH. XIX*, 1.]. QUAE EST BASILIDIS ARGUMENTATIO. Basilides(2) autem, ut altius aliquid et verisimilius in-

τῶν ἀγγέλων πεπλάσθαι ἔφη, τὸν μὲν πονηρόν, τὸν δὲ ἀγαθόν· καὶ ἐπειδὴ οἱ δαίμονες τοῖς πονηροῖς ἐβοήθουν, ἐληλυθέναι τὸν Σωτῆρα ἐπὶ καταλύσει τῶν φαύλων ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων, ἐπὶ σωτηρίᾳ δὲ τῶν ἀγαθῶν. Τὸ δὲ γαμεῖν καὶ γεννᾶν ἀπὸ τοῦ Σατανᾶ φησὶν εἶναι. Οἱ πλείους δὲ τῶν ἀπ' ἐκείνου καὶ ἐμψύχων ἀπέχονται, διὰ τῆς προσποιήτου ταύτης ἐγκρατείας [ἐπαγαγόμενοι πολλούς]. Τὰς δὲ προφητείας, ἃς μὲν ἀπὸ τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων λελαλῆσθαι, ἃς δὲ ἀπὸ τοῦ Σατανᾶ, ὃν καὶ αὐτὸν ἄγγελον ἀντιπράττοντα τοῖς κοσμοποιοῖς ὑπέθετο, μάλιστα δὲ τῷ τῶν Ἰουδαίων Θεῷ.

(1) Id et seqq. ex doctrina intrinsecus malam esse materiem et psychen. Nota postremum Satanam qui in Scripturis Iahve contrarius perhibetur, ab his inter bonos spiritus reputari.

(2) De Basilide ante Ir. scripserant Iustinus (*Dial.*) Hegesipp. et praesertim Agrippa Castor (a. 140), qui Ἔλεγχον κατὰ Β. confecerat. Plura de eo Hipp. et maxime CLEMENS ALEX. (*Strom.* VII, 106) tradunt; fontes sunt etiam Ps. TERTULL. 16; ORIGENES (in *Luc.* I); HEGEMONIUS (*Acta Archel.*); EUSEB. *Chron.* ad a. 133. et *H. E.* IV, 7, 3; Praedestinatus et Hieron. Ortus est Alexandriae sub XVII Hadriani anno, Romam venit sub Pio c. a. 133; ex Alexandra Cephallenensi, quam duxerat, filium ac discipulum Isidorum habuit. Evangelium confecit XXIV libris (?) constans, probabilius [WINDISCH, in *Ztsch. f. neut.*

venisse videatur, in immensum extendit sententiam doctrinae suae,[1] ostendens Nun primo ab innato natum Patre, ab hoc autem natum Logon, deinde a Logo Phronesin,[2] a Phronesi autem Sophiam et Dynamin, a Dynami autem et Sophia virtutes, et principes, et angelos, quos et primos vocat, et ab his primum caelum factum. Dehinc ab horum derivatione alios autem factos, aliud caelum simile priori fecisse, et simili modo ex eorum derivatione quum alii facti essent, et antitypi eis qui super eos essent, aliud tertium

Wiss. 1906 3] ex Luca, in quod XXIV libros Exegeticorum scripsit, antiquissimum quod sciamus Evangelii commentarium (c. a. 125). Isidorus autem (ante a. 160) Ἠθικά, περὶ προσφυοῦς ψυχῆς, et Exegesim in prophetam Parcor (Bar-Coch'ba?) libros dedit. Praeterea in secta hac prophetiae magistrorum Basilidis, Barcoph et Bar-kabba, necnon Glauciae, discipuli Petri legebantur, praeter odas et incantationes quas et Ir. commemorat. Fragmenta quaedam in *Strom.* (III, IV et V); initium l. XIII Exegeticorum apud HEGEMONIUM, nuper (a. 1906) locupletius a BEESON editum. Indicem v. apud HARNACK, *Gesch.* I, 157-161; equidem ea magis conveniunt his quae Ir. describit ex fonte quodam romano, quam illis quae Hippolytus, usus compluribus documentis sui temporis, de Basilidianis III saec. potius quam de Basilide enarrat. Attamen Irenaeus omnino ex Clemente suppleri debet.

(1) EUSEB. IV, 7: προσχήματι δὲ ἀποῤῥητοτέρων... εἰς τὸ ἄπειρον τεῖναι τὰς ἐπινοίας... Vera tamen causa systematis Basil. ab EPIPH. *Haer.* XXIV, 6 recte perhibetur: ἀπὸ τοῦ ζητεῖν καὶ λέγειν· πόθεν τὸ κακόν;

(2) I. e. prudentia; his respondent ex THEODOR.: ⟨ἐκ τοῦ ἀγεννήτου⟩ νοῦν πρῶτον γεννῆσαι, ἐκ δὲ τοῦ νοὸς προβεβλῆσθαι τὸν λόγον, φρόνησιν δὲ ἀπὸ τοῦ λόγου, ἀπὸ δὲ τῆς φρονήσεως σοφίαν καὶ δύναμιν [ex EPIPH. *Haer.* XXIV, 1: ἐκ δὲ τῆς δυνάμεως καὶ σοφίας ἀρχαὶ ἐξουσίαι ἄγγελοι... ἐκ δὲ τούτων... γεγονέναι... πρῶτον οὐρανόν]. Ἐκ δὲ τῆς τούτων ἀποῤῥοίας ἄλλους γενομένους ἀγγέλους, ἄλλον οὐρανὸν ποιῆσαι, τῷ πρώτῳ προσόμοιον· εἶτα πάλιν ἐκ τῆς τούτων ἀποῤῥοίας ἑτέρους φύντας... τεκτήνασθαι καὶ τούτους ἕτερον οὐρανόν... καὶ τοὺς ἐκ τούτων πάλιν ἄλλον. *Haer. Fab.* I, 4.—Cfr. quoad sententiam CLEM. *Strom.* IV, 25; V. 1. Septem autem primi Aeones conferendi sunt cum septem Amshaspand mythologiae persicae. Derivatio vero caelorum et verba technica διάστημα, ἀποῤῥοια, ἀντίτυπον nexum huius systematis cum astrologia satis innuunt.

deformasse caelum: et a tertio deorsum descendentium quartum, et deinceps, secundum eum modum, alteros et alteros principes et angelos factos esse dicunt, et caelos CCCLXV. Quapropter et tot dies habere annum secundum numerum caelorum.(1)

4. [*WH. XIX, 2*]. Eos autem, qui posterius continent(2) caelum angelos, quod etiam a nobis videtur, constituisse ea quae sunt in mundo omnia, et partes sibi fecisse terrae, et earum quae super eam sunt gentium. Esse autem principem ipsorum eum, qui Iudaeorum putatur esse Deus. Et quoniam hic suis hominibus, id est Iudaeis, voluit subiicere reliquas gentes, reliquos omnes principes contra stetisse ei et contra egisse. Quapropter et reliquae resiluerunt gentes eius genti. Innatum autem et innominatum Patrem, videntem perditionem ipsorum, misisse primogenitum Nun suum, et hunc esse qui dicitur Christus,(3) in libertatem credentium ei a potestate eorum qui mundum fabricaverunt.

(1) HIPP. habet καὶ τξε οὐρανούς, καὶ τὸν μέγαν ἄρχοντα αὐτῶν εἶναι τὸν Ἀβρασάξ διὰ τὸ περιέχειν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ψῆφον τξε ... καὶ διὰ τούτων τὸν ἐνιαυτὸν τοσαύταις ἡμέραις συνεστάναι [VII, 26], quae videntur esse praesentium allegationem, dummodo post « *coelos 365* » reponas quod in calce capitis legitur: « esse autem principem il- « lorum ἀβράσαξ et propter hoc 365 « numeros habere in se », quod reapse ibidem sensum vix habet. Igitur non immerito Harvey putat haec, suo loco omissa, ad calcem restaurata, perperam cum illis coaluisse. — Cfr. et PRAEDEST. 3. — Hic quoque inducenda illa dualitas seu lucta tenebrarum ac lucis de qua diserte testatur HEGEMONIUS ed. cit. p. 96–97. Huius enim luctae quae exinde enarrantur de hominum genere nonnisi episodium constituunt.

(2) THEODOR.: Τοὺς δὲ τὸν οὐρανὸν τὸν ἔσχατον, τὸν ὑφ' ἡμῶν ὁρώμενον, οἰκοῦντας [= habitantes, Int. legit κρατοῦντας] ἀγγέλους δημιουργῆσαι τὸν κόσμον, καὶ τὴν τῆς γῆς διανείμασθαι δεσποτείαν· ἕνα δὲ κληρωθῆναι τὴν τῶν Ἰουδαίων οἰκονομίαν, καὶ τοῦτον ἄρχειν τῶν ἄλλων. Βουληθέντι δὲ τούτῳ τοῖς οἰκείοις ἅπαντα ὑποτάξαι τὰ ἔθνη, τοὺς ἄλλους ἄρχοντας ἀντιπράξασθαι.

(3) Ibid.: Τὸν δὲ ἀγέννητον ταῦτα θεώμενον, τὸν πρωτόγενον αὐτοῦ Νοῦν ἀποστεῖλαι, ὃν καὶ Χριστὸν προσηγόρευσεν.

Et gentibus ipsorum autem apparuisse eum in terra hominem, et virtutes perfecisse. Quapropter neque passum eum, sed Simonem quemdam Cyrenaeum angariatum portasse crucem eius pro eo: et hunc secundum ignorantiam et errorem crucifixum, transfiguratum ab eo, uti putaretur ipse esse Iesus: et ipsum autem Iesum Simonis accepisse formam, et stantem irrisisse eos.(1) Quoniam enim virtus incorporalis erat et Nus innati Patris, transfiguratum quemadmodum vellet, et sic ascendisse ad eum qui miserat eum, deridentem eos, quum teneri non posset, et invisibilis esset omnibus. Et liberatos igitur eos qui haec sciant a mundi fabricatoribus principibus: et non oportere confiteri eum qui sit crucifixus, sed eum qui in hominis forma venerit, et putatus sit crucifixus, et vocatus sit Iesus, et missus a Patre, uti per dispositionem hanc opera mundi fabricatorum dissolveret.(2) Si quis igitur, ait, confitetur crucifixum, adhuc hic servus est, et sub potestate eorum qui corpora fecerunt: qui autem negaverit, liberatus est quidem ab his, cognoscit autem dispositionem innati Patris.

5. [*WH. XIX, 3*]. Animae autem eorum soli esse salutem; corpus enim natura corruptibile exsistit. Prophetias autem et ipsas a mundi fabricatoribus fuisse ait principibus,

(1) Epiph. XXIV, 3: Οὐχὶ Ἰησοῦν πεπονθέναι, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν Κυρηναῖον.... ἐν τῷ βαστάζειν τὸν σταυρόν, μεταμεμορφωκέναι εἰς τοῦ ἑαυτοῦ [Ἰησοῦ] εἶδος, καὶ ἑαυτὸν εἰς τὸν Σίμωνα... ἐκείνου δὲ σταυρωμένου, ἑστήκει κατάντικρυς ἀοράτως ὁ Ἰησοῦς, καταγελῶν τῶν τὸν Σίμωνα σταυρούντων. Num vero ipse B. hanc substitutionem docuerit annon, vel potius discipuli eius, plures recte dubitant. Clemens quidem qui saepe de docetismo B. sermonem habet hoc omnino tacet.

(2) Theod. l. c.: Χρῆναι δὲ πιστεύειν οὐκ εἰς τὸν ἐσταυρωμένον (i. e. Simonem), ἀλλ' εἰς τὸν ἐσταυρῶσθαι δόξαντα (Iesum): οὕτω γὰρ... δυνατὸν τῆς τῶν κοσμοποιῶν δυναστείας ἀπαλλαγῆναι. Utiliter conferes doctrinas Satornili et Basilidis: in hac iam ad summum perducitur oppositio inter materiam et spiritum, id quod videtur, et id quod intelligi debet, in quo tantum est salus: igitur iam gnosis in proprio sensu habetur.

proprie autem legem a principe ipsorum, eum qui eduxerit populum de terra Aegypti. Contemnere autem et idolothyta et nihil arbitrari, sed sine aliqua trepidatione uti eis: habere autem et reliquarum operationum usum indifferentem, et universae libidinis.(1) Utuntur autem et hi magia, et imaginibus, et incantationibus, et invocationibus, et reliqua universa perierga: nomina quoque quaedam affingentes quasi angelorum, annunciant hos quidem esse in primo caelo, hos autem in secundo; et deinceps nituntur CCCLXV(2) ementitorum caelorum et nomina, et principia, et angelos, et virtutes exponere. Quemadmodum et mundus nomen esse, in quo dicunt descendisse et ascendisse Salvatorem, esse Caulacau.(3)

(1) THEOD. l. c.: Τὰς δὲ προφητείας καὶ αὐτὰς ὑπ' ἀγγέλων ἔφησε γεγενῆσθαι· τὸν δὲ νόμον ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος τεθῆναι τῶν Ἰουδαίων. Τῶν δὲ εἰδωλοθύτων ἀδεῶς μεταλαμβάνειν ... καὶ τὰς ἀπειρημένας πράξεις ἀδιακρίτως ἐπιτελεῖν. Harvey vellet 1^{m} periodum: post 2^{m} § 4^{i} inducere; at perperam, si enim tollas « legem esse a Iu« daeorum Deo » male intelliges cur opera in lege prohibita ab his indifferenter usurpentur. — Quas autem rationes psychologicas Basilidis sectatores ad suas concupiscentias cohonestandas attulerint lege apud CLEM. *Strom.* II, 20; cfr. tamen ibidem III, 1. De Basilide quippe idem iudicium ac de Valentino in hoc argumento ferri debet. — De paredris daemonibus serio loqui videtur Isidorus apud CLEM. *o. c.* VI, 6 fin. De metempsychosi iuxta quam plura exponebant Scripturae verba (v. g. *Gen.* XXIII, 4; *Rom.* VII, 9) cfr. ibid. c. IV, 26; ORIG. *In ep. ad Rom.* lib. V etc.

(2) THEOD. l. c.: Καὶ ἀγγέλων δὲ ὀνόματα διαπλάσαντες τοὺς μὲν τὸν πρῶτον ἔχειν ἔφασαν οὐρανόν, τοὺς δὲ τὸν δεύτερον, καὶ ἐφεξεῖς μεχρὶ τοῦ τξε.

(3) Ex hoc loco quaedam intercidisse videntur indeque sensus turbatus. Nomen Caulacau a primis gnosticis (Nicolaitis) usitatum tradunt NICETAS, *Thes. Orth.* I et EPIPH. (25, 4) qui immo illud docet depromtum ex ISA. 28, 10 קו-לקו וצו-לצו זעיר-שם = (LXX): « spem supra spem, tribulationem « super tribulationem, adhuc pau« lulum exspecta ». Id tamen gnostici, ut ex HIPP. V, 8 colligitur, aliter interpretabantur: « Haec sunt prae« grandia illa verba: " Caulacau, « Saulasau, Zeesar ", Caulacau ho« minis superioris, nempe Ada« mantis » [hebr. linea super lineam, quia scl. genitus ex multis virtutibus], « Saulasau inferioris et

6. Igitur qui haec didicerit, et angelos omnes cognoverit, et causas eorum, invisibilem et incomprehensibilem eum angelis et potestatibus universis fieri, quemadmodum et Caulacau fuisse. Et sicut filium incognitum omnibus esse, sic et ipsos a nemine oportere cognosci; sed quum sciant ipsi omnes, et per omnes transeant, ipsos omnibus invisibiles et incognitos esse. Tu enim, aiunt, omnes cognosce, te autem nemo cognoscat.(1) Quapropter et parati sunt ad negationem(2) qui sunt tales, imo magis ne pati quidem propter nomen possunt, quum sint omnibus similes. Non autem multos scire posse haec, sed unum a mille, et duo a myriadibus.(3) Et iudaeos quidem iam non esse dicunt,(4) christianos autem nondum: et non oportere omnino ipsorum mysteria effari, sed in abscondito continere per silentium.

7. [*WH. XIX, 4*]. Trecentorum autem sexaginta quinque caelorum locales positiones distribuunt similiter ut mathematici.(5) Illorum enim theoremata accipientes, in suum

« mortalis » [hebr. praeceptum supra praeceptum, utpote Demiurgi legislatoris creaturam], « Zeesar, « Iordanis sursum fluentis » [hebr. adhuc pusillum quia nempe, ut mox dicitur, pneuma quamplurimis absconditur]: sunt igitur tria haec nomina velut texera huius systematis, quatenus et divina, et humana, et gnostica innuunt. Caulacau omnibus superius quia Salvatoris est, ut ex seqq. magis patet. (Cfr. THEODOR. I, 4)

(1) EPIPH. 24, 5: ὅτι ὑμεῖς πάντα[ς] γινώσκετε, ὑμᾶς δὲ μηδεὶς γινωσκέτω.

(2) I. e. Christi, propter cuius nomen nec licet illos pati, quippe quod non a Christo, sed a Simone ipso, omnibus simili hominibus, in passione substentatum sit. Cfr. EPIPH. l. c. Lege tamen alia pulcherrima disserentem Basilidem de martyrio apud CLEM. l. c. l. IV, c. 12 integ.

(3) EPIPH. l. c.: ἑνὶ δὲ ἀπὸ χιλίων.. καὶ δυσὶν ἀπὸ μυρίων. Ἰουδαίους μὲν ἑαυτοὺς μηκέτι εἶναι φάσκουσιν, χριστιανοὺς δὲ μηκέτι γεγενῆσθαι· μόνον περὶ... μυστηρίου μηδενὶ ἀποκαλύπτειν ἀλλὰ σιγῇ ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς.

(4) Subintell. semetipsos, ἑαυτούς ut in EPIPH. legitur.

(5) I. e. astrologi « quos, gentilicio vocabulo, Chaldaeos dicere « oportet »; GELL. *Noct.* I, 9. De his plura apud HIPPOL. l. IV, 5 sqq.

characterem doctrinae transtulerunt: esse autem principem illorum « Abrasax » (1) et propter hoc CCCLXV numeros habere in se.

CAP. XXV. [*WH. XX, 1*]. QUAE EST CARPOCRATIS DOCTRINA, ET QUAE OPERATIONES EORUM QUAE AB EO SUNT OMNIA. 1. Carpocrates (2) autem et qui ab eo, mundum quidem, et ea quae in eo sunt, ab angelis multo inferioribus ingenito Patre factum esse dicunt. Iesum autem e Ioseph natum, et quum similis reliquis hominibus fuerit, distasse a reliquis secundum id, quod anima eius firma et munda quum esset, commemorata fuerit quae visa essent sibi

XXV, 1. Καρποκράτης τὸν μὲν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ὑπὸ ἀγγέλων πολὺ ὑποβεβηκότων τοῦ ἀγεννήτου Πατρὸς γεγενῆσθαι λέγει· τὸν δὲ Ἰησοῦν ἐξ Ἰωσὴφ γεγεννῆσθαι, καὶ ὅμοιον τοῖς ἀνθρώποις γεγονότα, δικαιότερον τῶν λοιπῶν γενέσθαι, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ, εὔτονον καὶ καθαρὰν γεγονυῖαν, δια-

(1) Cfr. not. 1, p. 256. De hoc nomine late et docte disserit DIETERICH, *Abrasax*, p. 360 sqq. Basilidi tamen non est ut vidimus nisi numerum 365 (Α = 1 Β = 2 Ρ = 100 Α = 1 Σ = 200 Α = 1 Ξ = 60).

(2) De Carpocrate meminerant iam Hegesippus (apud EUSEB. IV, 22); Heracleon (apud CLEM. *Ecl.* XXV); Celsus (apud ORIG. *C. Cels.* V, 62): notatu dignissima sunt etiam quae CLEMENS (*Strom.* III, 2) de hac secta refert (cfr. et TERTULL. *De an.* XXIII, 35; THEODOR. I, 5; EPIPH. XXVII, 2): Iren. tamen, utpote qui ex scriptis Carpocratis attigerit, fons praecipuus est. Vixit hic quoque sub Pio, non tamen Romae ubi secta ante Anicetum cognita non est (Iren. hic). Inter eius discipulis princeps fuit filius Epiphanes de quo p. 161, not. 3; scripta Carpocratis et incantationes ex Ir. novimus; tractatus Epiphanis περὶ δικαιοσύνης ex Clemente amplissime. Huius sectae character praecipuus est monotheismus et consequens aeonologiae simplificatio, ad quam obtinendam Christi divinitatem e medio tollunt: influxus quoque platonismi evidens est. Iren. textus graecus hic quoque ab HIPPOL. *Philos.* VII, 32 servatur. Cfr. quoque EUSEB. *H. E.* IV, 7 sqq.; THEODORET. et EPIPHAN., ll. cc.

in ea circumlatione, quae fuisset ingenito Deo:[1] et propter hoc ab eo missam esse ei virtutem, uti mundi fabricatores effugere posset, et per omnes transgressa, et in omnibus liberata, ascenderet ad eum: et eas,[2] quae similia ei amplecterentur, similiter.[3] Iesu autem dicunt animam in Iudaeorum consuetudine nutritam contempsisse eos,[4] et propter hoc virtutes accepisse, per quas evacuavit quae fuerunt in poenam, passiones,[5] quae inerant hominibus.

μνημονεῦσαι τὰ δρώμενα αὐτῇ ἐν τῇ μετὰ τοῦ ἀγεννήτου Θεοῦ περιφορᾷ,, καὶ διὰ τοῦτο ὑπ' ἐκείνου αὐτῇ καταπεμφθῆναι δύναμιν, ὅπως τοὺς κοσμοποιοὺς ἐκφυγεῖν δι' αὐτῆς δυνηθῇ· ἣν καὶ διὰ πάντων χωρήσασαν ἐν πᾶσί τε ἐλευθερωθεῖσαν ἀνεληλυθέναι πρὸς αὐτόν, ... (καὶ ὁμοίως τὰς) τὰ ὅμοια αὐτῇ ἀσπαζομένας. Τὴν δὲ τοῦ Ἰησοῦ λέγουσι ψυχὴν ἐννόμως ἠσκημένην ἐν Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσι, καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις εἰληφέναι, δι' ὧν κατήργησε τὰ ἐπὶ κολάσει πάθη προσόντα τοῖς ἀνθρώποις.

(1) Confer doctrinam Platonis de praeexsistentia animarum et de scientia innata in eis. (*Phaedr.* p. 247; *Phaedon*, pass.). Animae scl. ab initio erant in circumlatione (περιφορά verbum ipsum Platonis) apud Deum. Ab hac sublimitate delapsae sunt, et a mundi fabricatoribus in corpora detrusae, ut in conversatione praesenti omnia discant et patiantur donec bene edoctae suae libertati restituantur. Ad id potissimum animam iuvat meminisse (ἀνάμνησις) ea quae in prima circumlatione didicerat, quod eo facilius fit, quo purior et fortior anima est. Hinc omnibus excelsior anima Christi.

(2) Int. *animas*; cfr. Epiph. XXVII, 2.

(3) Subaudi (ibid.), *liberari et ad Patrem ascendere.*

(4) Gnosticis I saeculi certum igitur erat Iesum, quamvis sub Lege factum, tamen in Lege nequaquam omnia sua coarctasse: hoc nota ad conceptum « regni « Dei » quod Iesus praedicaverit. Praeterea si quae Ir. enarrat perpendas, optime percipies morum corruptionem gnosticis non ut talibus, sed ut iudaismo recalcitrantibus, derivasse; qui, quum sine *L*ege esse vellent, sine *l*egibus ullis facti sunt. At haec *altera facies* non videtur gnosticismo ut tali necessaria fuisse.

(5) Ad rem Clemens (*Strom.* III, 26) « Basilidis autem sectatores « affectus consueverunt vocare προ-

2. Eam igitur, quae similiter atque illa Iesu anima, potest contemnere mundi fabricatores archontas, similiter accipere virtutes ad operandum similia. Quapropter et ad tantum elationis provecti sunt, ut quidam quidem similes se esse dicant Iesu: quidam autem adhuc et secundum aliquid illo fortiores, qui sunt distantes amplius quam illius discipuli, ut puta quam Petrus et Paulus, et reliqui apostoli:(1) hos autem in nullo deminorari a Iesu. Animas enim ipsorum ex eadem circumlatione devenientes, et ideo similiter contemnentes mundi fabricatores, eadem dignas habitas esse virtute, et rursus in idem abire. Si quis autem plus quam ille contempserit ea quae sunt hic, posse meliorem quam illum esse.

2. Τὴν οὖν ὁμοίως ἐκείνῃ τῇ τοῦ Χριστοῦ ψυχῇ δυναμένην καταφρονῆσαι τῶν κοσμοποιῶν ἀρχόντων, ὁμοίως λαμβάνειν δύναμιν πρὸς τὸ πρᾶξαι τὰ ὅμοια· διὸ καὶ εἰς τοῦτο τὸ τῦφος κατεληλύθασιν, ὥστε τοὺς μὲν ὁμοίους αὐτῷ εἶναι λέγουσι τῷ Ἰησοῦ, τοὺς δὲ καί τι δυνατωτέρους, τινὰς δὲ καὶ διαφορωτέρους τῶν ἐκείνου μαθητῶν, οἷον Πέτρου καὶ Παύλου καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων· τούτους δὲ κατὰ μηδὲν ἀπολείπεσθαι τοῦ Ἰησοῦ. Τὰς δὲ ψυχὰς αὐτῶν ἐκ τῆς ὑπερκειμένης ἐξουσίας παρούσας, καὶ διὰ τοῦτο ὡσαύτως καταφρονούσας τῶν κοσμοποιῶν, τῆς αὐτῆς ἠξιῶσθαι δυνάμεως, καὶ αὖθις εἰς τὸ αὐτὸ χωρῆσαι. Εἰ δέ τις ἐκείνου πλέον καταφρονήσειεν τῶν ἐνταῦθα, δύνασθαι διαφορώτερον αὐτοῦ ὑπάρχειν.

« σαρτήματα i. e. appendices: et « ea esse, quoad essentiam, spiri« tus appensos animae rationi prae« ditae per quamdam conturbatio« nem et confusionem primige« niam » etc. Nota plura a Clemente Basilidi quoque tribui quae potius Carpocrati convenirent. Cfr. v. g. IV, 12: « Basilidis hypothe« sis dicit animam quae prius pec« caverat in alia vita, hic pati « supplicium » etc.

(1) Cfr. eadem de Marcosiis XIII, 6. Hipp. loco « qui sunt » habet τινάς i. e. « quidam et », sed lectio interpretis (ὄντας) magis cum seqq. consonare videtur. Cfr. etiam textum Epiphanii.

3. [*WH. XX, 2*]. Artes enim magicas operantur et ipsi, et incantationes, philtra quoque et charitesia, et paredros, et oniropompos, et reliquas malignationes, dicentes se potestatem habere ad dominandum iam principibus et fabricatoribus huius mundi: non solum autem, sed et his omnibus, quae in eo sunt facta. Qui et ipsi ad detrectationem divini Ecclesiae nominis, quemadmodum et gentes, a Satana praemissi sunt, uti secundum alium et alium modum, quae sunt illorum audientes homines, et putantes omnes nos tales esse, avertant aures suas a praeconio veritatis: aut et videntes quae sunt illorum, omnes nos blasphement, in nullo eis communicantes, neque in doctrina neque in moribus, neque in quotidiana conversatione.(1) Sed

3. Τέχνας οὖν μαγικὰς ἐξεργάζονται καὶ ἐπαοιδάς, φίλτρα τε καὶ χαριτήσια, παρέδρους τε καὶ ὀνειροπόμπους καὶ τὰ λοιπὰ κακουργήματα, φάσκοντες ἐξουσίαν ἔχειν πρὸς τὸ κυριεύειν ἤδη τῶν ἀρχόντων καὶ ποιητῶν τοῦδε τοῦ κόσμου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ποιημάτων ἁπάντων· οἵτινες καὶ αὐτοὶ εἰς διαβολὴν τοῦ θείου τῆς Ἐκκλησίας ὀνόματος πρὸς τὰ ἔθνη, ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ προεβλήθησαν, ἵνα κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον τὰ ἐκείνων ἀκούοντες ἄνθρωποι, καὶ δοκοῦντες ἡμᾶς πάντας τοιούτους ὑπάρχειν, ἀποστρέφωσι τὰς ἀκοὰς αὐτῶν ἀπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας κηρύγματος, [ἢ καὶ] βλέποντες τὰ ἐκείνων ἅπαντας ἡμᾶς βλασφημῶσιν...

(1) *Rom.* III, 3. Similia prorsus apud TERTULL. *Apolog.*; ORIG. *C. Cels.*; EPIPH. l. c. omnesque apologetas. — De pravis doctrinis huiusmodi specimen ex Epiphane apud CLEM. III, 2, ubi rerum quarumvis et mulierum quoque communicatio praescribitur simul et exercita perhibetur. Ceterum ibi quoque ut docet Clemens doctrina Platonis (*De Republ.*) male exaggeratur. Textum autem Iren. corruptum ita Massuet restituit: « Sed vitam « quidem luxuriosam [ducunt]; « sententiam autem impiam [ut « tegant] ad velamen malitiae « ipsorum [christiano] nomine ab- « utuntur etc. ». Non tamen omnia quae supplenda innuit sunt necessaria. Cfr. Epiph.

vitam quidem luxuriosam, sententiam autem impiam ad velamen malitiae ipsorum nomine abutuntur, « quorum iudi-« cium iustum est », (1) recipientium dignam suis operibus a Deo retributionem.

4. Et in tantum insania effraenati sunt, uti et omnia quaecumque sunt irreligiosa et impia, in potestate habere et operari se dicant. Sola enim humana opinione negotia mala et bona dicunt. (2) Et utique secundum transmigrationes (3) in corpora oportere in omni vita, et in omni actu fieri animas (si non praeoccupans quis in uno adventu omnia agat semel ac pariter, quae non tantum dicere et audire non est fas nobis, sed ne quidem in mentis conceptionem venire, nec credere, si apud homines conversantes in his, quae sunt secundum nos civitates, tale aliquid agitatur), uti, secundum quod scripta eorum dicunt, in omni usu vitae factae animae ipsorum, exeuntes, in nihilo adhuc minus habeant; adoperandum autem in eo, ne forte propterea quod deest libertati aliqua res, cogantur iterum mitti in corpus. Propter hoc dicunt Iesum hanc dixisse parabolam: « Quum es cum ad-« versario tuo in via, da operam, ut libereris ab eo, ne « forte te det iudici et iudex ministro, et mittat te in car-« cerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas « novissimum quadrantem ». (4) Et adversarium dicunt unum ex angelis, qui sunt in mundo (5), quem diabolum vocant,

(1) *Rom.* III, 8.

(2) THEOD.: Δόξῃ γάρ, φησίν, οὐκ ἀληθείᾳ, τὰ μὲν τῶν πραγμάτων κακὰ εἶναι δοκεῖ, τὰ δὲ ἀγαθά. Cfr. de Simonianis, p. 249.

(3) Metempsychosis, quam Simon de Helena tantum docebat, Carpocratiani ex orientalium placitis, de omnibus, et quidem ut turpia omnia et singula quis peragere possit, usurpantur; cfr. de his et sqq. TERTUL. *De an.* 35; et Ir. II, 32, 5.

(4) MATTH. V, 25 sqq. at prior comma magis ex LUC. XII, 58.

(5) TERTUL. vero: « ethnicus « homo adversarius noster », sed male interpretatur « ἀπὸ τοῦ κό-« σμου ». EPIPH. l. c.: Φασὶ γὰρ δεῖ παντῶς πᾶσαν χρῆσιν τούτων ποιεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐξελθοῦσαι καὶ ὑστερήσασαί τινος ἔργου, τούτου ἕνεκα κα-

dicentes factum eum ad id, ut ducat eas quae perierunt animas a mundo ad principem. Et hunc dicunt esse primum ex mundi fabricatoribus, et illum altero angelo, qui ministrat ei, tradere tales animas, uti in alia corpora includat: corpus enim dicunt esse carcerem. Et id quod ait: « Non exies inde, quoadusque novissimum quadrantem « reddas », interpretantur, quasi non exeat quis a potestate angelorum eorum, qui mundum fabricaverunt; sed sic transcorporatum semper,(1) quoadusque in omni omnino operatione, quae in mundo est,(2) fiat: et quum nihil defuerit ei, tum liberatam eius animam elibrari ad illum Deum, qui est supra angelos mundi fabricatores; sic quoque salvari et omnes animas, sive ipsae praeoccupantes in uno adventu in omnibus misceantur operationibus, sive de corpore in corpus transmigrantes, vel immissae in unaquaque

4. Εἰς τοσοῦτον δὲ μετενσωματοῦσθαι φάσκουσι τὰς ψυχάς, ὅσον πάντα τὰ ἁμαρτήματα πληρώσωσιν· ὅταν δὲ μηδὲν λείπῃ, τότε ἐλευθερωθεῖσαν ἀπαλλαγῆναι πρὸς ἐκεῖνον τὸν ὑπεράνω τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων Θεόν, καὶ οὕτως σωθήσεσθαι πάσας τὰς ψυχάς. Εἴ τινες δὲ φθάσασαι ἐν μιᾷ παρουσίᾳ ἀναμιγῆναι πάσαις ἁμαρτίαις οὐκέτι μετενσωματοῦνται, ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ

ταστραφῶσιν εἰς σώματα πάλιν αἱ ψυχαί... ὅπερ ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ Εὐαγγ. εἶπε διὰ παραβολῆς ὅτι· Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σοῦ, ἐν ᾧ ἧς ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, καὶ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, μή πῶς ὁ ἀντίδικος παραδῷ σε τῷ κριτῇ καὶ ὁ κριτὴς τῷ ὑπερέτῃ, καὶ ὁ ὑπερέτης βάλλῃ σε εἰς φυλακὴν [cet. ut ap. MATTH.]. Καὶ φάσιν εἶναι τὸν ἀντίδικον ἐκεῖνον, τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων ἀγγέλων ἕνα... ὄνομα ἔχοντα, διάβολον... εἰς αὐτὸ τοῦτο κατασκευάσθαι εἰς τὸ ἀπάγειν τὰς ψυχὰς πρὸς τὸν κριτήν... τὰς ἐντεῦθεν ἐξερχομένας ἐκ σωμάτων... παραδίδοσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος τῷ ὑπερέτῃ... εἰς τὸ φέρειν ψυχὰς πάλιν, καὶ εἰς σώματα καταγγίζειν διάφορα. . φασὶ γὰρ εἶναι τὴν φυλακὴν τὸ σῶμα. — Memento διάβολον idem esse ac calumniatorem.

(1) Fragm. graec. est ex HIPP. VII, 32.

(2) Euphemismus int.; verte tamen: *operatione ethnicorum*. Hipp. rotunde ἁμαρτήματα = *peccata*.

specie vitae adimplentes, et reddentes debita, liberari, uti iam non fiant in corpore.

5. [*WH. XX, 3*]. Et si quidem fiant haec apud eos, quae sunt irreligiosa, et iniusta, et vetita,(1) ego nequaquam credam. In conscriptionibus autem illorum sic conscriptum est, et ipsi ita exponunt; Iesum dicentes in mysterio discipulis suis et apostolis seorsum loquutum, et illos expostulasse, ut dignis et assentientibus seorsum haec traderent. Per fidem enim et caritatem salvari; reliqua vero, indifferentia quum sint, secundum opinionem hominum quaedam quidem bona, quaedam autem mala vocari, quum nihil natura malum sit.

6. [*WH. XX, 4*]. Alii vero ex ipsis signant cauteriantes suos discipulos in posterioribus partibus exstantiae dextrae auris. (2) Unde et Marcellina, (3) quae Romam sub

ἀποδοῦσαι τὰ ὀφλήματα, ἐλευθερωθήσονται τοῦ μηκέτι γενέσθαι ἐν σώματι.

5. Καὶ εἰ μὲν πράσσεται παρ' αὐτοῖς τὰ ἄθεα, καὶ ἔκθεσμα, καὶ ἀπειρημένα, ἐγὼ οὐκ ἂν πιστεύσαιμι. Ἐν δὲ τοῖς συγγράμμασιν αὐτῶν οὕτως ἀναγέγραπται, καὶ αὐτοὶ οὕτως ἐξηγοῦνται, τὸν Ἰησοῦν λέγοντες ἐν μυστηρίῳ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ ἀποστόλοις κατ' ἰδίαν λελαληκέναι, καὶ αὐτοὺς ἀξιῶσαι, τοῖς ἀξίοις καὶ τοῖς πειθομένοις ταῦτα παραδιδόναι. Διὰ πίστεως γὰρ καὶ ἀγάπης σώζεσθαι· τὰ δὲ λοιπὰ ἀδιάφορα ὄντα, κατὰ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων, πῇ μὲν ἀγαθά, πῇ δὲ κακὰ νομίζεσθαι, οὐδενὸς φύσει κακοῦ ὑπάρχοντος.

6. Τούτων τινὲς καὶ καυτηριάζουσι τοὺς ἰδίους μαθητὰς

(1) Pauca haec graece leguntur apud THEODOR. I, 5.

(2) Idem de his tradit HERACL. ap. CLEM. (*Ecl.* XXV): «Qui igne « aures eorum obsignarunt, qui hu- « iusce baptismi (in spiritu et igni) « sigillum acceperant; hoc nimirum « pacto intelligentes illud Apostoli: « "Ventilabrum enim in manu eius « ad aream purgandam, ac con- « gregabit triticum in horreum, « paleam vero comburet igni in- « exstinguibili". Eam nempe ob « causam quod triticum a palea di- « scernet, hoc est *ab indumento ter- « reno* » etc.

(3) EPIPH. l. c.: Μαρκελλίνα τις ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθεῖσα... ἐν χρό-

Aniceto venit, quum esset huius doctrinae, multos exterminavit. Gnosticos se autem vocant: etiam imagines, quasdam quidem depictas, quasdam autem et de reliqua materia fabricatas habent, dicentes formam Christi factam a Pilato, illo in tempore quo fuit Iesus cum hominibus.(1) Et has coronant, et proponunt eas cum imaginibus mundi philosophorum, videlicet cum imagine Pythagorae, et Platonis, et Aristotelis, et reliquam observationem circa eas similiter ut gentes faciunt.

CAP. XXVI. [*WH. XXI*]. QUALIS EST CERINTHI DOCTRINA. 1. Et Cerinthus (2) autem quidam in Asia, non a primo Deo factum esse mundum docuit, sed a virtute

ἐν τοῖς ὀπίσω μέρεσι τοῦ λοβοῦ τοῦ δεξιοῦ ὠτός. Καὶ εἰκόνας δὲ κατασκευάζουσι τοῦ Χριστοῦ, λέγοντες ὑπὸ Πιλάτου τῷ καιρῷ ἐκείνῳ γενέσθαι.

XXVI, 1. Κηρίνθος δέ τις, αὐτὸς Αἰγυπτίων, ἔλεγεν οὐχ ὑπὸ τοῦ πρώτου Θεοῦ γεγονέναι τὸν κόσμον, ἀλλ' ὑπὸ δυνά-

νοις... 'Ανικήτου [h. e. 155–166]... ἐν 'Ρωμῇ γενομένη... πολλοὺς... ἠφάνισε... Γνωστικῶν τῶν καλουμένων. Ἔχουσι δὲ εἰκόνας ἐνζωγράφους διὰ χρωμάτων, τινὰς δὲ ἐκ... λοιπῆς ὕλης, ἅτινα ἐκτυπώματά φασιν εἶναι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ταῦτα υπὸ Ποντίου Πιλάτο γεγενῆσθαι... ὅτε ἐνεδήμει τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει... ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων τινῶν, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος καὶ 'Αριστοτέλους καὶ τῶν λοιπῶν... ἱδρύσαντές τε προσκυνοῦσι καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελοῦσι μυστήρια. — De Marcellina cfr. et CELS. V, 62–64).

(1) PS. AUGUST. *Haeres*, 7; IOH. DAMASC. *Haer.* 27; PHOT. *Amphil.* 194; cfr. DOBSCHUETZ, *Christusbilder* [T. u. U. 1899], p. 27, 98*. Id non aliud fundamentum habet nisi *acta Pilati* et originem graecam imaginum Christi.

(2) De Cerintho hoc cfr. praecipue KUNZE (*De hist. gnostic. primis fontibus* pp. 60–67). *M*erinthus ab EPIPH., haesitante tamen, vocatur [*Haer.* 28, 8]. Contra illum pugnasse traduntur Iohannes [ap. Hieron.] Polycarpus (Ir. III, 3–4), Alogi (EPIPH., *Haer.* 51, 3). Cfr. maxime HIPP. *Philos.* VII, 33; X, 21; *Syntagm.* (PSEUDOTERT. 10). Asianus, immo Galata videtur, atque sub primo saec. vixisse. Prout hi qui sequentur, iudaizantibus potius adscribendus: at ab Iren. simul ponitur cum Carpocrate, ob consimilem de Christo sententiam.

quadam valde separata, et distante ab ea principalitate quae est super universa, et ignorante eum qui est super omnia Deum. Iesum autem subiecit, non ex virgine natum, (impossibile enim hoc ei visum est),(1) fuisse autem eum Ioseph et Mariae filium, similiter ut reliqui omnes homines, et plus potuisse iustitia, et prudentia, et sapientia ab omnibus.(2) Et post baptismum descendisse in eum, ab ea principalitate quae est super omnia, Christum figura columbae; et tunc annunciasse incognitum Patrem, et virtutes perfecisse; in fine autem revolasse iterum Christum de Iesu, et Iesum passum esse, et resurrexisse:(3) Christum autem impassibilem perseverasse, exsistentem spiritalem.

2. [*WH. XXII*]. QUAE EST EBIONITARUM DOCTRINA. Qui autem dicuntur Ebionaei, consentiunt(4) quidem mun-

μεως τινὸς κεχωρισμένης, τῆς ὑπὲρ τὰ ὅλα ἐξουσίας, καὶ ἀγνοούσης τὸν ὑπὲρ πάντα Θεόν. Τὸν δὲ Ἰησοῦν ὑπέθετο μὴ ἐκ παρθένου γεγενῆσθαι, γεγονέναι δὲ αὐτὸν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας υἱὸν, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀνθρώποις, καὶ δικαιότερον γεγονέναι καὶ σοφώτερον. Καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα κατελθεῖν εἰς αὐτὸν ἐκ τῆς ὑπὲρ τὰ ὅλα αὐθεντίας τὸν Χριστόν, ἐν εἴδει περιστερᾶς· καὶ τότε κηρῦξαι τὸν ἄγνωστον Πατέρα, καὶ δυνάμεις ἐπιτελέσαι, πρὸς δὲ τῷ τέλει, ἀποπτῆναι τὸν Χριστὸν ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τὸν Ἰησοῦν πεπονθέναι καὶ ἐγηγέρθαι, τὸν δὲ Χριστὸν ἀπαθῆ διαμεμενηκέναι πνευματικὸν ὑπάρχοντα.

2. Ἐβιωναῖοι δὲ ὁμολογοῦσι μὲν τὸν κόσμον ὑπὸ τοῦ ὄντος

(1) Glossa e margine in textum irrepta: cfr. graec. quae ex HIPPOL. l. c. depromuntur.

(2) = quam omnes [cfr., iuxta GRABE, LUC. XVIII, 14].

(3) et resurrexisse] Plane maximi valoris singulare testimonium in eo qui Iesum Christum Deum esse negaverit.

(4) I. e. nobiscum, contra Cerinthum et Carpocratem; igitur expungendum proximum *non*, quod et apud Hipp. deest (hic et X, 22), aut « *con*similiter » legendum ut vult Grabe. — De Ebionaeis multa disputata sunt (cfr. BENIGNI, *Econom. sociale*, pp. 246–264); nomen eorum (אביונים = pauperes) ac in-

dum a Deo factum: ea autem quae sunt erga Dominum, ⟨non⟩ similiter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur. Solo autem eo quod est secundum Matthaeum (1) Evangelio utuntur, et apostolum Paulum recusant, apostatam eum Legis dicentes. (2) Quae autem sunt prophetica, curiosius exponere nituntur; et circumciduntur ac perseverant in his consuetudinibus, quae sunt secundum Legem, et Iudaico charactere vitae, uti et Hierosolymam adorent, quasi domus sit Dei. (3)

3. [*WH. XXIII*]. Quae sunt Nicolaitarum opera. Nicolaitae autem magistrum quidem habent Nicolaum, unum ex vii qui primi ad diaconium ab apostolis ordinati sunt: (4) qui indiscrete vivunt. Plenissime autem per Iohannis Apocalypsin manifestantur qui sint, nullam differentiam esse docentes in moechando, et idolothyton edere. Quapropter dixit et de his sermo: « Sed hoc habes quod odisti opera « Nicolaitarum, quae et ego odi ». (5)

Θεοῦ γεγονέναι· τὰ δὲ περὶ τὸν Χριστὸν ὁμοίως τῷ Κηρίνθῳ καὶ Καρποκράτει μυθεύουσιν.

doles vitae illos ex Essaenis naziraeis prognatos ostendit; Hegesippus docet (ap. Eus. IV, 32) Thebutim quemdam, post mortem s. Iacobi, horum parentem exstitisse atque hanc fuisse primam christiani nominis sectam. Iudaizantes certo sunt: eorum igitur scripta omnia sunt quae Legem et iudaismum extollunt, pseudoclementina praesertim.

(1) Apud Euseb. vero τῷ καθ' Ἑβραίους: hinc celebris illa quaestio de Evangelio secundum Hebraeos: quam cfr. apud Zahn. *D. Ebräerevangelium* (*Gesch. d. NT. Kanons*, II², 624).

(2) Ἀποστάτην ἀποκαλοῦντες αὐτὸν τοῦ νόμου (Euseb. III, 27). Cfr. et Orig. *C. Cels.* I, 65.

(3) Similia illis obiicit *ep. Barn.* § 16. Cfr maxime Iustin. *Dial. c. Tryph.* 47. Vide etiam c. V, 3, Sophiam hoc nomine donatam.

(4) *Act.* VI 5; Hipp. VII, 36: Νικόλαος εἷς τῶν ἑπτὰ εἰς διακονίαν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων κατασταθείς... ἐδίδασκεν ἀδιαφορίαν βίου. Cfr. et Ir. III, xi, 1.

(5) *Apoc.* II, 6, (15, 20); Hipp.: διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως ἤλεγχε πορνεύοντας καὶ εἰδωλόθυτα ἐσθίοντας. Clemens (*Strom.*, II, 20): « Tales « etiam sunt qui dicunt se sequi

CAP. XXVII. [*WH. XXIV*]. QUAE EST CERDONIS SENTENTIA. 1. Et Cerdon autem quidam (1) ab his, qui sunt erga Simonem, occasionem accipiens quum venisset Romam sub Hygino, qui nonum locum episcopatus per successionem ab apostolis habuit, (2) docuit eum qui a lege et prophetis annuntiatus sit Deus, non esse Patrem Domini nostri Iesu Christi. Hunc enim cognosci, illum autem ignorari: et alterum quidem iustum, alterum autem bonum esse.

XXVII, 1. Κέρδων δέ τις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Σίμωνα τὰς ἀφορμὰς λαβών, καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ὑγίνου, ἔνατον κλῆρον τῆς ἐπισκοπικῆς διαδοχῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος, ἐδίδαξε τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ προφητῶν κεκηρυγμένον Θεόν, μὴ εἶναι Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τὸν μὲν γὰρ γνωρίζεσθαι, τὸν δὲ ἀγνῶτα εἶναι· καὶ τὸν μὲν δίκαιον, τὸν δὲ ἀγαθὸν ὑπάρχειν.

« Nicolaum adducentes quoddam « eius viri adagium ... δεῖ παρα- « χρῆσθαι σαρκί... Sed ille vir « praeclarus significabat oportere « voluptates arcere... et ita mar- « cidas reddere carnis appetitiones. « Hi autem instar hircorum effusi « in voluptates... in luxu et de- « liciis vitam agunt:... ipsorum « autem infossa est anima in caeno « vitii ut qui decretum ipsum vo- « luptatis, non apostolici viri se- « quantur » etc. Cfr. et III, 14; EPIPH. XXV, 2. — Quae horum scripta efferuntur « in nomen Ial- « dabaoth » (ibid.), « evangel. per- « fectionis », « prophetici libri Bar- « kabbas » (PHILAST. 33), « liber « Noria » (EPIPH. XXVI, 1) etc. magis Ophitas et Barbeliotas respiciunt. Hinc quamvis illorum doctrinas Ir. non commemoret: ex *Strom.* (III, 14); EPIPH. (25, 2); TERTULL. *Praescr.* (33) coniicere possumus easdem esse quas hi gnostici (cfr. c. XXX) profitebantur.

(1) De Cerdone hoc, patria syro, nil aliud novimus: complures enim qui de eo scripserunt ab Ir. sua mutuati sunt, Cerdoni etiam tribuentes plura quae discipulo tantum conveniunt.— Quae supersunt graeca sunt ex EUSEB. *H. E.* IV, 11, (Cfr. *Philosoph.* VII, 37).

(2) Cfr. III, 3, 2, ubi ex proposito de successione RR. Pontificum sermo erit: ibi quoque expendetur antinomia huius loci in quo octavus non nonus ponendus videretur Hyginus.

2. [*WH. XXV*]. QUAE SUNT QUAE MARCION DOCUERIT. Succedens autem ei Marcion Ponticus, (1) adampliavit doctrinam, impudorate blasphemans eum qui a lege et prophetis annunciatus est Deus, malorum factorem, et bellorum concupiscentem, et inconstantem quoque sententia, et contrarium sibi ipsum dicens. (2) Iesum autem ab eo Patre, qui est super mundi fabricatorem Deum, venientem in Iudaeam temporibus Pontii Pilati praesidis, qui fuit procurator Tiberii Caesaris, (3) in hominis forma manifestatum

(1) De Marcione late ac perdocte HARNACK, *Chronol.* 297 sqq.: *Dogmeng.* I, 254 sqq. Quum vero iam in hac *Bibl.* (ser. III, 4) praecesserit opus TERTULL. *Adv. Marcion.* de hoc haeretico fons princeps, a pluribus commentariis abstinere possumus. — Natus est Marcion, episcopi filius Synope in Ponto, navarchus primum extitit, propter stuprum ab Ecclesia eiectus, Romam sub Pio (c. a. 150) venit, invaluit sub Aniceto. Eum ante ante Irenaeum impugnaverant Polycarpus, Iustinus, (*Syntagma ctr. Marc.* [Cfr. Iren. IV, 6, 2; V: 26, 2]) Modestus, Dionysius Cor., Philippus a Gortyna, Melito, Hegesippus [hi ap. EUS. V, 16, 21] ac THEOPHILUS ANT. (*ep. ad Authol.* et aliis deperditis scriptis, inter quae Λόγος κατὰ Μαρκίωνος ex quo sua hausisse Irenaeum Harnack, Zahn, Waitz etc. putant), Rhodon etc. — Priora verba graeca huius § ita tradit EUSEB. l. c.: Διαδεξάμενος δὲ αὐτὸν Μαρκίων ὁ Ποντικός, ηὔξησε τὸ διδασκαλεῖον ἀπερυθριασμένως βλασφημῶν...

(1) Doctrina Marcionis eo dumtaxat cum gnosticismo convenit, quod mundum non ab Altissimo Deo (quem quidem ὡς ὄντα μείζονα τὰ μείζονα παρὰ τοῦτον πεποιηκέναι existimabat [IUST. I. 26]), sed ab inferiore Demiurgo creatum dicat, a quo etiam quidquid materiae et corporis est, derivat. Verum illud proprium sibi vindicat, post Basilidem, quod hunc Deum Legis, alterum vero, et cum hoc Christum, Deum Evangelii dicat; inter utrumque autem maximam « diversitatem ingeniorum, « legum, virtutum » (TERT. *Marc.* I, 19, 2) praedicet de qua late Tertullianus disserit. Hinc ut Altissimum et Christum extollat, Demiurgum seu Cosmocratorem indigne deprimit, exaggerans omnia quae in V. lege christiano sensui minus convenire (quum ipse litteram serviliter sequeretur) autumabat.

(3) Evang. Lucae sec. Marcionem his verbis incipiebat: « Decimo « quinto anno Tiberii Caesaris, « Pontio Pilato procurante Iu- « daeam » [nempe sub Gentibus, non sub Iudaeis] « descendit Deus

his qui in Iudaea erant, dissolventem prophetas, et Legem, et omnia opera eius Dei qui mundum fecit, quem et Cosmocratorem dicit.(1) Et super haec, id quod est secundum Lucam evangelium circumcidens, et omnia quae sunt de generatione Domini conscripta auferens, et de doctrina sermonum Domini multa auferens, in quibus manifestissime conditorem huius universitatis suum Patrem confitens(2) Dominus conscriptus est; semetipsum esse veraciorem, quam sunt hi qui evangelium tradiderunt apostoli,(3) suasit discipulis suis; non evangelium, sed particulam evangelii tradens eis. Similiter autem et apostoli Pauli epistolas abscidit, auferens quaecumque manifeste dicta sunt ab Apostolo de eo Deo

« in Capernaum et diebus sabbati « docebat ». TERT. *C. Marc.* IV, 2; HIPP. VII, 31. Hinc nulla cura Marcioni fuit Deum a Christo seiungere, neque coniunctionem cum visibili hominis natura aliquo modo exponere: Patres autem uno ore eum docetis accensent: cfr. HIPP. X, 19; TERT. *Carn.* 1 et 2; CYPR. *Iudaban.* et, si genuina sunt, fragmenta Marcionis apud NICEPH. *Antirrh.* [PITRA, *Spic. Sol.* I, 406] δοκήσει τὸν Χριστὸν πεπονθέναι καὶ ταφῆναι.... οὐκ ἦν ἄνθρωπος ἀληθῶς, ἀλλ' ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γέγονεν [*Rom.* VIII, 3] quod postremum ad amussim congruit praesentibus Iren. verbis: « in ho« minis forma manifestatum ».

(1) *Antitheses* Marcionis in eo totae sunt ut ostendant Christum prorsus contraria operatum esse his quae a Deo in Lege fiunt vel praescribuntur. Cfr. ap. TERTULL. passim.

(2) Alludere videtur praesertim ad LUC. X, 21 quem vers. Marcion legebat « Confiteor tibi Do« mine caeli quod abscondisti etc. » suppressis nempe verbis « O Pater » « et terrae »; TERT. *Marc.* IV, 25.

(3) Ipse Marcion qui ad suum finem cuncta V. T. vera et historica et iuxta litteram accipienda fatebatur, multa N. T. scripta « pseudapostolis falsariis et iudaicis « evangelizatoribus » adscribebat [TERT. V, 19]. Inter hos Petrus, Ioannes, Iacobus, atque ad Paulum appellabat qui (*Gal.* II, 14) hos dicit non in veritate ambulasse. Se autem ut *sanctissimum magistrum* (*Praescr.* 30) discipulis suis praebebat: qui immo illi ut « vero epi« scopo » [MEGETHIUS in *Dial. de recta fide*] adhaerebant, eumque teste ORIGENE (*in Luc.* XXV) a sinistris Domini, qui Paulum a dextris haberet, sedere dicebant. Cfr. etiam *Praef. ad conc. Nicaen.* « Marcionem principem apostolo« rum nominabant ».

qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini nostri Iesu Christi, et quaecumque ex propheticis memorans Apostolus docuit (1) praenunciantibus adventum Domini.

3. Salutem autem solum animarum esse futuram, earum quae eius doctrinam didicissent; corpus autem, videlicet quoniam a terra sit sumptum, impossibile esse participare salutem. (2) Super blasphemiam autem quae est in Deum, adiecit et hoc, vere diaboli os accipiens, et omnia contraria dicens veritati: Cain et eos qui similes sunt ei, et Sodomitas, et Aegyptios, et similes eis, et omnes omnino gentes, quae in omni permixtione malignitatis ambulaverunt, salvatas esse a Domino, quum descendisset ad inferos, et accurrissent ei, et in suum assumpsisse regnum; Abel autem, et Enoch, et Noe, et reliquos iustos, et eos qui sunt erga Abraham patriarchas, cum omnibus prophetis, et his qui placuerunt Deo, non participasse salutem, qui in Marcione fuit serpens, praeconavit. Quoniam enim sciebant, inquit, Deum suum semper tentantem eos, et tunc tentare eum suspicati, non accurrerunt Iesu, neque crediderunt annuntiationi eius: et propterea remansisse animas ipsorum apud inferos dixit. (3)

(1) Classicum exemplar est *Eph.* III, 9: « sacramenti absconditi a « saeculis *in* Deo qui omnia crea- « vit » ubi Marcion verbulum *in* sustulit! Cfr. alia plurima ap. TERTULL. lib. IV et V. De Marcionis opera quoad s. Scripturam fuse et scite disserit ZAHN *Gesch. d. Kanon d. N. T.* I, 585-716; II, 409-529.

(2) Redeunt hic argumenta gnosticis communia (cfr. HIPP. X, 19, 20); verum, fundamentum proprium est oppositio operibus creatoris et naturae. Hinc etiam rigida abstinentia, nuptiarum damnatio aliaque quae TERTULLIANUS reprehendit (op. cit. IV, 17, 29, 34, 38, 44; V, 7, 8, 15, 18 etc.).

(3) Cfr. THEODOR. I, 24, qui multa ex graecis Iren. servat: Τὸν μὲν Κάϊν, καὶ τοὺς Σοδομίτας, καὶ τοὺς δυσσεβεῖς ἅπαντας, σωτηρίας... ἀπολελαυκέναι, προσεληλυθότας ἐν τῷ Ἅιδῃ τῷ σωτῆρι Χριστῷ, καὶ εἰς τὴν βασιλείαν ἀναληφθῆναι. Τὸν δὲ Ἄβηλ, καὶ Ἐνώχ, καὶ τὸν Νῶε, καὶ τοὺς πατριάρχας τε, καὶ τοὺς λοίπους προφήτας, καὶ τοὺς δικαίους, οὐ μεταλαχεῖν τῆς ἐκεί-

4. Sed huic quidem, quoniam et solus manifeste ausus est circumcidere Scripturas, et impudorate super omnes obtrectare Deum, seorşum contradicemus,[1] ex eius scriptis arguentes eum; et ex his sermonibus qui apud eum observati sunt, Domini et Apostoli, quibus ipse utitur, eversionem eius faciemus, praestante Deo. Nunc autem necessario meminimus eius, ut scires quoniam omnes qui quoquo modo adulterant veritatem, et praeconium Ecclesiae laedunt, Simonis Samaritani magi discipuli et successores sunt. Quamvis non confiteantur nomen magistri sui ad seductionem reliquorum, attamen illius sententiam docent: Christi quidem Iesu nomen tanquam irritamentum[2] praeferentes, Simonis autem impietatem varie introducentes, mortificant multos, per nomen bonum sententiam suam male disperdentes, et per dulcedinem et decorem nominis, amarum et malignum principis apostasiae serpentis venenum porrigentes eis.

Cap. XXVIII. [*WH. XXVI*]. Quae est Continentium aversatio; qualis est Tatiani doctrina; unde hi, qui indifferentias induxerunt, acceperunt occasionem[3].

1. Ab his autem qui praedicti sunt, iam multae propagines multarum haeresum factae sunt, eo quod multi ex ipsis, imo omnes velint doctores esse, et abscedere quidem ab haeresi in qua fuerunt; aliud autem dogma ab alia sententia, et deinceps alteram ab altera componentes, nove docere

νοις δεδομένης ἐλευθερίας, προδραμεῖν αὐτῷ μὴ βουληθέντας. Οὗ δὴ χάριν, φησίν, καὶ τὸν Ἅιδην οἰκεῖν κατεκρίθησαν. Iren. autem absque dubio haec ex *Antithesibus* Marcionis hausit.

(1) Num hoc opus adversus Marcionem Ir. scripserit dubium est: neque Eusebius ad effectum rem ductam sed tantum in promissis novit: ἐπήγγελται... ἀντιλέξειν (*H. E.* V, 18). Veluti schema operis huius exhibetur lib. III, XII, 12; multa autem quae lib. II, cc. III et X; lib. III, lib. IV, XVIII, XXVII disserit, contra Marcionem faciunt.

(2) H. e. tamquam adlectamentum, illicium et similia.

(3) In Mss. cc. XXX–XXXII.

insistunt, semetipsos adinventores sententiae, quamcunque compegerint, enarrantes. Ut exempli gratia dicamus, a Saturnino et Marcione, qui vocantur Continentes,[1] abstinentiam a nuptiis annuntiaverunt, frustrantes antiquam plasmationem Dei, et oblique accusantes eum, qui et masculum et feminam ad generationem hominum fecit: et eorum quae dicuntur apud eos animalia abstinentiam induxerunt, ingrati exsistentes ei qui omnia fecit Deo. Contradicunt quoque eius saluti, qui primus plasmatus est: et hoc nunc adinventum est apud eos.[2] Tatiano[3] quodam primo

Ἀπὸ Σατορνίνου καὶ Μαρκίωνος οἱ καλούμενοι Ἐγκρατεῖς, ἀγαμίαν ἐκήρυξαν, ἀθετοῦντες τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἠρέμα κατηγοροῦντες τοῦ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότος· καὶ τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο, ἀχαριστοῦντες τῷ πάντα πεποιηκότι Θεῷ. Ἀντιλέγουσί τε τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ· καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ' αὐτοῖς. Τατιάνου τινὸς πρώτως ταύτην εἰσενέγ-

(1) Nomen hoc (gr. Ἐγκρατεῖς seu Encratitae) commune omnibus qui a cibis animalibus, a potibus inebriantibus, et maxime a sexuali commixtione abhorrerent. Tales ante Christum fuisse gymnosophistas Indiae vel cynicos CLEMENS ipse (*Strom.* I, 15) et HIPP. [VIII, 20 ubi quaedam ex Iren. mutuatur] animadverterunt. Neque Naziraei vel Essaeni alios mores fovebant. Primis Ecclesiae temporibus tales exstitisse viros patet ex I. *Tit.* IV, 3, 6. Tamquam de speciali secta per Iulium Cassianum docetam florente, loquitur CLEMENS [*Strom.* III, 13, 19, 92] qui ex illius opere περὶ ἐγκρατείας ἢ περὶ εὐνουχίας l. c. tria excerpta servat: ceterum huiusmodi saepius occurrunt etiam in scripturis apocryphis, praesertim Evang. Aegyptiorum, Actus Andreae, Thomae, Iohannis. Cfr. EPIPH. *Haer.* 47. De encratitis g n o s t i c i s vero alia non novimus. Cfr. EUS. IV, 19.

(2) Haec doctrina de damnatione Adami, qui primus creatus est et caput fuit damnationis non tam gnostica quam vere encratita est. Gnosticus enim eum, qui praecepta Iahveh transgressus esset, ad sidera extolleret. Cfr. max. c. XXX, 9.

(3) Irenaeus primus est qui de Tatiano syro sermonem faciat, atque ea quae de illo enarrat singularia prorsus et magni pretii sunt.

hanc introducente blasphemiam: qui cum esset Iustini auditor, in quantum quidem apud eum erat, nihil enarravit tale: post vero illius martyrium absistens ab Ecclesia, et praesumptione magistri elatus et inflatus, quasi prae caeteris esset [1], proprium characterem doctrinae constituit: Aeonas

χαντος τὴν βλασφημίαν· ὃς Ἰουστίνου ἀκροατὴς γεγονώς, ἐφόσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον· μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς Ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο· Αἰῶνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς

Graecia sunt ex l. c.; partim apud HIPPOL. VIII, 16 servantur. Fuisse vero se auditorem « admi« rabilissimi » Iustini, TATIANUS ipse fatetur (*Orat. adv. Graecos* c. XVIII-XIX, ubi plura de sua ipsius vita testatur); verum quamvis ab omnibus Patribus post mortem Iustini fidem non rectam servasse dicitur, Iren. unus est qui errores illius aliquatenus innuat. Sunt nempe aeonologia Valentinianae persimilis, damnatio Adami, reprobatio nuptiarum. De his vero in opere TATIANI *Oratio adversus Graecos* nonnisi vestigia occurrunt, quae utique germina consequentium errorum esse potuerunt. Ita v. g. ibid c. XX: « Αἰῶνες οἱ « κρείττονες qui super caelum sint « qui vicissitudinem nesciunt, sed « temperie omni praeditum diem « habent perpetuum ac lumen no« stris inaccessum » diserte tradit; hosque c. XXVI aeternos (ἐστῶτα) praedicat. Insuper saepissime, cc. VII-VIII, XV, repetit protoparentem « discedente ab eo poten« tiore Spiritu » omnem omnino cum Deo similitudinem et imaginem amisisse irreparabiliter. Demum quum, c. XV, neget « ut « quidam instar corvorum croci« tantes affirmant, hominem esse « animal ratione utens, mentis et « scientiae capax; nam ipsae bel« luae mentis et scientiae capaces » et dicat hominem « unice esse ima« ginem et similitudinem Dei; qui « non similia belluis faciat, sed « procul ab humanitate constitutus « ad Deum pervenerit », sane ansam praebet ut quis in exaggerationes encratitarum opera *animalia* reiicientes incidat, praesertim in homine exaggeratae severitatis qualem ipsa *Oratio in Graecos* Tatianum ostendit. — Lege FEUERSTEIN, *Die Anthropol. Tatians*, Münster, 1907; vel PUECH, *Recherch. sur le Disc. aux Grecs de Tatien.*

(1) Cfr. *Orat. ad Graec.* c. XXXV: « Neque dicatis: Tatianus supra « Graecos, supra infinitam philo« sophorum multitudinem, novus « est barbarorum (i. e. christianae) « doctrinae sectator »: fueritne vere elogium Tatiano tribui consuetum?

quosdam invisibiles similiter atque hi qui a Valentino sunt, velut fabulam enarrans: nuptias autem corruptelas et fornicationes similiter ut Marcion et Saturninus dicens: Adae autem saluti ex se contradictionem faciens. (1)

2. Alii autem rursus a Basilide et Carpocrate occasiones accipientes, indifferentes coitus, et multas nuptias induxerunt, et negligentiam ipsorum quae sunt idolothyta ad manducandum, non valde haec curare dicentes Deum. Et quid enim? non est numerum dicere eorum, qui secundum alterum et alterum modum exciderunt a veritate. (2)

Cap. XXIX. [*WH. XXVII*]. Quae genera sunt Gnosticorum, et quae secundum eos sententiae. (3) 1. Super hos autem, ex his qui praedicti sunt Simoniani, multi-

ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας· τὸν γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας· τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ τὴν ἀντιλογίαν ποιησάμενος.

1. Ἐκ τῶν [Σίμωνος] σπερμάτων τὸ τῶν Βαρβηλιωτῶν, ἤγουν Βορβοριανῶν, ἢ Νaασσινῶν, ἢ Στρατιωτικῶν, ἢ Φιβιονιτῶν καλουμένων

(1) Cfr. haec ex Hipp. l. c. desumpta: Τατιανὸς δέ... μαθητὴς Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος, οὐχ ὅμοια τῷ διδασκάλῳ ἐφρόνησεν, ἀλλὰ καινά τινα ἐπιχειρήσας, ἔφη αἰῶνας τινὰς ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας. Γάμον δὲ φθορὰν εἶναι παραπλησίως Μαρκίωνι λέγει. Τὸν δὲ Ἀδὰμ φάσκει μὴ σώζεσθαι, διὰ τὸ ἀρχηγὸν παρακοῆς γεγονέναι.

(2) Cfr. supra quae de Carpocratianis ex Clemente hausimus, pag. 263, not. 1.

(3) His postremis capitibus XXIX-XXXI pars huius libri fortasse praecipua habetur: in his enim non iam cuiusvis doctoris, Marcionis puta aut Basilidis, errores perstringuntur, sed anonymus ille vulgus depingitur qui velut substratum gnosticae sectae constituit, in quo antiquissimae quaeque ac etiam Christo praeviae doctrinae cum novis adinventis permiscentur: hic maxime aestimare licet effectus collisionis doctrinae christianae cum placitis religionis parsicae, assyrae, graecae, aegyptiae etc. quarum permulta dogmata et fabulae in his supersunt. Fides Irenaei in his describendis perspecta est ut ex fragmentis quae subiicimus abunde constat: neque mi-

tudo Gnosticorum Barbelo (1) exsurrexit, et velut a terra fungi manifestati sunt, quorum principales apud eos sen-

nus Irenaeo credendum, quum in his doctrinis velut seminarium agnoscit unde Valentini et aliorum errores orti sint. Cfr. v. g. utriusque Sophiae valentin. notio quae utique posterior apparet Sophiae quae ab Ophitis describitur. Verum praeter Barbelitas, Ophitas, Sethianos et Quinitas innumerae aliae sectae, v. g. Naasseni, Peratae, Archontici, Prodiciani, his quoque adiungendae sunt, quarum dogmata ex Celso, Hippol., Clemente, Epiph. et maxime ex nativis documentis copticis innotuerunt. In tanta farragine rerum exponenda veluti norma habendum substratum his fabulis commune, quod his paucis damus. Initio opponitur principium quoddam spirituale, v. g. Nous, cuidam inferiori materiali principio seu Chaos. Ab his procedit quae de utraque participat seu Psyche, quae tamen ad spiritum tendit, frustra contendens a vinculis materiae exsolvi. In auxilium illius occurrit Salvator qui ab Altissimo Patre procedit, atque ad illam descendit eidem gnosim allaturus. — Hic nucleus rerum bene exponitur hymno Naassenico vetustissimo ab HIPP. (V, I, 10) servato et ab HARNACK (*Sitz. Berl. Akad.* 1902, p. 542) feliciter restituto. [Cfr. BUONAIUTI, *Gnostic.* p. 237]. « Principium « generator Universi primum erat « Nous | alterum seu primogenitum « erat Chaos | tertium sensibilis « ψυχή quae ab utroque erat. | Id« circo ad instar nutantis cervi | « mortis sub faucibus, luctatur ad « exercitationem. | Quae prius Do« minatio quum esset, lucem ad« spexit, | postea in angustiis facta « deflevit | et nunc sepulta infelix « in malo | in labyrintho iacet. | « At dixit Iesus: Inspice o Pater | « hoc ens malo imbutum errat in « terris | a spiritu tuo procul va« gatur. | Amarum Chaos effugere « quaerit | at qua via id fiat *nescit.* | « Quapropter me mitte Pater, | si« gilla habens descendam | aeones « omnes disiiciam, | mysteria om« nia detegam | formasque deorum « ostendam | et occulta sanctae « viae | *Gnosim* nuncupans, tra« dam ». Verum in posteriore doctrinae evolutione singula haec in immensum excrescunt: Nous, Chaos, Psyche tres distincti mundi efficiuntur quorum incolae innumeri sunt aeones: historia Psyches seu Sophiae delapsae, illiusque reparatio, crebris episodiis inlustrantur, ac demum gnosis salutaris per fere infinitam seriem mysteriorum evolvitur. Horum *specimina*, tantum ut ipse Ir. fatetur, hic habes. Fragmentum Theodoreti (*H. F.* XIII) quo maxime restitutio textus graeci iuvatur, interpretationi subnectimus. Inscriptio quae in codd. huic cap. 33 in Mss. praefigitur reposita est c. 31.

(1) Barbelo nomen est syriacum: h. e. « *in Tetrade Deus* ».

tentias enarramus. Quidam [1] enim eorum Aeonem quemdam numquam senescentem in virginali spiritu subiiciunt, quem Barbelon nominant. Ubi esse patrem quemdam innominabilen dicunt: voluisse autem hunc manifestare se ipsi Barbeloni. Ennoeam autem hanc progressam stetisse in conspectu eius, et postulasse Prognosin.[2] Quum prodiisset

ἐβλάστησε μῦσος. Ὑπέθεντο γάρ Αἰῶνα τινὰ ἀνώλεθρον ἐν παρθενικῷ διάγοντι πνεύματι, ὃ Βαρβηλὼθ ὀνομάζουσι ... Τὴν δὲ Βαρβηλῶθ [Ἔννοιαν] αἰτῆσαι Πρόγνωσιν παρ' αὐτοῦ. Προελθούσης δὲ ταύτης, εἶτ' αὖθις

(1) De Barbeliotarum doctrina nonnisi fragmentum recitat Irenaeus, usque nempe ad constitutionem mundi, quod quidem tria tantum priora momenta sup. enumerata complectitur. Verum, nec ista ex textu quem nunc habemus, exacte restitui poterant, fortasse interpretationis vitio: sed quum iam fons ex quo Ir. sua haurit, nempe *Evangelium Mariae*, nuperrime, ut diximus (proleg. p. 37), detectus sit, genuinam Barbeliotarum mentem attingere licet. Ita autem documentum hoc rem enarrat (ex K. Schmidt comm. in *Sitz. Berl. Akad.* 1896, p. 843 sqq. [pap. copt. p. κβ' sqq.]; cfr. Buonaiuti, op. cit. p. 104): « Est *Pater* « *omnium*... invisibilis, pura lux « in quam nemo suis oculis adspi« cere potest, spiritus, de quo ne« mo cogitare potest quomodo « ortus sit, *aeternus, ineffabilis, in« nominabilis quoniam nihil ante « eum fuit quod ei nomen dare po« tuerit*. Ipse cogitat suam ima« ginem solus, et conspicit eam « in aqua purae lucis quae illum « circumdat. Et sua *Ennoia* ope« rata est opus et *revelavit se et « stetit in conspectu eius* in radio « lucis, quae est ante omnia exsi« stens vis, quae se revelavit, « quae est perfecta Pronoia, uni« versi lux, Lucis similitudo, imago « invisibilis, h. e. perfecta vis, Bar« belo... et laudavit eum, quo« niam ipsa se in ipso revelave« rat, eumque cogitat. Haec est « prima Ennoia illius imago, ipsa « facta est Protanthropos, hoc est « παρθενικὸν πνεῦμα, triplex homo « [Dreimännliche] qui ad triplicem « vim pertinet, tria nomina ha« bens, tres naturas, *Aeon qui « numquam senescit*, mas femineum « qui ex illius Pronoia processit ». Ut patet describitur supremum principium spiritale quod in sui revelatione initium rerum omnium, in primis spiritualium constituit. (Cfr. Bythos et [colorbasia] Sige, apud Valentinum).

(2) L. c. pp. 843–844: « Et *po« stulavit* per ipsum [?] Barbelo ut « ei *Prognosis* daretur. Ipse ad« nuit et postquam adnuerat reve-

autem et Prognosis, his rursum petentibus prodiit Incorruptela: post deinde Vita aeterna: in quibus gloriantem Barbelon, et prospicientem in magnitudinem et conceptu, delectatam in hanc, generasse simile ei lumen. Hanc initium et luminationis, et generationis omnium dicunt: et videntem Patrem lumen hoc, unxisse illud sua benignitate, ut perfectum fieret.(1) Hunc autem dicunt esse Christum: qui rursus postulat, quemadmodum dicunt, adiutorium sibi dari Nun, et progressus est Nus.(2) Super haec autem emittit

αἰτησάσης, προελήλυθεν Ἀφθαρσία, ἔπειτα Αἰωνία Ζωή. Εὐφρανθεῖσαν δὲ τὴν Βαρβηλὼθ ... ἐγκύμονα γενέσθαι, καὶ ἀποτεκεῖν τὸ Φῶς. ... Τοῦτό φασι, τῇ τοῦ Πνεύματος χρισθὲν τελειότητι ... ὀνομασθῆναι Χριστόν· οὗτος πάλιν ὁ Χριστὸς ἐπήγγειλεν Νοῦν ... καὶ ἔλαβεν [προε-

« lavit se Prognosis stetitque cum « Ennoia i. e. Pronoia et magni« ficavit Invisibilem et perfectam « Vim Barbelo quoniam ipsa per « eas egressa est. Et iterum po« stulavit haec Vis ut ei *Aphtharsia* « daretur: ipse adnuit et postquam « adnuerat revelavit se Aphtharsia « et stetit cum Ennoia et Prognosi « magnificando Invisibilem et Bar« belo quoniam ipsa egressa erat. « Et rursus petiit ipsa ut ei *Vita* « *Aeterna* daretur. Ipse adnuit et « postquam adnuerat revelavit se « Vita Aeterna et steterunt et ma« gnificaverunt illum et Barbelo « quoniam ipsa quoque egressa « erat in revelatione invisibilis « Dei ». Hi omnes quatuor Aeones, Cogitatio, Praescientia, Incorruptela, Vita Aeterna, complent revelationem Invisibilis Dei a quo procedunt. Sequitur prima generatio Barbelonis seu primi cogitati, quam dein imitantur alii Aeones.

(1) Ibid. p. 844, lin. 20 sqq.: « Et *prospexit Barbelo quam intensius* [male reddit interpres: in « magnitudine] *in illum*... peperitque ipsa felicem *Lucis radium*. « Erat autem hoc magnitudine *ab* « *illo non diversum*. Hoc est enim « Monogenes, qui se in Patre reve« lavit αὐτογένητος Deus, primo« genitus filius Universi, seu puri « lucis Spiritus. Et gavisus est « Invisibilis Spiritus super lumine, « quod processerat, quod se pri« mum revelaverat in prima Vi, « h. e. in sua Pronoia, in Barbelo. « *Et unxit illud sua benignitate ut* « *perfectum fieret* ».

(2) Verba his respondentia in mss. copt. Schmidt non refert sed ita contrahit l. c.: Hic Monogenes est cum luce et Christo [= *uncto* ex praeced.] idem. Monog. autem postulat sibi Nun, qua obtenta uterque Patrem et Barbelo magnificat.

Pater Logon.(1) Coniugationes autem fient Ennoiae et Logi, et Aphtharsias et Christi: et Aeonia autem Zoe Thelemati coniuncta est, et Nus Prognosi. Et magnificabant hi magnum lumen et Barbelon.

2. Post deinde de Ennoia et de Logo Autogenem emissum dicunt ad repraesentationem magni luminis, et valde honorificatum dicunt, et omnia huic subiecta.(2) Coëmissam autem ei Alethiam, et esse coniugationem Autogenus et Alethiae. De lumine autem, quod est Christus, et de incorruptela, quatuor emissa luminaria ad circumstantiam Autogeni dicunt; et de Thelemate rursus et Aeonia Zoe quatuor emissiones factas ad subministrationem quatuor luminaribus, quas nominant Charin, Thelesin, Synesin, Phronesin. Et Charin quidem magno et primo luminario adiunctam; hunc autem esse Sotera volunt et vocant eum Armogen: Thelesin autem secundo, quem et nominant Ra-

βάλετο]. Ὁ δὲ Πατὴρ προστέθεικε καὶ Λόγον. Εἶτα συνεζύγησαν Ἔννοια καὶ Λόγος, Ἀφθαρσία καὶ Χριστός, Ζωὴ Αἰωνία καὶ τὸ Θέλημα, ὁ Νοῦς καὶ ἡ Πρόγνωσις ... Ἔπειτα πάλιν ἐκ τῆς Ἐννοίας καὶ τοῦ Λόγου προβληθῆναί φασι τὸν Αὐτογενῆ ... καὶ σὺν αὐτῷ τὴν Ἀλήθειαν· καὶ γενέσθαι πάλιν συζυγίαν ἑτέραν Αὐτογενοῦς καὶ Ἀληθείας. ...

(1) Lacuna hic est in textu Iren. ex quo nihil de origine insequentis Thelematis attingi potest. In mss. autem lacuna ita impletur: « Desiderium (Thelema) concepit « invisibilis Pater opus operari. « A suo desiderio factum est Opus « et revelavit se stetitque cum « Nous et Lumine et laudave« runt eum ». [Seqq. contrahit Schmidt]: Thelema Logos insequitur, per quem Christus cuncta creavit. Quo facto superior Ogdoas (reapse decas [Pater, Barbelo], Ennoia, Prognosis, Aphtharsia, Aeonia Zoe, Monogenes, Thelema, Nous, Logos) perfecta est et ex singulorum coniugationibus fiunt inferiores Aeones: praesertim ex Ennoia et Logo procedit Autogenes de quo scriptum legimus:

(2) « Quem ipse magno honore « honorificavit, quoniam hic ex « sua prima Ennoia genitus est. « Hunc igitur Invisibilis ut Deum « super omnia constituit. Verax « Deus dedit illi omnem potesta« tem, fecitque illi subditam ipsam « Veritatem quae in eo est, ut ille « cuncta consideret ».

guel: Synesin autem tertio luminario; quem vocant David: Phronesin autem quarto, quem nominant Eleleth.(1)

3. Confirmatis igitur sic omnibus, super haec emittit Autogenes hominem perfectum et verum, quem et Adamantem vocant: quoniam neque ipse domatus est, neque hi ex quibus erat,(2) qui et remotus est cum primo lumine ab Armoge. Emissam autem cum homine ab Autogene Agnitionem perfectam, et coniunctam ei: unde et hunc cognovisse eum qui est super omnia: virtutem quoque ei invictam datam a virginali spiritu: et refrigerant in hoc omnia hymnizare magnum Aeona. Hinc autem dicunt manifestatam Matrem, Patrem, Filium: ex Anthropo autem et Gnosi natum lignum, quod et ipsum Gnosin vocant.(3)

4. [*WH. XXVII, 2*]. Deinde ex primo angelo qui

Τὸν δὲ Αὐτογενῆ φασι προβαλέσθαι Ἄνθρωπον τέλειον καὶ ἀληθῆ, ὃν καὶ Ἀδάμαντα καλοῦσι ... προβεβλῆσθαι δὲ σὺν αὐτῷ καὶ ὁμόζυγα Γνῶσιν τελείαν. Ἐντεῦθεν πάλιν ἀναδειχθῆναι μητέρα, πατέρα, καὶ υἱόν· ἐκ δὲ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Γνώσεως βεβλαστηκέναι Ξύλον· Γνῶσιν δὲ καὶ τοῦτο προσαγορεύουσιν.

2. Ἐκ δὲ τοῦ πρώτου ἀγγέλου προβληθῆναι λέγουσι Πνεῦμα ἅγιον,

(1) Rursus Schmidt ex mss.: De lumine vero Christi et Aphtharsia progrediuntur circa Autogenem quattuor luminaria magna ut satellites Autogenous. Eorum nomina sunt Harmozêl [Hieron. legebat in Iren. *Armagil* (*ep. 29 ad Theodor.*), cod. Arund. infra habet *Harmoze*, Clarom. *Armoze*], Oroiaêl Daweithe, Eleleth. Ex Thelemate et Vita Aeterna autem quattuor alia in subministrationem illorum, nempe Charis, Synesis, *Aisthesis*, Phronesis. — Priora quattuor nomina eodem modo in *Libro Ieû* (SCHMIDT, p. 362) leguntur: significatio eorum autem haec est: Lux Dei, Voluntas Dei, Dilectio, Fructus. Qua autem lege posita sint ignoramus: cfr. quae diximus in simili argumento Valentini, p. 79, not. 1.

(2) Num haec ethymologia Iren. debeatur ambiguum est: equidem Adamas graecisatio videtur nominis Adam, quod Hebraeis praecise *homo* est. Cfr. HIPPOL. V, 7, 8.

(3) « Angeli allegorice vocantur « huius Edem arbores: arbor vitae « est tertius paternorum; arbor « scientiae (γνῶσιν) boni et mali « tertius maternorum angelorum « τοῦ Νιᾶς ». Ita Iustinus gnost. apud HIPPOL. V, 26.

adstat Monogeni, emissum dicunt Spiritum sanctum, quem et Sophiam, et Prunicum vocant. (1) Hunc igitur videntem reliqua omnia coniugationem habentia, se autem sine coniugatione, quaesiisse cui adunaretur: et quum non inveniret, asseverabat (2) et extendebatur, et prospiciebat ad inferiores partes, putans hic invenire coniugem: et non inveniens, exsiliit taediata quoque, quoniam sine bona voluntate Patris impetum fecerat. Post deinde simplicitate et benignitate acta generavit opus, in quo erat ignorantia et audacia. Hoc autem opus eius esse Proarchontem dicunt, fabricatorem conditionis huius: virtutem (3) autem magnam abstulisse eum a matre narrant, et abstitisse ab ea in inferiora, et

ὃ Σοφίαν καὶ Προύνικον προσηγόρευσαν. Ταύτην φασίν ... ἐφιεμένην ὁμόζυγος ... ἔργον ἀποκυῆσαι, ἐν ᾧ ἦν Ἄγνοια καὶ Αὐθάδεια· τὸ δὲ ἔργον τοῦτο Πρωτάρχοντα καλοῦσι, καὶ αὐτὸν εἶναι λέγουσι τῆς κτίσεως

(1) Prunicus (EPIPH. 25, 4) = tactus sexualis [a προένεγκειν]. At scite DOBSCHUETZ (*Christusb.* c. VI et p. 251*) animadvertit apud *Cels.* VI, 34, 35 per hemorrhoissam significari cuius nomen *B(ε)ρνικη* (*Hom. Clem.* III, 73 gr.) vel *B(ε)ρονικη* (*Ev. Nicod.* 7) traditur.

(2) Graece fuerit διισχυρίζετο καὶ ἐκτείνατο i. e.: impetum faciens extendebatur ad *inferiores* partes (contra id quod Valent. docet). Haec verba « inferiores partes » unica sunt quae in hac sententia Chaos innuant: transitus ad illas necessarius fuit ut exponeretur quomodo Sophia haec ex Chao et ex Spiritu participet. Siquidem Sophia-Prunicos his gnosticis est terminus medius (ut in hymno Naassenico *Psyche*) qui a materia liberari per *secretionem* quaerit, atque ita rebus materialibus dat originem, quarum prima Proarchon (seu Demiurgus) in quo duplex harum rerum principium est: ignorantia ex qua res terrenas, audacia ex qua malum omne ut tale. (Cfr. PLOTIN. *C. Gnost.* 11, fin.). Caetera autem in hac doctrina ignorantur, neque ex *Ev. Mariae* aliisque huiusmodi, quippe quae adhuc inedita sint, in praesenti suppleri possunt. V. not. seq.

(3) Fortasse οὐσία seu substantia [materialis] ex qua mundum erat. Iam diximus creatione liberatio Sophiae inchoari, quae per processum evacuationis cuiusdam (κένωσις) ad spiritualem naturam assurgit. Id seq. cap. magis evolvetur, in quo (a § 6 deinceps) cetera quae hic desiderantur fortasse habentur.

fecisse firmamentum coeli, in quo et habitare dicunt eum. Et quum sit ignorantia, fecisse eas quae sunt sub eo potestates, et angelos, et firmamenta, et terrena omnia. Deinde dicunt adunitum eum Authadiae, generasse Kakian, Zelon, et Phthonum, et Erinnyn, et Epithymiam. Generatis autem his, mater Sophia contristata refugit, et in altiora secessit et fit deorsum numerantibus octonatio. Illa igitur secedente, se solum opinatum esse, et propter hoc dixisse: « Ego sum Deus zelator, et praeter me nemo est ». [1] Et hi quidem talia mentiuntur.

CAP. XXX. [*WH. XXVIII*]. QUAE EST OPHITARUM ET CAIANORUM IRRELIGIOSITAS ET IMPUDENTIA ET UNDE CONSCRIPTA IPSORUM. [2] 1. Alii [3] autem rursus portentuosa loquuntur, esse quoddam primum lumen in virtute Bythi, beatum, et incorruptibile, et interminatum: esse autem et hoc Patrem omnium, et vocari primum hominem. Ennoeam autem eius progredientem, filium dicunt emittentis, et esse hunc Filium hominis, secundum hominem. Sub his autem Spiritum sanctum esse, et sub superiori spiritu segregata elementa, aquam, tenebras, abyssum, chaos, super

ποιητήν. ... Τοῦτον δὲ τῇ Αὐθαδείᾳ συναφθέντα, τὴν Κακίαν ἀπογεννῆσαι, καὶ τὰ ταύτης μόρια.

1. Οἱ δὲ Σηθιανοὶ οὓς Ὀφιανοὺς ἢ Ὀφίτας τίνες ὀνομάζουσιν, Ἄνθρωπον καλοῦσι τὸν τῶν ἁπάντων Θεόν, φῶς αὐτόν πάλιν ἐπονομάζοντες, καὶ μακάριον καὶ ἄφθαρτον ἀποκαλοῦντες, καὶ ἐν Βυθῷ τὴν οἴκησιν ἔχειν διαβεβαιούμενοι. Τὴν δὲ Ἔννοιαν αὐτοῦ ... Υἱὸν Ἀνθρώπου καλοῦσι, καὶ δεύτερον Ἄνθρωπον. Μετὰ δὲ τοῦτον ὑπάρχειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα· κάτω δὲ τούτων ... τέσσαρα στοιχεῖα, ὕδωρ, σκότος, ἄβυσσον,

(1) *Ex.* XX, 5; ISA. XLV, 5, 6; XLVI, 9. Cfr. cap. seq. § 6.

(2) In mss. c. 35 et ultimum.

(3) Hi alii sunt utique *Ophitae* (a serpente ὄφις [hebr. נָחָשׁ unde Naasseni] ita dicti) de quibus alia multa ex Celso (ap. ORIG. *C. Cels.* VI, 34); HIPPOL. (*Syntag.*) et EPIPH. (*Haer.* 37) novimus. Doctrina eorum apud Iren. complete exponitur iuxta schema quod his omnibus praefiximus. Cfr. THEODOR.

quae ferri Spiritum dicunt, (1) primam feminam eum vocantes. (2) Postea, dicunt, exsultante primo homine cum filio suo super formositate Spiritus, hoc est feminae, et illuminante eam, generavit ex ea lumen incorruptibile, tertium masculum, quem Christum vocant, filium Primi et Secundi Hominis et Spiritus sancti Primae Feminae, concumbentibus autem patre et filio feminae, quam et matrem viventium dicunt.

2. Quum autem non potuisset portare nec capere magnitudinem luminum, superrepletam et superebullientem secundum sinisteriores partes dicunt: et sic quidem filium eorum solum Christum, quasi dextrum, et in superiora allevatitium, arreptum statim cum matre in incorruptibilem

χάος· θῆλυ δὲ τὸ Πνεῦμα καλοῦσι, καὶ τοῖς στοιχείοις ἐπιφέρεσθαι. Ἐρασθῆναι δέ φασι τὸν πρῶτον Ἄνθρωπον, καὶ τὸν δεύτερον, τῆς ὥρας τοῦ Πνεύματος ... καὶ παιδοποιῆσαι φῶς ... ὃ καλοῦσι Χριστόν ... μὴ δυνηθεῖσαν δὲ βαστάσαι τὴν θήλειαν τοῦ φωτὸς τὴν ὑπερβολήν ...

(1) Cfr. *Gen.* I, 3 et sqq.

(2) Breviter his perstringitur descriptio duorum priorum principiorum, h. e. Nous et Chaos. Nous tetrade Pater (seu Protanthropos), Filius (Ennoea), Spiritus (Mater, prima femina) et Christus, constituitur; qui omnes quatuor mox in unum coniungentur sub nomine verae et sanctae Ecclesiae seu adunationis. Non absimiliter *diagramma* apud Celsum ubi loco Spiritus, seu primae feminae, Charitas substituitur. Apud *Pistin Sophiam* pariter quattuor sunt sed omnes ineffabiles, ita ut non alia nomina habeant, nisi Ineffabilis, primi et secundi mysterii, eorumque χωρήματα. Quod horum processionem spectat, apud CLEMENTEM (*Strom.* III, 4) haec per veram generationem efficitur, quum Pater se solum esse aegre ferat: apud vero *Libr. Ieû* non habetur nisi psychologica idearum successio: apud Iren. hic utrumque obtinere videtur, quum Ennoea filius dicatur. CHAOS quod attinet hic breviter constitui dicitur « ele« mentis sub Spiritu segregatis », verum oppositione magis quam generatione, quae postrema aperte in *Pist. Soph.* perhibetur: attamen neque apud Ir. explicite dualismus Marcionis etc. in his deprehenditur. Attende autem quantas in Chaos hoc partes habeat *aqua*, quae et apud Aegyptios aliosque mali et miseriae et tenebrarum symbolum est.

Aeonem.(1) Esse autem hanc et veram, et sanctam Ecclesiam, quae fuerit appellatio et conventio et adunatio Patris omnium, primi hominis, et Filii, secundi hominis, et Christi, filii eorum, et praedictae feminae.

3. Virtutem autem quae superebulliit ex femina, habentem humectationem luminis, a patribus decidisse deorsum docent,(2) sua autem voluntate habentem humectationem luminis:(3) quam et sinistram, et Prunicon, et Sophiam, et masculo-feminam vocant. Et descendentem simpliciter in aquas,(4) quum essent immobiles, et movisse quoque eas,

ὑπερβλύσαι ... καὶ τὸν μὲν Χριστόν ... σὺν τῇ μητρὶ εἰς τὸν ἄφθαρτον ἀνασπασθῆναι Αἰῶνα, ἣν καὶ ἀληθινὴν ἐκκλησίαν καλοῦσι. ...

2. Τὴν δὲ ἀναβλυσθεῖσαν τοῦ φωτὸς ἰκμάδα ... ἐκπεσεῖν κάτω φασίν ... καὶ κληθῆναι Σοφίαν καὶ Προύνικον καὶ Ἀρρενόθηλυν. Διανηχομένην δὲ ἐν τοῖς ὕδασι ... προσλαβεῖν μὲν ἐξ αὐτῶν σῶμα ... καὶ βαρυνθῆναι, καὶ ὑποβρύχιον κινδυνεῦσαι γενέσθαι ... ἀναδύναι δέ, καὶ

(1) His nonnisi praedicta declarantur ostensa generatione Christi ex Spiritu sub Protanthropo et Filio.

(2) Igitur dum Christus ex mera delectatione absque concubitu (in iusta scl. mensura), ad superiora fertur, atque dexterum et incorruptibile lumen fit, Sophia-Prunicos ex concubitu et ex superrepletione seu excessu generata nonnisi medius terminus fit, cum « humectatione luminis » quidem, quia et ipsa a Patre et Filio, sed cum inclinatione ad inferiora utpote quae « ex sinisterioribus partibus » sit.

(3) I. e. decidit non natura, quoniam ex humectatione luminis sursum ferri debebat, sed ex sua voluntate vel inclinatione.

(4) Describitur origo mixti mundi. Prunicus spiritualis, in chaos sua voluntate demergitur, atque statim cuncta quae in chaos lucis avida essent (chaos ergo velut mare est in quo elementa sunt lucis et tenebrae permixta) ad eam tamquam ad magnetem accurrunt, eamque onerantur. Hinc ipsa Sophia seu psyche, corpore et materia circumvestitur, quum lumen spiritale habeat. Cfr. etiam Orig. Apud Hipp. (Sethiani) aqua haec tamquam **ἀκάθαρτος μήτρα** perhibetur quam Sophia ut serpens penetrat ac foecundat; ibidem Iustinus gnosticus loco Sophiae Elohim inducit medium inter Edem et Deum, qui quatenus ad Edem (materiam) tendit, mundum hunc visibilem, quatenus ad Deum, duodecim generat archontas seu spiritus propheticos, ut

petulanter agentem usque ad abyssos: et assumpsisse ex eis corpus. Humectationi enim luminis eius omnia accurrisse et adhaesisse dicunt, et circumtenuisse eam: quam nisi habuisset, tota absorpta fortasse fuisset et demersa a materia. Deligatam igitur hanc a corpore, quod erat a materia, et valde gravatam resipuisse aliquando, et conatam esse fugere aquas, et ascendere ad matrem; non potuisse autem propter gravedinem circumpositi corporis. Valde autem male se habentem machinatam esse abscondere illud quod erat desuper lumen, timentem ne et ipsum laederetur ab inferioribus elementis, quemadmodum et ipsa. Et quum virtutem accepisset ab humectatione eius quod erat secundum eam lumen, resiliit, et in sublimitatem elata est, et facta in alto dilatavit, et cooperuit, et fecit caelum hoc quod apparet, a corpore eius; et remansit sub caelo quod fecit, adhuc habens aquatilis corporis typum. Quum accepisset concupiscentiam superioris luminis, et virtutem sumpsisset per omnia, deposuisse corpus et liberatam ab eo. Corpus autem hoc, [quod](1) exuisse dicunt eam, feminam a femina nominant.

4. Et filium autem eius(2) dicunt habuisse et ipsum adspirationem quamdam in se incorruptelae a matre relictam ei

ἐκ τοῦ περικειμένου σώματος κατασκευάσθαι τὸν οὐρανόν ... Ἐκεῖνον δὲ υἱὸν τοῦ Προυνίκου καλοῦσι ... Κἀκεῖνος δὲ πάλιν ἄλλον υἱὸν προεβάλετο ... καὶ ἐξ ἐκείνου συστῆναι λέγουσιν ἕτερον ... καὶ μέχρι τοῦ ἑπτὰ ἀριθμοῦ προβῆναι τὰς προβολάς. ... Ἐπέθεσαν δὲ καὶ ὀνόματα τοῖς προειρημένοις υἱοῖς τῇ Ἑβραίων χρησάμενοι γλόττῃ...

infra de Sophia hic quoque habes. Si Sophiam hanc cum Valent. conferes, facile habes hanc simpliciorem esse, neque ex Achamoth complicari, et ideo Valentiniana anteriorem esse. Attende quoque totam hanc fabulam super *Gen.* I, 3 institui.

(1) Legit τοῦτο pro τοῦτο, ὅ.

(2) Est hic Demiurgus et hebdomas ut apud Valentinum. Septem hi spiritus a septem planetis, quos veteres noverant, derivatos vide, infra § 9 fin. « Sanctam autem hebdomadam septem stellas, « quas dicunt planetas, esse volunt ».

per quam operatur, et potens factus emisit et ipse, ut dicunt, ab aquis filium sine matre: neque enim cognovisse matrem eum volunt. Et filium eius secundum patris imitationem alterum emisisse filium. Hic quoque tertius quartum generavit, et quartus et ipse generavit filium; de quinto sextum filium generatum dicunt: et sextus septimum generavit. Sic quoque hebdomas perfecta est apud eos, octavum matre habente locum: et quemadmodum generationibus, sic et dignitatibus, et virtutibus praecedere eos ab invicem.

5. Et nomina autem mendacio suo talia posuerunt: eum enim qui a matre primus sit, Ialdabaoth (1) vocari: eum autem qui sit ab eo, Iao; et qui ab eo, Sabaoth ⟨magnum;⟩ quartum autem Adoneum, et quintum Eloeum, et sextum Oreum, septimum autem et novissimum omnium Astaphaeum. Hos autem caelos, et areothas, (2) et virtutes, et angelos, et conditores subiiciunt per ordinem sedentes in caelo secundum generationem ipsorum, non apparentes, regere quoque caelestia et terrestria; primo ipsorum Ialdabaoth contemnente matrem, in eo quod filios et nepotes sine ullius permissu fecerit, adhuc etiam angelos, et archangelos, et virtutes, et potestates, et dominationes. (3) Quibus

3. Ὑφ' ἑκάστου δὲ τούτων ἕνα οὐρανὸν δημιουργηθῆναι, καὶ ἕκαστον οἰκεῖν τὸν οἰκεῖον ... Διαστασιάσαι δέ φασι τοὺς ἄλλους πρὸς τὸν πρῶτον .,. τὸν δὲ ἀθυμήσαντα, εἰς τὴν τρύγα τῆς ὕλης ἐρεῖσθαι [ἐρεί-

(1) Septem haec nomina adamussim in diagrammate ophitico apud Celsum occurrunt, nisi quod Astaphaeus quintus non septimus perhibetur. Sunt autem ut facile percipies nomina Dei ab Iudaeis et in *Cabbala* usitata, *Ialdabaoth* = Dominus Deus Patrum; *Iao* seu Iahwe = Qui est; *Sabaoth* = Deus exercituum; *Adonai* = Dominus meus; *Elohim* = Deus; *Hor* = Lux; *Astaphaeum* = Corona, seu regnum.

(2) Fortasse ἀρετάς, quod congruit sqq. δυνάμεις. Mss. Vatt. tamen *archotas* et *archontas* legunt.

(3) H. e. Ialdabaoth, qui ut Demiurgus Iudaeorum est Deus, quum sibi superiora nec videre nec cognoscere posset, se solum prae omnibus esse putans, opus creationis prosequitur. Verum a filiis rebellionem patitur, principatus causa.

factis, ad litem et iurgium adversus eum conversos esse filios eius de principatu: propter quae contristatum Ialdabaoth, et desperantem, conspexisse in subiacentem faecem (1) materiae, et consolidasse concupiscentiam suam in eam, unde natum filium dicunt. Hunc autem ipsum esse Nun in figura serpentis (2) contortum, dehinc et spiritum, et animam, et omnia mundialia: inde generatam omnem oblivionem, et malitiam, et zelum, et invidiam, et mortem. Hunc autem serpentiformem et contortum Nun eorum adhuc magis evertisse Patrem dicunt tortuositate, quum esset cum Patre ipsorum in caelo et in paradiso.

6. Unde exsultantem Ialdabaoth (3) in omnibus his quae sub eo essent gloriatum, et dixisse: « Ego Pater et Deus, et « super me nemo ». Audientem autem matrem clamasse adversus eum: « Noli mentiri, Ialdabaoth: est enim super « te pater omnium primus Anthropus, et Anthropus filius

δεσθαι] τὴν ἔννοιαν, καὶ γεννῆσαι τὸν υἱόν ... ὀφιόμορφον ἐξ αὐτῆς ...; εἶτα καυχώμενον ... εἰπεῖν· « Ἐγὼ Θεὸς καὶ Πατήρ, καὶ ὑπὲρ ἐμὲ οὐδείς ». Τὴν δὲ μητέρα δυσχεράνασαν ἐπιβοῆσαι αὐτῷ· « Μὴ ψεύδου ἔστι γὰρ « ὑπὲρ σὲ Πατὴρ ἁπάντων, πρῶτος Ἄνθρωπος καὶ Ἄνθρωπος Υἱὸς Ἀν-

(1) I. e. quae a Prunico seu matre Sophia derelicta erat, subtractis melioribus quae ad illam adhaeserant. Imitatur inscius opera matris, et in hoc huius vindictam sentit.

(2) In antiquissimis mythologiis haec est figura ipsa Chaos. Haec recurrit in *Pistis Sophia*, apud Iustinum gnosticum, Peratas etc. Nous serpentiformis hic est vindex matris, qua illa utitur ad decipiendum et evertendum Patrem. — His iam praeambulum, ut ita dicam, iactum est, ad interpretationem historiae biblicae quae tota sub his principiis redit ad luctam inter Ialdabaoth creatorem mundi, materiae et legis, et Sophiam quae illum evertere et opera eius illi subripere certat. Primum episodium, quo lucta et liberationis opus inchoatur, est creatio hominis. Multa huiusmodi in *Cabbala* aliisque theol. rabbinicae scriptis reperiuntur adumbrata.

(3) Creatio hominis seq. §§ 6-7 describitur. Irenaei narratio longe super fabulis Hippolyti et detortis *Pistis Sophiae* posterioribus elucubrationibus praestat, omnibus criticis consentientibus, et inexsistimabilis prorsus pretii est.

« Anthropi ». Conturbatis autem omnibus (1) ad novam vocem, et inopinabili nuncupatione, et quaerentibus unde clamor, ad avocandos eos, et ad se seducendum, dixisse Ialdabaoth dicunt: « Venite, faciamus hominem ad imaginem « nostram ». (2) Sex autem virtutes audientes haec, matre dante illis excogitationem hominis, uti per eum evacuet eos a principali virtute, convenientes formaverunt hominem immensum latitudine et longitudine: scarizante autem eo tantum, advexerunt eum patri suo, et hoc Sophia operante uti et illum evacuet ab humectatione luminis, uti non posset erigi adversus eos qui sursum [sunt], habens virtutem. Illo autem insufflante in hominem spiritum vitae, latenter evacuatum eum a virtute dicunt: (3) hominem autem inde habuisse nun, et enthymesin; et haec esse quae salvantur, dicunt: et statim gratias agere eum Primo Homini, relictis fabricatoribus. (4)

« θρώπου » . . . Τούτων δέ φησιν ἀκούσας τῶν λόγων τοῦ ὄφεως ὁ Πατὴρ ἔφη, « Δεῦτε ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμῶν ».

(1) Omnes enim septem ignorant quempiam super illos esse.

(2) Intell.: Mater obiurgat Ialdabaoth supra illum esse Protanthropon seu primum *hominem* (ut hi gnostici vocant summum principium); qua obiurgatione iam sex archontes seu Virtutes (Iao, Sabaoth etc.) a Ialdabaoth separari quaerunt et ad Matrem (*unde clamor*) adiungi. Ut hos sibi retineat Iald. creationem *hominis* illis mandat, ut ostendat etiam hominem quem Mater annuntiat, sub se et illis esse. Mater quae per hominem hunc sperat deo Ialdabaoth et suis subtrahere posse *principalem virtutem* (seu humectationem luminis quae in eo est a summo principio a quo et ipsa descendit, quaeque illi ratio est nobilitatis et superbiae simul) huic operi favet, praebetque ipsa (cfr. c. V, 1, fin. 3, 6 etc.) operis *excogitationem* seu typum, exemplar et similia.

(3) I. e. Ialdab. insufflans in hominem (debilem et pronum repentem ob defectu vis et scintillae luminis [cfr. SATURN. c. XXV, 1]) spiritum vitae seu lucis, statim eodem spiritu se privat, quo facto fraus Matris effectum sortitur. Restat nunc ut hominem illa contra Ialdabaoth repugnantem seu rebellem faciat, quod sequentibus obtinet.

(4) Homo, spiritu vitae seu lucis in se recepto, instruitur ad verum

7. Zelantem autem Ialdabaoth voluisse excogitare evacuare hominem per feminam, et de sua Enthymesi [1] eduxisse feminam, quam illa Prunicos suscipiens invisibiliter evacuavit a virtute. Reliquos autem venientes et mirantes formositatem eius, vocasse eam Evam, et concupiscentes hanc, generasse ex ea [sibi] filios, quos et angelos esse dicunt. Mater autem ipsorum argumentata est per serpentem seducere Evam et Adam, supergredi praeceptum Ialdabaoth; Eva autem quasi a Filio Dei hoc audiens, [2] facile credidit, et Adam suasit manducare de arbore, de qua dixerat Deus, non manducare. Manducantes autem eos cognovisse eam quae est super omnia virtutem dicunt, et abscessisse ab his qui fecerant eos. Prunicum autem videntem, quoniam et per suum plasma victi sunt, valde gratulatam, et rursum exclamasse, quoniam, quum esset Pater incorruptibilis, olim hic [3] semetipsum vocans Patrem mentitus est: et quum Homo olim esset et Prima Femina, et haec adulterans peccavit.

Deum cognoscendum (nun et enthymesim habens) ac propterea illico ad Deum convertitur; quo facto zelotypia percellitur Ialdabaoth atque eum imminuere conatur femina, ad similitudinem Primae Feminae, quae ipsa instrumentum Matris (Prunicos seu Sophia) efficitur.

(1) Enthymesis = intentio, concupiscentia (cfr. sup. in fin § 5 de origine Nous) seu generatim interna vis. Hoc sensu interpretantur Gnostici costam Adae de qua ap. *Gen.* II, 21, Deus Hevam eduxit.

(2) Heva non habens Nun et Enthymesin, immo evacuata etiam a virtute illi indita a Ialdabaoth, facile credere potuit serpentem illum esse Nun, qui unicus filius dei Ialdabaoth apparebat (cfr. § 5 fin.). Apud omnes hos gnosticos serpens ut instrumentum boni Spiritus et gnoseos latorem facile ex ipsa narratione *Gen.* haberi poterat. Ap. Hipp. V, 16-17 est Logos ipse.

(3) I. e. Ialdabaoth cui Mater vetera obiurgat, novum etiam addens in doloris et impotentiae argumentum, *sui plasmatis* defectionem. Vertendum tamen erat: exclamasse « Ialdabaoth mentitum « esse quum aliquando, dum ante « illum Pater incorruptibilis esset, « se tamen Patrem vocaret, et « insuper peccasse adulterata in « Adamo et Heva figura Protan- « thropi et Spiritus seu Primae Fe- « minae ».

8. Ialdabaoth autem propter eam quae circa eum erat oblivionem, ne quidem intendentem ad haec, proiecisse Adam et Evam de paradiso, quoniam transgressi erant praeceptum eius. Voluisse enim filios ei ex Eva generari, et non adeptum esse,(1) quoniam mater sua in omnibus contrairet ei, et latenter evacuans Adam et Evam ab humectatione luminis, uti neque maledictionem participaret, neque opprobrium, is qui esset a principalitate spiritus. Sic quoque vacuos a divina substantia factos, maledictos esse ab eo, et deiectos a caelo in hunc mundum docent. Sed et serpentem adversus patrem operantem deiectum ab eo in deorsum mundum: in potestatem autem suam redigentem angelos qui hic sunt, et ipsum sex filios generasse, septimo ipso exsistente ad imitationem eius, quae circa Patrem est, hebdomadis. Et hos septem daemonas mundiales esse dicunt, adversantes et resistentes semper generi humano, quoniam propter eos pater illorum(2) proiectus est deorsum.

9. Adam autem et Evam prius quidem habuisse levia et clara, et velut spiritalia corpora, quemadmodum et plasmati sunt; venientes autem huc, demutasse in obscurius, et pinguius, et pigrius; sed et animam dissolutam et languidam: quippe a factore tantummodo insufflationem mundialem(3) habentes, quoadusque Prunicos miserata eorum, reddidit eis odorem suavitatis humectationis luminis: per quam in commemorationem venerunt suam ipsorum, et cognoverunt seipsos nudos et corporis materiam; et co-

(1) Alludit ad verba *Gen.* I, 28: *Crescite et multiplicamini* quod obtinere non potuit in paradiso (ibid. IV, 1). Sequentia vero per se stant nec cum his cohaerent: quippe non indicant rationem cur finem suum Ialdab. obtinere non potuerit, sed praecautionem qua utitur Sophia (?) ad salvandam ab instante hominis maledictione et opprobrio scintillam pretiosam luminis. — Verum res obscura est.

(2) I. e. serpens.

(3) Cfr. conceptus ψυχή et πνεῦμα apud Valent. Quae sequuntur *regulam* gnosticam pulchre complent, et captu sunt facillima si cum sacro textu conferantur.

gnoverunt, quoniam mortem baiulant, et magnanimes (1) exstiterunt, cognoscentes quoniam ad tempus corpus circumdatum est eis: et escas quoque invenisse eos, praeeunte eis Sophia, et satiatos coisse invicem carnaliter, et generasse Cain, quem deiectibilis serpens cum filiis suis statim suscipiens evertit, et adimplevit mundiali oblivione,(2) in stultitiam et audaciam immittens, ita ut et dum fratrem suum Abel occideret, primus zelum et mortem ostenderit. Post quos secundum providentiam Prunici dicunt generatum Seth, post Noream: ex quibus reliquam multitudinem hominum generatam dicunt, et ab inferiore hebdomade in omnem malitiam immissam, et apostasiam superiorem sanctae hebdomadae,(3) et idololatriam, et reliquam universam contemtionem, quum contraria eis esset semper mater invisibiliter, et proprium salvaret, hoc est, humectationem luminis. Sanctam autem hebdomadam septem stellas, quas dicunt planetas, esse volunt; et proiectibilem (4) serpentem duo habere nomina, Michael et Samael, dicunt.

10. Iratum autem Ialdabaoth hominibus, quoniam eum non colebant, neque honorificabant quasi Patrem et Deum, diluvium eis immisisse, ut omnes simul perderet. Contra

(1) Gr. μεγαλοθύμοι h. e. patientes, longanimes, quoniam corpus in poenam, tantum ad tempus ferre debebant. Ex hoc elogio bene colliges veros gnosticos salutem Adae denegare non potuisse.

(2) Oblivio = obscuritas, insipientia et opponitur ad gnosim.

(3) « Hic dici puto: Quam vi« delicet avertere non potuit sancta « hebdomas. Idque persuadere vi« detur quae mox subiicitur ratio « quia contraria eis erat semper « mater invisibiliter » ; Massuet. Sed alii facilius legunt *superiori* sanctae hebdomadae, quod ex oppositione praecedenti « inferiore « hebdomade » melius sustinetur.

(4) Proiectibilis ut supra deiectibilis: i. e. spretu dignus. — Nomina Michael et *Suriel* in diagr. ophitico perhibentur cum his quae ceteris archontibus seu daemonib. mundialibus (cfr. spiritalia malitiae ap. Valent.) convenire dicuntur: Raphael, Gabriel, Thautabaoth, Erathabaoth, Onoel, Thartaraoth, Thaphabaot, quorum vultus sunt respective draconis, aquilae, ursi, canis et trium asinorum. Cfr. mythologiam aegyptiam de Anubi, Horo, Seth etc. [V. et. Hipp. V, 26].

stante autem et hic Sophia, salvatos eos esse qui circa Noe erant in arca, propter humectationem illius luminis quod ab ea erat, per quam iterum adimpletum esse mundum hominibus: ex quibus quemdam Abraham elegisse et ipsum Ialdabaoth, et testamentum posuisse ad eum, si perseveraverit semen eius serviens ei, dare ei hereditatem terrae. Post per Moysen eduxisse eos ex Aegypto qui ab Abraham essent, et dedisse his Legem, et fecisse eos Iudaeos, ex quibus(1) elegisse septem dies, quos et sanctam hebdomadam vocant. Et unusquisque eorum(2) suum praeconem assumit ad gloriandum, et Deum annunciandum, uti et reliqui audientes glorias, servirent et ipsi his qui a prophetis annunciantur dii.

11. Sic autem prophetas distribuunt:(3) huius quidem Ialdabaoth Moysen fuisse, et Iesum Nave, et Amos, et Abacuc: illius autem Iao, Samuel, et Nathan, et Ionam, et Michaeam: illius autem Sabaoth, Heliam, et Ioel, et Zachariam: illius autem Adonai, Esaiam, et Ezechiel, et Ieremiam, et Daniel: illius autem Eloi, Tobiam, et Aggaeum: illius autem Orei, Michaeam,(4) et Nahum: illius autem Astaphaei, Hesdram, et Sophoniam. Horum igitur unusquisque glorificans suum patrem et deum, Sophiam et ipsam per eos multa loquutam(5) esse de Primo Homine et incorruptibili Aeone, et de illo Christo, qui sit sursum, dicunt, praemonentem et rememorantem homines in incorruptibile lumen, et in Primum Hominem, et in descensionem Christi: in quibus conterritis principibus, et admirantibus novitatem in his quae a prophetis annuntiabantur, operatam esse Prunicum per Ialdabaoth nescientem quid faciat, duo-

(1) Gr. Ἐξ ὧν ἐκλέξασθαι = post haec electos esse.

(2) I. e. septem archonton, ut sequitur. Hinc est quod Celsus testatur Ophitas dixisse Deum Iudaeorum Θεὸς κακηραμένος quippe qui semper adulari cuperet.

(3) Neminem effugiet momentum huius canonis V. T. gnostici, cuius quidem origines quaerere utillimum esset.

(4) Lege fortasse « Malachiam », quum Michaeas iam occurrerit.

(5) Cfr. VII, 3–4 (p. 125 sqq.).

rum hominum factas esse emissiones: alterum quidem de sterili Elizabeth, alterum autem ex Maria virgine.(1)

12. Et quoniam non haberet eadem ipsa requiem, neque in caelo, neque in terra, contristatam invocasse in adiutorium matrem.(2) Mater autem eius, Prior Femina,(3) miserata est super poenitentia filiae,(4) et postulavit a Primo Homine adiutorium ei mitti Christum: qui et descendit emissus ad sororem suam, et ad humectationem luminis. Cognoscentem autem eam, quae deorsum est Sophiam, descendere ad fratrem eius, et annuntiasse eius adventum per Iohannem,(5) et praeparasse baptismum poenitentiae, et ante adaptasse Iesum, uti descendens Christus inveniat vas mundum, et uti per filium eius Ialdabaoth femina a Christo annuntiaretur. Descendisse autem eum per septem caelos, assimilatum filiis eorum dicunt, et sensim eos evacuasse a virtute.(6) Ad ipsum enim universam humectationem lu-

(1) Sophia ministerio prophetarum ad duplicem finem utitur: hinc ad docendos homines verum Deum futuramque redemtionem: inde ad terrendum Ialdabaoth cum suis, ut illius opera ad suos converteret fines, adeo ut nativitatem Ioannis in quem ipsa descenderet, et Iesu in quem Salvator adveniret, sola operari potuerit absque scl. ullius viri concursu.

(2) I. e. Spiritum sanctum a quo Christus frater Sophiae: cfr. § 2, 3 huius capitis.

(3) His incipit opus proprium redemptionis quod in eo est ut omnia lucis seu spiritus elementa in universo dispersa, colligentur utque a vinculis hylicis exsolvantur. Id locum habere debet tum in homine quum in ipsa Sophia quae adhuc extra superius caelum vagatur. Attende tamen ab Ophitis his rationem sufficientem haberi narrationis historicae Evangelii, quae a posterioribus discipulis, v. g. a Peratis, omnino pessumdatur. [Cfr. Hipp. V, 16].

(4) Similiter apud Iustinum gnost. redemptio incipit poenitentia seu conversione Elohim ad Deum. Apud *Pist. Soph.* ex duodecim archontibus, sex cum Sabaoth pertinaces exsistunt, sex vero cum Iabraoth conversi dicuntur.

(5) Ioannes Baptista, qui se *amicum sponsi* dicebat, apte per ipsam sponsam Sophiam moveri dicitur qui hominibus poenitentiam, ad imitationem Sophiae, praedicaret ac primo baptismo confirmaret.

(6) Haec descensio Christi *Kenosis* (seu evacuationis) formam

minis concurrisse dicunt, et descendentem Christum in hunc mundum, induisse primum sororem suam Sophiam, et exsultasse utrosque refrigerantes super invicem: et hoc esse sponsum et sponsam definiunt. Iesum autem quippe ex Virgine per operationem Dei generatum, sapientiorem, et mundiorem, et iustiorem hominibus omnibus fuisse; in [eum] (1) Christum perplexum Sophiae descendisse, et sic factum esse Iesum Christum.

13. Multos igitur ex discipulis eius non cognovisse Christi descensionem in eum dicunt: descendente autem Christo in Iesum, tunc (2) coincepisse virtutes perficere, et curare, et annuntiare incognitum patrem, et se manifeste Filium Primi Hominis confiteri. In quibus irascentes principes et patrem Iesu, (3) operatos ad occidendum eum: et in eo quum adduceretur, ipsum quidem Christum cum Sophia abstitisse in incorruptibilem Aeonem dicunt; Iesum autem crucifixum: non autem oblitum suum (4) Christum, sed misisse desuper virtutem quamdam in eum, quae excitavit eum in corpore, quod et corpus animale et spiritale vocant: mundialia enim remisisse eum in mundo. Videntes autem discipuli resurrexisse eum, non eum cognoverunt, sed ne ipsum quidem Iesum cuius gratia a mortuis resurrexit. Et

ac nomen habet eaque respondet ex contrarietate eidem quam Sophia passa esse dicitur § 5. Eadem late describitur in *Ascens. Isaiae* ac in libris copticis praesertim in *Pist. Soph.* quam opportune etiam in sqq. cum narrat. Irenaei conferes. – *Eos.... a virtute* scripsi ex Vat.[1], fol. 21 B.

(1) Supplevi ex initio § seq.

(2) Igitur hic quoque descensus Christi in Iesum in baptismo factus esse videtur, quo vita publica illius inchoata est. Verum apud Naassenos, in *Pistis Sophia* etc. a nativitate; apud Iustin. et *Ev. Infànt.*, quo utebantur Peratae, anno XII docetur. Caetera quae sequuntur iam apud multos alios vidimus. – *Coepisse* leg. Vat.[1]

(3) I. e., ut patet, Ialdabaoth. V. autem iam apud Peratas (HIPP. V, 16) perhiberi doctrinam iuxta quam mors Christi non est nisi fraus qua Satana per escam carnis aculeo divinitatis transfigitur.

(4) I. e.: oblitum illius (αὐτοῦ) seu Iesu.

hunc maximum errorem inter discipulos eius fuisse dicunt, quoniam putarent eum in corpore mundiali resurrexisse, ignorantes quoniam « caro et sanguis regnum Dei non « apprehendunt ». [1]

14. Confirmare autem volunt descensionem Christi et ascensionem ex eo, quod neque ante baptismum, neque post resurrectionem a mortuis, aliquid magni fecisse Iesum [2] dicant discipuli, ignorantes adunitum esse Iesum Christo, et incorruptibilem Aeonem hebdomadi: et mundiale corpus animale dicunt. [3] Remoratum autem eum post resurrectionem XVIII mensibus, [4] et sensibilitate in eum descendente, didicisse quod liquidum est: [5] et paucos ex discipulis suis, quos sciebat capaces tantorum mysteriorum, docuit haec, et sic receptus est in caelum, Christo sedente ad dexteram Patris Ialdabaoth, uti animas eorum, qui cognoverunt eos, post depositionem mundialis carnis recipiat in se, ditans semetipsum, Patre eius ignorante, sed ne vidente quidem eum, uti in quantum Iesus semetipsum ditat in sanctis animabus, in tantum Pater eius in detrimentis factus deminoretur, evacuatus a virtute sua per animas. Iam enim non habiturum eum animas sanctas, ut rursus demittat eas in saeculum, sed tantum eas quae sunt ex substantia eius, id est, quae sunt ex insufflatione. [6] Consummationem autem futuram quando tota humectatio spi-

(1) Cfr. I *Cor.* XV, 50.

(2) Quia nempe neque ante baptismum neque post resurrectionem Christus cum Sophia (id est incorruptibile cum hebdomada) in Iesu permanebat.

(3) Eodem errore hanc unionem nesciunt quo κοσμικὸν τὸ σῶμα ψυχικὸν φάσκουσι.

(4) I. e. hoc ipsum corpus animale, sensibile factum, in terris cum discipulis XVIII menses moratum esse dicunt. Id etiam habes in *Libro Ieû*, apud Borborianos, Naassenos etc.: dum *Pistis Soph.* XI annos docet. Cfr. p. 91, not. 3.

(5) I. e. quod in parabolis absconditum Christus loquutus erat, Iesus primum liquidum, seu apertum, discit atque discipulis patefacit.

(6) Cfr. XXV, 4-5 cum VII.

ritus luminis colligatur, et abripiatur in Aeonem incorruptibilitatis. (1)

15. Tales quidem secundum eos sententiae sunt: a quibus, velut Lernaea hydra, multiplex capitibus fera de Valentini schola generata est. Quidam enim ipsam Sophiam serpentem factam dicunt: quapropter et contrariam exstitisse factori Adae, et agnitionem hominibus immisisse, et propter hoc dictum serpentem omnium sapientiorem.(2) Sed et propter positionem intestinorum nostrorum per quae esca infertur, et quod talem figuram habeant, ostendentem absconsam generatricem serpentis figurae substantiam in nobis. (3)

CAP. XXXI. 1. Alii autem rursus Cain a superiore principalitate dicunt, et Esau, et Core, et Sodòmitas, et omnes tales cognatos suos confitentur; et propter hoc a factore impugnatos, neminem ex eis male acceptos. (4) Sophia enim illud quod proprium ex ea erat, abripiebat ex eis ad semetipsam. Et haec Iudam proditorem dili-

15. **Τινὲς δὲ αὐτὸν τὸν ὄφιν τῇ σοφίᾳ συνεῖναί φασι, καὶ ὡς ἐναντίῳ Θεῷ τῷ ποιητῇ πολεμοῦντα, τὸν Ἀδὰμ ἐξαπατῆσαι, καὶ δεδωκέναι τὴν γνῶσιν, καὶ τούτου χάριν εἰρῆσθαι φρονιμώτατον εἶναι πάντων τὸν ὄφιν. Καὶ τὴν πολυέλικτον δὲ τῶν ἡμετέρων ἐντέρων θέσιν τοῦ ὄφεως περικεῖσθαι τὸ σῶμα, δεικνῦσαν τὴν ζωογόνον σοφίαν τοῦ ὄφεως.**

1. **Ἄλλοι δέ, οὓς Καϊνοὺς ὀνομάζουσι, καὶ τὸν Κάϊν φασὶν ἐκ τῆς ἄνωθεν αὐθεντίας λελυτρῶσθαι, κάὶ τὸν Ἠσαῦ, καὶ τὸν Κορέ, καὶ τοὺς Σοδομίτας, καὶ πάντας δὲ τοὺς τοιούτους, συγγενεῖς ἰδίους ὁμολογοῦσι. Καὶ τούτους ὑπὸ μὲν τοῦ ποιητοῦ μισηθῆναι, μηδεμίαν δὲ βλάβην εἰσδέξασθαι· ἡ γὰρ σοφία ὅπερ εἶχεν ἐν αὐτοῖς, ἀνήρπασεν ἐξ αὐτῶν. Καὶ**

(1) Ex his duobus paragraphis fere totidem articuli fidei ophiticae quot in nostro symbolo sunt colligere licet. Ubi imitatio doctrinarum christianarum, magis et latius perspicitur quam in aliis quibuscumque systematibus.

(2) Gr.: *prudentiorem*. MATTH. X, 17.

(3) Cfr. superius dicta et quae ex EPIPH. p. 222, not. 3 attuli.

(4) I. e. malum accepisse.

genter cognovisse dicunt, et solum prae caeteris cognoscentem veritatem, perfecisse proditionis mysterium: per quem et terrena et caelestia omnia dissoluta dicunt. Et confinctionem afferunt huiusmodi, Iudae Evangelium illud vocantes.

2. Iam autem et collegi eorum conscriptiones, in quibus dissolvere opera Hysterae adhortantur; Hysteram autem fabricatorem caeli et terrae vocant: nec enim aliter salvari eos nisi per omnia eant, quemadmodum et Carpocrates dixit.(1) Et in unoquoque peccatorum et turpium operationum angelum assistere, et operantem audere audaciam et immunditiam inferre,(2) id quod inest ei operationi, angeli nomine edicere: « O tu angele, abutor opere tuo: O tu « illa potestas, perficio tuam operationem. » Et hoc esse scientiam perfectam, sine tremore in tales abire operationes, quas ne nominare quidem fas est.

τὸν προδότην δὲ Ἰούδαν μόνον ἐκ πάντων τῶν ἀποστόλων ταύτην ἐσχηκέναι τὴν γνῶσιν φασί, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τῆς προδοσίας ἐνεργῆσαι μυστήριον. Προφέρουσι δὲ αὐτοῦ καὶ εὐαγγέλιον, ὅπερ ἐκεῖνοι συντεθείκασι. | Καὶ ἄλλα τινὰ συγγράμματα ὡσαύτως πλάττονται κατὰ τῆς Ὑστέρας· ἣν Ὑστέραν τὸν ποιητὴν τοῦ πάντος... οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καλοῦσι. Καὶ μὴ δύνασθαί φασι σωθήσεσθαί τινα, ἐὰν μὴ διὰ πάντων χωρήσωσιν, ὡς καὶ ὁ Καρποκράτης λέγει. | Καὶ τὰ ἀπειρημένα πράττοντες, ἀγγέλου τινὸς ἐπιλέγουσιν ὄνομα, ὡς ἐκείνῳ δῆθεν τὴν ἀσέλγειαν χαριζόμενοι, φασίν. « Ὁ δεῖνα ἄγγελε, καταχρῶμαί σου τὸ ἔργον· ἡ δεῖνα ἐξουσία, « πράττω σου τὴν πρᾶξιν »· Καὶ τοῦτο γνῶσις τελεία παρ' αὐτοῖς ἐστι λεγόμενον, ἀδεῶς ἐπὶ τὰς ἀθεμίτους αἰσχρουργίας ὁρμᾶν.

(1) Ὑστέρα = uterus. Aliquid his simile refert Hippol. V, iii, 19 fin. ubi chaos precise est « infe- « lix et impurus uterus incompo- « situs » quem serpens ingreditur ac foecundat. Cuius rei etiam ingressum Christi in uterum Virginis, imaginem esse turpiter asserebant (cfr. quoque locum *Quaest. Bartolom.* in *Zeitschr. f. neut. Wissens.*, 1902, p. 236.

(2) « Nisi scripserit Ir. ἀναφέ- « ρειν quod verti debuisset *offerre* « non *inferre*, inferre hic accipio « pro attribuere, adscribere, et sic « Ir. verba interpretor: operantem « audere audaciam et immundi- « tiam ei attribuere ». Ita Massuet. — *Audere* loco *audire* scripsi ex Vat.1 f. 22 A (ubi legitur « accidere ») exinde quoque infra « edicere » loco « dicere » reposui.

3. [*WH. XXIX*]. QUIBUS TEMPORIBUS FUERUNT OMNES, QUI PRAEDICTI SUNT, ET A QUIBUS INITIA ET DOCTRINAS ACCEPERUNT. A talibus matribus, et proavis eos qui a Valentino sint, sicut ipsae sententiae et regulae ostendunt eos, necessarium fuit manifeste arguere, (1) et in medium afferre dogmata ipsorum, si qui forte ex his poenitentiam agentes, et convertentes ad unum solum conditorem et Deum factorem universitatis, salvari possit: reliqui autem non iam abstrahantur a prava quasi verisimili suasione eorum, putantes maius et aliquid altius ab his scituros se mysterium; sed a nobis bene discentes quae ab illis male docentur, derideant quidem doctrinam eorum, illorum autem misereantur, qui adhuc in his tam miserrimis et instabilibus fabulis tantam elationem assumserunt, ut meliores semetipsos reliquis propter talem agnitionem, imo ignorantiam, arbitrentur. Delectatio autem eorum haec est; sive adversus eos victoria est sententiae eorum manifestatio. (2)

4. Quapropter conati sumus nos universum male compositum vulpeculae huius corpusculum in medium producere, et aperte facere manifestum. (3) Iam enim non multis opus erit sermonibus ad evertendum doctrinam eorum, manifestam omnibus factam. Quemadmodum bestiae alicuius (4) in sylva absconditae, et inde impetum facientis, et multos vastantis, qui segregat et denudat sylvam, et ad visionem perduxit ipsam feram, iam non elaboravit (5) ad ca-

(1) H. e. ostendere ortos esse.

(2) Ut haec nosse illis delectationis, ita nobis eadem manifestare victoriae argumentum. Sed sunt qui legant *detectio* loco *delectatio*. Ott.[2] inepte suggerit *devastatio.*

(3) Redit argumentum c. VIII.

(4) Repone haec in abl. absoluto quem casum interp. de more genitivo reddit.

(5) *Elaborabit* corrigit Ottob.[2] Sensus est: Quemadmodum... quum quis segregaverit etc. iam non magno opere vel labore necesse erit ad capiendam feram videntibus venatoribus quaenam fera talis fera sit: nam hoc pacto possunt ipsi (*adest*) videre et cavere impetus eius; ita quoque nobis etc.

piendam, videntes quoniam ea fera fera est: ipsis enim adest videre et cavere impetus eius, et iaculari undique, et vulnerare, et interficere vastatricem illam bestiam. Sic et nobis, quum in manifestum redegerimus eorum abscondita et apud se tacita mysteria, iam non erit necessarium multis destruere eorum sententiam. Adest enim et tibi, et omnibus qui tecum sunt, ad haec quae praedicta sunt exerceri, et evertere nequam ipsorum doctrinas et inconditas, et apta veritati ostendere dogmata. Quum igitur haec sic se habeant, quatenus promisi, secundum nostram virtutem inferemus eversionem ipsorum, omnibus eis contradicentes in sequenti libro (enarratio enim in longum pergit, ut vides): et viatica [1] quoque dabimus ad eversionem ipsorum, occurrentes omnibus sententiis secundum narrationis ordinem, ut simus non tantum ostendentes, sed et vulnerantes undique bestiam.

(1) Subsidium viae: gr. ἐφόδιον ut in Praef. 4.

EXPLICIT LIBER PRIMUS. INCIPIT SECUNDUS

NB. Corrigendum. Pag. 254, nota 2, lin. 14, verba « ex Alexan- « dra... habuit » auferenda sunt atque, pag. 260, nota 2, lin. 15, ante nomen « Epiphane*m* » adscribenda. Ea vero quae ibidem leguntur « Inter eius... filius » praefatae pag. 254, nota 2, lin. 15, ante nomen « Isidoru*s* » restitue.

SYNOPSIS LIBRI II.

PRAEFATIO. Recapitulatio I libri et propositio secundi quo gnosis rationum momentis opprimitur.

I. — FUNDAMENTUM GNOSEOS DE DEO PATRE ET DEO DEMIURGO EVELLITUR (I-XI).

A) **Dualitas Dei et Demiurgi reiicitur.** I. Nec supra nec infra Deum, aliud principium, ab eo non dependens, esse potest; multo minus alius Deus. II. Angeli quoque in conditione mundi a Deo independentes esse non potuere, immo nec principales factores, quum per Verbum suum Deus omnia creaverit. III. Quapropter Deus et Creator unus est nec supra eum Bythus aut Pleroma ponendum. IV. Absurdius etiam vacuum vel umbra extra Deum confingitur, absurdissime in ipsa Dei plenitudine.

B) **Emanatio Demiurgi et creaturarum a Deo pariter convellitur.** V. Id enim non componitur cum perfectione Dei a qua nec directe nec per angelos imperfectum emanare potuit. VI. Falsum porro angelos Deum ignorare potuisse, qui et ab hominibus naturaliter cognoscitur. VII. Falsum etiam res creatas Pleromatis gloriam in se referre. VIII. Sed nec Aeonum imaginem.

C) **Quantus sit in his error haereticorum.** IX. Gnostici nulla testium auctoritate, ne ethnica quidem, fulciuntur.

X. Scripturas autem perperam detorquent; quaestiones non solvunt, sed maioribus et absurdis implicant. XI. Sublimia persequuti veritatem pro umbra dereliquerunt. Ab Irenaeo primum interrogationibus, dein ex Scripturis expugnabuntur.

II. — De Aeonibus in specie (XII-XXI).

A) **Obiurgationes praeviae.** XII. Triacontadem eorum et deficere et abundare. Si Sophia sine coniuge generat, cur non alii? Ogdoas incompossibilibus constat (*Logos*-Sige). XIII. Etiam ordo processionum (v. g. *Mens* a cogitatione) perperam confingitur, nec gradus psychologici intellectionis qui in homine tantum sunt, in simplicissimo Deo realiter distingui possunt. A fortiori, unde inaequalitas Aeonum in uno Deo substinetur? Qua vita vivunt qui ante *Vitae* emissionem sunt? Cur ex Verbo *Homo* et non potius Verbum ex Homine?

B) **Graecorum philosophia fons et origo est huius systematis.** XIV. De *Theogonia* Antiphanis comici valentinianae persimili. Quid Thales, Homerus, Anaximander, Democritus et Epicurus, Plato, Anaxagoras ὁ ἀθέος, Empedocles, Hesiodus, Pythagoraei ad Gnosticorum errores contulerint. Hi autem omnes veritatem nec cognoverunt, nec docere potuerunt. Nomina tamen mendacio suo aptius quam Gnostici apposuerunt.

C) **De emissione Aeonum.** XV. Unde *Aeones* in genere, quum creati non sint? Cur tetras, ogdoas etc., et non alius numerus? XVI. Cur mundus imago Pleromatis, et Pleroma non imago alius Pleromatis et ita porro? XVII. Si Aeonum emissio generatio est quae uniuscuiusque figuratio? et si emanatio ut luminis a lumine cur ultimus passus est dum alii impassibiles? si vero ger-

minatio est ut ramorum arboris unde imperfectio Aeonum quorumdam? si demum emissio ut radii a sole qui ignorant Patrem a quo emissi sunt? Quid absurdum si a perfectissima Mente verbum caecum emittetur? XVIII. De *Sophia* in specie cur omnibus insipientior? Quomodo illius reflexio (Enthymesis) separata subsistit? Quomodo passio Aeonis spiritualis materia corporum fit? At maxime: cur voluisse Patrem cognoscere causa fit ignorantiae et imperfectionis? XIX. De *Demiurgo* demum nonne alienissimum ab omni ratione hunc, qui semen omne spiritale susceperit, animalem et omnium nescium esse, quum ipsi gnostici, qui pusillam seminis particulam habere glorientur, spiritales sint omniaque intelligant?

III. — De argumentis quibus Gnostici Aeonum systema fulciunt (XX–XXIX).

A) **Argumenta Scripturae.** XX. Duodecimi Aeonis angustiae cum Iudae defectione et maxime cum passione Domini nil commune habet. XXI. Nec duodecim Apostoli typus XII Aeonum: qui enim pro X Aeonibus his senioribus constituentur? qui Aeones vero pro LXX discipulis? qui Aeon pro Paulo? XXII. Triginta Aeones XXX annis vitae Christi non significantur: nec enim Christus duodecimo post baptismum mense passus est [quod ex Isa. LXI, 2 neutiquam ostenditur] sed saltem XL anno maior. Id Irenaeus testimonio presbyterorum et ex Matth. IX, 20 ostendere nititur. XXIII. Absonum etiam haemorrhoissam [Io. VIII, 56] typum esse perturbati Aeonis; illa enim duodecimo anno non pati incepit, sed curata est; praeterea alios alia in aetate Christus sanitati reddidit.

B) **Argumenta arithmetica.** XXIV. Haec in arbitrio consistunt: quid de Σωτήρ (= 1408)? Praeterea cur graecae

litterae observantur, non vero hebraicae quae nativae sunt? Cur multi alii typi negliguntur (v. g. mensurae arcae foederis)? Cur quintus ille numerus quo s. Scripturae plenae sunt? XXV. Numeri quidem non sine magna sapientia rebus sunt positi, sed haec ex regula veritatis perpendi debet. Nec enim Deus ex numeris et ceteris quae facta sunt, sed potius haec ex Deo explicantur. Caeterum non omnia hominum investigationi subiecta sunt neque esse debent. XXVI. Scientia inflat, caritas aedificat, nec plus quam oportet sapere iuvat.

C) **Conclusiones practicae.** XXVII. Exemplo haereticorum ostendit Irenaeus parabolas obscuras, ad apertas praedicationes explicandas, adhiberi non debere. XXVIII. Regula fidei prae omnibus tenenda: quae nostrae mentis captum exsuperant Deo committenda esse humiliter: nec, prout haeretici censent, temere omnia scrutanda.

IV. — De fatis animarum (XXIX-XXXV).

XXIX. Repugnat quasdam animas in Pleroma, alias in medietatem abire, corpora vero salute expertia esse. XXX. Repugnat animas spiritales esse si Demiurgus ipse, a quo sunt, animalis sit. XXXI. Ad alios extenditur haereticos quod contra Valentinum hucusque disputatum est; horum omnium vera fata ventura ostenduntur. XXXII. Impia et horrenda quae de indifferentia actionum ab his dicuntur, de necessitate omnium turpitudinum obeundarum, deque similitudine et superioritate cum Iesu. XXXIII. Absurdum animas et corporibus in corpora migrare. XXXIV. Animas post mortem aeternum immobiles perseverabunt cum memoria suorum gestorum. XXXV. De animabus prophetarum in specie, deque prophetiae origine.

[LIBER SECUNDUS]

PRAEFATIO.[1] 1. In primo quidem libro, qui ante hunc est, arguentes falsi nominis agnitionem ostendimus tibi, dilectissime, omne ab his qui sunt a Valentino per multos et contrarios modos adinventum esse falsiloquium; etiam sententias exposuimus eorum qui priores exstiterunt, discrepantes eos sibimetipsis ostendentes, multo autem prius ipsi veritati. Et Marci quoque magi sententiam, quum sit ex his, cum operibus eius omni diligentia exposuimus, et quanta ex Scripturis eligentes adaptare conantur fictioni suae, diligenter retulimus: et quonam modo per numeros et per viginti quatuor elementa alphabeti, veritatem affirmare conantur et audent, minutatim perexivimus.[2] Et quemadmodum conditionem secundum imaginem invisibilis apud eos Pleromatis factam dicunt,[3] et quanta de Demiurgo sentiunt ac docent, renuntiavimus, et progenitoris ipsorum doctrinam Simonis magi Samaritani, et omnium eorum, qui successerunt ei, manifestavimus. Diximus quoque multitudinem eorum, qui sunt ab eo Gnostici,[4] et differentias ipsorum, et doctrinas, et successiones annotavimus, quaeque ab eis

(1) Haec praefatio pretiosam continet recapitulationem dictorum, ex qua logicam quamdam primi libri partitionem desumere licet. Singula autem membra utillime cum inscriptionibus singulis capitulis iam praefixis, ad harum antiquitatem et originem detegendam, conferuntur. (Cfr. LOOFS, *Hdschr. lat. Iren.* p. 60 sqq.

(2) Verbum Latinis incognitum: gr. διεξήλθομεν = commemoravimus.

(3) Cfr. titulum c. XVII, p. 216.

(4) I. e. Barbelitarum etc. (c. XXIX sqq.).

haereses institutae sunt omnes exposuimus. Et quoniam omnes a Simone haeretici initia sumentes, impia et irreligiosa dogmata induxerunt in hanc vitam, ostendimus; et redemtionem ipsorum, et quomodo initiant eos qui perficiuntur, et adfationes eorum,(1) et mysteria manifestavimus; et quia unus Deus conditor, et quia non postremitatis fructus, et quia neque super illum, neque post eum est aliquid.(2)

2. In hoc autem libro instruemus, quae nobis apta sunt, et quae permittit tempus, et evertemus per magna capitula(3) omnem ipsorum regulam: quapropter, quod sit detectio et eversio sententiae ipsorum, operis huius conscriptionem ita titulavimus.(4) Oportet enim absconditas ipsorum coniugationes per manifestarum coniugationum indicium et eversionem, Bythum dissolvere,(5) et quoniam neque fuerit aliquando, neque sit, accipere ostensionem.

CAP. I. OSTENSIO QUOD NEQUE EXTRA PLEROMA SIT UNIVERSORUM DEUS, NEQUE EXTRA PLENITUDINEM EIUS ESSE ALIQUID, NEQUE QUIDEM DUOS ESSE DEOS IMMENSO INTERVALLO AB INVICEM DISTANTES, NEQUE VIRTUTEM ALIQUAM MUNDI FABRICATRICEM IN IMMENSUM SEPARATAM A PATRE, ET

(1) Cfr. inscriptionem c. XXI, § 5, p. 240, ubi libenter pro IMBUUNT legerem INITIANT.

(2) Id reapse argumentum est primi capitis huius libri. Verum cfr. in primo libro c. XVI, 3 (p. 214), XXI, 1 (p. 243 sq.), et ubique ex symbolo hanc veritatem inculcavit. - Postremitas gr. ὑστέρημα seu infima depravatio (abortus); nomen technicum ad innuendam Achamoth. (Cfr. p. 214).

(3) I. e. per summa capita.

(4) Cfr. et. praef. l. IV et proleg. p. 14; EUS. *H. E.* V, 7 operis titulum tradit ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως.

(5) Male confusa sunt haec: fortasse restituendum *et* ante « Bythum » ac intellegendum, oportet postquam eorum absconditas coniugationes enarravimus ac manifestas fecimus, eas detegere (indicium = ἔλεγχον) et evertere, sicut et ipsum Bythum, de quo primum ostendendum est nec fuisse umquam nec esse. Est nempe ordo dicendorum: nullum esse Bythum primis capp. I-XI ostenditur: a XII deinceps de male confictis coniugationibus et emissionibus est sermo.

IGNORANTEM EUM. 1. Bene igitur habet a primo et maximo capitulo inchoare nos, a Demiurgo Deo, qui fecit caelum et terram et omnia quae in eis sunt, quem hi blasphemantes extremitatis fructum dicunt: et ostendere, quod neque super eum neque post eum est aliquid: neque ab aliquo motus, sed sua sententia et libere fecit omnia, quum sit solus Deus, et solus Dominus, et solus conditor, et solus Pater, et solus continens omnia,(1) et omnibus ut sint ipse praestans.

2. Quemadmodum enim poterit super hunc alia plenitudo, aut initium,(2) aut potestas, aut alius Deus esse: quum oporteat Deum, horum omnium pleroma,(3) in immenso omnia circumcontinere, et circumcontineri a nemine? (4)

(1) H. e.: παντοκράτωρ, cfr. I, x, init. p. 151; vel xxii, 1, p. 243 sq. — Cur *solus* quinquies repetatur, explicatione non indiget.

(2) « Ἀρχή procul dubio fuit in « Graeco, quae vox hic non *initium* « sed *principium* rerum a quo de- « pendent, denotat »; GRABE.

(3) Iren. ut commodius arguat promiscue hinc Deum et Pleroma (cfr. mox § 3 « cum Pleromate « subaudiatur et primus Deus »), inde vero Demiurgum et creatas res accipit, atque utriusque termini incompatibilitatem ostendit. Ad vim argumenti percipiendam recolendum est quid Gnostici de utroque sentirent. — Deum enim ut quid plenissimum et perfectissimum concipiebant: Demiurgum autem ut imperfectum partum imperfectionis, sed a Deo omnino independentem et extra eum positum. Cfr. I, v; x, 3; xxx, 6. — Hinc Iren.: si haec ita de Demiurgo sunt, qua ratione plenitudo et immensitas Dei sustineri poterit? Haec decisiva argumentatio originalis est: nam tantum prima lineamenta illius tradunt v. g. PLATO, *Parmen.* 132; *De leg.* IV, vel [Ps.] ARISTOT. *De Melis. Xenoph. et Gorg.* [BEKKER, 977, 24-40.] Simile profert ATHENAG. *Leg.* 8 ubi ostendit si duo essent dii vel plures, locum unius ex his inveniri non posse. Cfr. quoque (c. a. 250) PLOTIN. *Ennead.* V, 23, et de eo CAIRD, *The evolution of Theology in the greek Philosophers*, 1904, vol. II, pp. 317-346. — Post Iren. vero innumeros nacta est imitatores a TERTULL. (*Marc.* I, 11) ad s. THOMAM (*Contra Gent.* I, 43).

(4) Duplex autem hoc absonum Iren. detegit: 1° Deum non omnia circumcontiner*e* quum Demiurgus *extra* eum sit (usque ad verba: *hoc* [pleonast.] non est omnium

Si autem extra illum est aliquid, iam non omnium est pleroma, neque continet omnia. Deerit enim pleromati, aut ei qui sit super omnia Deo, hoc quod extra eum dicunt. Quod autem deest, et delibatum est ab aliquo, hoc non est omnium pleroma. Et terminum autem et medietatem et finem habebit ad eos qui sunt extra eum. Si autem finis est in ea quae sunt deorsum, initium est et in ea quae sunt sursum. Similiter autem et ex reliquis partibus necessitas est omnis (1) id ipsum experiri, et ab his qui foris sunt contineri et determinari et includi. Is enim qui est deorsum finis, necessario omni modo circumscribit et circumdat eum qui finiatur in eum. Et iterum secundum eos, Pater omnium (quem videlicet et Proonta et Proarchen vocant), cum Pleromate ipsorum, et Marcionis bonus Deus,(2) in aliquo conditus et reclusus et a foris circumdatus ab altera principalitate, quam necesse est maiorem esse; quoniam id quod continet, eo quod continetur maius est: quod autem maius est, id et firmius est, et magis dominus: et quod maius est et firmius et magis dominus, hoc erit Deus.

3. Quum enim sit secundum eos et aliud quid, quod quidem extra Pleroma esse dicunt, in quod et superiorem erraticam (3) virtutem descendisse opinantur, necesse est omni modo, aut continere id quod extra est, contineri autem Pleroma; (alioquin non erit extra Pleroma: si enim extra Pleroma est aliquid, intra hoc ipsum, quod extra Pleroma

pleroma). 2° Deum ipsum autem circumcontineri ab eo quod *extra eum* sit: nam ubi hoc *extra* incipit, Deus finitur: si finitur ergo non est immensus, sed mensuratur et circumdatur ab alio quod illo maius est.

(1) Graecismus frequens: πᾶσα ἀνάγκη = omnino necesse est.

(2) Cfr. I, 27, 2 (p. 271, n. 2), qui nempe, ut TERT. (*Praesc.* 7) ait « de « tranquillitate, a Stoicis venerat ».

(3) H. e. errans (πλανοῦσα) scl. Enthymesis Sophiae « extra eum « factam » (I, II, 4), « extra Ple« roma » (I, IV, 6. Cfr. et. I, X, 1, 2), « *deorsum* decidens » (I, XXX, 3) etc.

dicunt, erit Pleroma; et continebitur Pleroma ab eo quod est extra; cum Pleromate autem subaudiatur et primus Deus), aut rursus in immensum distare et separata esse ab invicem, id est et Pleroma et quod est extra illud.[1] Si autem hoc dixerint, tertium quid erit, quod in immensum separat Pleroma et hoc quod est extra illud; et hoc tertium circumfinit et continebit utraque, et erit maius tertium hoc et Pleromate et eo quod est extra illud, sicut in suo sinu continens utraque: et in infinitum de his quae continentur, et de his quae continent, incidet sermo. Si enim tertium hoc initium habebit in superiora et finem in inferiora, omnino necessitas est et a lateribus definiri illud, vel inchoans vel desinens ad alia quaedam: et illa rursus, et alia quae sunt sursum et quae deorsum, ad alia quaedam habebunt initia, et hoc usque in infinitum, ut numquam stet eorum excogitatio in uno Deo, sed per occasionem plus quam est quaerendi in id quod non sit excidat, et absistat a vero Deo.

4. Similiter autem haec et adversus eos qui sunt a Marcione aptata sunt. Continebuntur enim et circumfinientur et duo dei eius ab immenso intervallo, quod separat eos ab invicem. Sic autem ad excogitandum est necessitas secundum omnem partem multos deos immensa separatione distantes, ab invicem quidem inchoantes, ad invicem autem finientes: et illa ratione qua nituntur docere super fabricatorem caeli et terrae esse aliquod Pleroma aut Deum, eadem ratione utens quisque adstruet super Pleroma alterum esse

(1) I. e., si non se tangant et circumdent, erit quod separabit utrumque: sed saltem hoc extra utrumque est et utrumque continet, nisi in infinitum abeamus: nam, si utrumque non continet sed tantum separat, in hac hypothesi, quum sursum incipiat (a Pleromate) et deorsum finiatur (ab eo quod extra Pleroma est), a lateribus etiam finietur ab aliquo alio quod tria omnia circumdare debet; si secus, idem de hoc alio dicendum. Et nota quo plura haec alia sunt, eo minus in horum comparatione fieri Pleroma.

Pleroma, et super illud rursus aliud, et super Bythum aliud pelagus Dei, et a lateribus autem similiter eadem esse: (1) et sic in immensum excidente sententia, et semper necessitas erit excogitare altera Pleromata, et alteros Bythos, et numquam aliquando consistere, semper quaerentes alios praeter dictos. Erit autem incertum, utrumnam haec sint deorsum, quae sunt secundum nos, an haec ipsa superiora sint; et quae dicuntur ab eis sursum, utrumnam sursum an deorsum sint: (2) et nullus status neque firmitas continebit sensum nostrum, sed in immensos mundos et indeterminatos deos excedere necessitas erit.

5. Et quum haec sic se habeant, unusquisque deus suis contentus erit, et non curiose aget de alienis: si quo minus, iniustus erit et avarus et cessans esse quod Deus (3) est. Et unaquaeque conditio suum fabricatorem glorificabit, et ipso sufficiens erit, et alterum non cognoscet: (4) si quo minus, apostata iustissime ab omnibus iudicata, dignissimam concipiet poenam. Oportet enim aut unum esse qui omnia continet, et in suis fecit unumquodque eorum quae facta sunt, quemadmodum ipse voluit, aut multos rursus et indeterminatos factores et deos, ab invicem quidem incipientes, ad invicem autem desinentes per omnem partem: et alios omnes a foris ab altero quodam maiore contineri, et velut inclusos et (5) manentes in suis unumquemque eorum

(1) Cfr. id fusius infra c. XVI expositum.

(2) I. e. in tanta multitudine Pleromatum sese ad invicem definientium quis securitatem faciet, Pleroma Valentinianum super nos esse, et non potius infra nos positum? Quod gravius in haereticos offendit.

(3) Deus enim iniustus et avarus concipi nequit. Quae sequuntur sunt ut ostendatur nullum horum Deum vere *omni*potentem esse, i. e. verum Deum; nam, quum par inter pares sit, nequit sine iniustitia in alios deos quid posse.

(4) Prob. ἐξερευνᾶν = investigari.

(5) Prob. ἢ καί id e. aut contra: nam « includi a maiore » dicitur de prima hypothesi ubi unus est Deus; « manere in suis unumquemque » in opposita, ut patet.

confiteri necessitas erit, neminem autem horum omnium esse Deum. Deerit enim unicuique eorum partem minutissimam habenti ad comparationem omnium reliquorum, et solvetur Omnipotentis appellatio, et necessitas erit in impietatem [1] cadere talem sensum.

Cap. II. Neque iterum in his quae continentur a Patre, alium quemdam fabricasse hunc mundum, neque Patrem per alia adminicula eam, quae secundum nos est, fecisse conditionem, sed tantum per Verbum suum; esse autem conditorem eum, qui est super omnia Deus, et ipsum Patrem esse Domini nostri Iesu Christi. 1. Qui autem ab angelis mundum dicunt fabricatum, vel ab alio quodam mundi fabricatore, [2] praeter sententiam eius qui super omnia Pater est, primo quidem ex hoc ipso peccant, praeter voluntatem primi Dei talem et tantam conditionem angelos fecisse dicentes: quasi efficaciores sint angeli quam Deus, aut rursus quasi ille negligens sit, aut minor exsistens, aut nullam curam habens eorum quae in propriis ipsius fiant, utrumnam male an bene fiant, ut illud quidem dissipet et prohibeat, alterum autem laudet et gaudeat: hoc autem ne homini quidem solerti applicet quis, quanto magis Deo? [3]

2. Post deinde dicant nobis: utrumnam in his quae ab illo continentur, et in propriis eius, fabricata sunt haec, an in alienis et extra eum positis? Sed si quidem dicant

(1) Gr. ἀθεότητα = atheismum, quum nullus in hac hypothesi vere Deus sit.

(2) Hypothesim aggreditur qua extra Deum non plane alium Deum sit, sed quid Deo inferius, at ab eo in operatione independens (*praeter sententiam* Dei). Hoc postremum enim a Gnosticis qui extra Deum causam quaerebant mali et imperfectionis, per se praetermitti non poterat. Cfr. in his omnibus Plotin. *C. Gnost.* [*Ennead.* II, ix] 10.

(3) Cfr. graece Epiph. *Haer.* XXXIII, 2: Τοῦτο οὐκ ἂν οὐδὲ ἐπὶ ἀνθρώπου λαμβάνοιτο παρά τινι τῶν ἐχόντων ἐῤῥωμένην τὴν διάνοιαν, μήτοιγε ἐπὶ Θεοῦ. (Grabe).

extra eum, similiter omnia praedicta inconvenientia occurrent eis, et includetur primus Deus ab eo qui extra eum est, in quo et desinere eum necesse erit. [*HW.* 2]. Si autem in illius, valde vanum erit praeter sententiam eius, in eius propriis, ab angelis et ipsis qui sunt potestatis eius, aut ab alio quodam dicere fabricatum esse mundum; aut quasi non omnia prospiciat ipse, quae sint in suis, ut non sciat quae ab angelis futura sunt.

3. Si autem non praeter voluntatem eius, sed volente et sciente, quemadmodum quidam opinantur,(1) iam non angeli vel mundi fabricator causae erunt fabricationis istius, sed voluntas Dei. Si enim mundi fabricatorem et(2) angelos ipse fecit, aut etiam causa creationis eorum ipse fuit, et mundum ipse videbitur fecisse, qui causas fabricationis eius praeparavit. Licet per longam successionem deorsum angelos dicant factos, vel mundi fabricatorem, a primo Patre, quemadmodum Basilides ait,(3) nihilominus id quod est causa eorum quae facta sunt, in illum qui prolator fuit talis successionis, recurret: quemadmodum in regem correctio belli(4) refertur, qui praeparavit ea quae sunt causa victoriae; et conditio huius civitatis, aut huius operis, in eum qui praeparavit causas ad perfectionem eorum quae deorsum(5) facta sunt. Quapropter non iam securim dicimus concidere ligna, vel serram secare, sed hominem concidere et secare rectissime quis dicat, eum(6) qui ipsam securim et serram ad hoc fecit, et multo prius armamenta omnia, per quae fabricata sunt securis et serra. Sic igitur iuste secundum illorum rationem, Pater omnium dicetur fabri-

(1) Cfr. XXIII, 2 de Simonianis: «Ennoiam cognoscentem *quae* «*vult* Pater eius, degredi etc.». Item de Saturnino c. XXIV, 1 etc.

(2) Ita restitutum ex Vatt. Legebatur «fabricat*or est*», quod vix aliquem sensum dare poterat.

(3) Cfr. cap. XXIV, 3 de 8+365 gradibus intermediis.

(4) Gr. κατόρθωσις πολέμου = bellicum successum, ut Billius scite notat (*Obs. Sacr.* I, 33).

(5) Melius diceretur *deinde*.

(6) τὸν ἄνθρωπον, τὸν ποιήσαντα.

cator huius mundi, et non angeli, neque alius quis mundi fabricator, praeter illum qui fuit prolator,(1) et prius causa factionis huiusmodi praeparationis exsistens.

4. Sit fortasse hic sermo suasorius aut seductorius apud eos, qui ignorant Deum et ⟨qui⟩ hominibus assimilant eum inopibus, et his qui non possunt statim aliquid ex parato fabricare, sed indigentibus multis organis ad eorum fabricationem;(2) non autem verisimilis in totum apud eos, qui sciunt quoniam nullius indigens omnium Deus Verbo condidit omnia et fecit; neque angelis indigens adiutoribus ad ea, quae fiunt, neque virtute aliqua valde inferiori ab illo, et ignorante patrem; neque aliqua labe, neque ignorantia, ut is qui inciperet eum cognoscere, homo fieret:(3) sed ipse in semetipso, secundum id quod est inenarrabile et inexcogitabile nobis(4) omnia praedestinans, fecit quemadmodum voluit; omnibus consonantiam, et ordinem suum, et initium creationis(5) donans; spiritalibus quidem spiritalem, et invisibilibus invisibilem, et supercaelestibus caelestem, et angelis angelicam, et animalibus animalem, et natantibus aquatilem, et terrigenis terrigenam,(6) omnibus aptam ae-

(1) Subaudi: *Demiurgi*, et prius [ita ex Clarom. atque ex parallel. cum similitudine antecedenti:(serram fecit et multo *prius* armamenta etc.), reposui loco *primus*] eorum a quibus Demiurgus prolatus fuit, nempe angelorum etc.

(2) Sensus est: haec veluti *ad hominem* disputavimus, dato quod Deus mundum non immediate et per se, sed ope angelorum etc. creaverit: at nos e contra novimus quoniam nullius indigens etc. — Quod verba spectat cfr. ATHENAG. *Legat.* 10, et maxime THEOPH. *Autol.* II, 13 et 10.

(3) Graece fuerit: ἵνα ὁ μέλλων αὐτὸν γνῶναι ἄνθρωπος γένηται: i. e. ut is homo crearetur qui ad illius cognitionem destinatus esset. — Cfr. THEOPH. *Autholic*. I, 10: ἠθέλησεν ἄνθρωπον ποιῆσαι ᾧ γνωσθῇ. V. et Ἐπίδ. 11.

(4) I. e. praescientiam suam, cuius vias inenarrabiles et inexcogitabiles dicit PAUL. *Rom.* XI, 33.

(5) Observa gradationem hanc: harmonia, ordo, initium creationis: harmonia cum reliquis in mente Dei exsistentibus, ordo seu subordinatio a suis principiis, demum initium exsistentiae in rebus.

(6) Iterum gradatio haec non sine ratione est: omnia enim rerum

qualitatis (1) substantiam: omnia autem quae facta sunt, infatigabili (2) Verbo fecit.

5. Proprium est enim hoc Dei supereminentiae, non indigere aliis organis ad conditionem eorum, quae fiunt; (3) et idoneus est et sufficiens ad formationem omnium proprium eius Verbum, quemadmodum et Iohannes Domini discipulus ait de eo: « Omnia per ipsum facta sunt, et sine « ipso factum est nihil ». In « omnibus » autem est et hic qui est secundum nos mundus. (4) Et hic ergo a Verbo eius factus est, sicut scriptura Geneseos dicit, omnia quae sunt secundum nos fecisse Deum per Verbum suum. (5) Similiter autem et David exsequitur: « Quoniam ipse dixit, « et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt ». (6) Cui igitur magis credemus de mundi fabricatione, hisne qui praedicti sunt haereticis sic fatua et inconstantia garrientibus; an discipulis Domini, et fideli famulo Dei Moysi et prophetae? Qui et primo genesim mundi enarravit, dicens: « In principio Deus fecit caelum et terram », et deinceps reliqua omnia: sed non dii, neque angeli.

6. Quoniam autem hic Deus est Pater Domini nostri Iesu Christi, (7) et de hoc Paulus apostolus dixit: « Unus « Deus Pater, qui super omnes, et per omnia, et in omnibus

genera comprehendit: cfr. infra c. VII, 3: **Εἰς ἐπίδ.** § 8, 10.

(1) Cum Arund. ita scripsi ut magis philosophicum loco « qua-« litatis ». Intellige substantiam suae naturae consentaneam, ut ex praecedentibus liquet.

(2) Revocat in mentem: « por-« tans omnia Verbo virtutis suae ».

(3) Cfr. THEOPH. *Autol.* II, 13.

(4) IOH. I, 3 (cfr. p. 244, not. 4). Ex « omnia » Heracleon mundum exclusit, ut docet ORIG. in h. l.

(5) *Gen.* I, 1, 3, 6, 11 etc. *Dixit*que Deus: Fiat lux... — Sed in **Εἰς ἐπίδ.** 43, Iren. initium *Genes.* hebraice legit: « Bareshith bara « elowim bashan benuam shamen-« tharez », quod reddit: « Filium « in initio: et per hunc creavit « Deus caelum et terram »! Ita et ante Iren. ARIST. PELL. ap. HIERON. *Qq. hebr. in Gen.* I. Caeterum cfr. TATIAN. *Adv. Graec.* 5: « In principio: principium autem « Verbi potentiam esse accipimus ».

(6) *Ps.* XXXII, 9; CXLVIII, 5.

(7) Haec contra Marcionem.

« nobis » ; (1) iam quidem ostendimus unum esse Deum : ex ipsis autem apostolis, et ex Domini sermonibus adhuc ostendemus. Quale enim est, prophetarum et Domini et apostolorum relinquentes nos voces, attendere his, nihil sani dicentibus !

CAP. III. QUONIAM INSTABILIS EST (2) PLEROMA VALENTINI DISCIPULORUM. 1. Instabilis igitur qui est secundum eos Bythus, et id quod est huius Pleroma, et Marcionis Deus. Siquidem, quemadmodum dicunt, extra se habet subiacens aliquid, quod vacuum et umbram vocant, (3) et vacuum hoc maius Pleromate ipsorum ostenditur. (4) Instabile est autem et hoc dicere, infra se omnia continente eo, ab altero quodam fabricatam esse conditionem. Oportet

(1) *Ephes.* IV, 6. Clarom. legit « ... super omnibus *et ipse per* « *omnia* ». Hic locus quoque occurrit lib. IV, 20, 2 « Unus Deus « Pater qui super omnes et in om- « nibus *nobis* » = lib. IV, 32, 1; et lib. V, 18, 3 : « Unus Pater qui est « super omnia et per omnia, et in « omnibus *nobis* » ; **Εἰς ἐπίδ.** 5 : « Unus Deus Pater, qui est super « omnia, et cum [?] omnibus, et in « omnibus *nobis* ». Quibus collatis licet textum graecum quem Ir. legerit ita restituere: **Εἷς Θεός, ὁ Πατὴρ, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν.** Vulg. lectio est: **Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐ. π., κ. δ. π. καὶ ἐν πᾶσιν**: at lat. « Unus « Deus et Pater *omnium*, qui [est] « super omnes, et per omnia et in « omnibus *nobis* ». **Καὶ** ante **Πατὴρ** om. B, 38 a, Chrys. syr.; **ἡμῖν** addunt D, F, G, f, g, nn. 37, 47, K. L, syr., got., arm.; Firmil. Hil. At omissio primi **πάντων** post **Πατήρ** Irenaeo singularis est. Ratio habetur non tam in re Irenaeo praefixa, ostendere nempe Deum Patrem *Christi*, quod nonnisi indirecte ex voce *omnium* conficiebat, quam in loco parallelo I *Cor.* VIII, 6, ubi **Εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα κτλ.** legitur.

(2) Fortasse hic restituendum BYTHUS ET, ut vox « instabilis » et initium capitis insinuant; at non semper tituli hi rei expositae respondent, imno in omnibus codicibus hec inscriptio cap. V habetur, praesente adposita cap. seq. (cfr. ibi); *instabilis* vero graece ἀσύστατον, ut in Praef. libri I (p. 74 gr.), h. e. « quod esse non « potest » et ideo absonum.

(o) Cfr. I, IV, 1 (p. 97); XI, 1 et alibi.

(1) I. e.: ostensum est in superioribus (II, I, 2–4).

enim illos necessario vacuum aliquid et informe confiteri, in quo fabricatum est hoc quod est universum, infra spiritale Pleroma; et informe hoc, utrum praesciente Propatore quae in eo futura erant, ex studio sic reliquisse, an ignorante? Et si quidem ignorante, iam non omnium erit praescius Deus; sed nec quidem causam reddere habebunt, propter quam rem, locum hunc temporibus tantis otiosum sic reliquit. Si autem praescius est, et mente contemplatus est eam conditionem, quae in eo eo loco futura esset, ipse fecit eam qui etiam praeformavit eam in semetipso.

2. Quiescant igitur dicere ab alio factum esse mundum: simul enim ac mente cepit (1) Deus, et factum est hoc quod mente conceperat. Nec enim possibile erat alium quidem mente concipere, alium vero facere, quae ab illo mente concepta fuerant. Sed aut aeternum mundum mente concepit secundum eos haereticos Deus, aut temporalem: quae utraque incredibilia. Sed si quidem aeternum eum mente concepit, et spiritalem et visibilem, talis et factus fuisset. Si autem talis qualis est, et ipse fecit eum talem, qui talem quidem mente conceperat; aut in praesentia Patris voluit esse eum secundum mentis conceptionem talem, et compositum, et mutabilem, et transeuntem. (2) Quum autem sit talis, qualem Pater deformaverat apud semetipsum, dignam (3)

(1) ἐν τῇ ἐννοίᾳ ἔλαβεν; allusio evidens ad I, XXIII, 2: « per quam « initio mente concepit angelos fa- « cere et archangelos ». Cfr. quoque sqq.

(2) I. e. mundum Deum voluit esse vel temporaneum vel aeternum: aeternum autem, dicas visibilem, dicas invisibilem seu spiritalem, non voluit, quia talis factus fuisset: temporaneum ergo voluit illum seu talem qualis factus est: tunc vero, aut ipse fecit eum talem, et tunc nulla difficultas; aut talem fecit alter, puta Demiurgus. At in hac hypothesi, quum in praesentia Dei hic ageret (ex mox dictis), non potuit facere temporaneum dum Deus vellet aeternum (ubi nam Dei omnipotentia?) sed voluit esse eum secundum mentis (Paternae) conceptionem, i. e. compositum etc. Cetera liquent. Cfr. TERTULL. *Marc.* I, 13-14 et PLOTIN. l. c. 8.

(3) Subaudi: *sequitur*.

esse Patris fabricationem. Quod autem a Patre universorum mente conceptum est et praeformatum sic, quemadmodum et factum est, labis esse dicere fructum, et ignorantiae prolationem, magnae blasphemiae est.(1) Erit enim secundum illos Pater omnium secundum suam mentis conceptionem in pectore suo labis emissiones et ignorantiae fructus generans: quae enim mente conceperat, haec facta sunt.

CAP. IV. [*HW. III, 2*].(2) 1. Causa igitur quaerenda est huiusmodi dispositionis Dei,(3) sed non fabricatio mundi alteri adscribenda: et ante praeparata omnia dicenda sunt a Deo, ut fierent, quemadmodum et facta sunt, sed non umbra et vacuitas confingenda est. Caeterum, unde vacuitas?(4) quaeretur. Utrum(5) ab omnium patre et prolatore secundum eos et ipsum prolatum; et est aequalis honoris et cognatum reliquis Aeonibus, forte autem et antiquius ipsis. Si autem ab eodem emissum est, simile est ei qui emisit, et his cum quibus emissum est. Necessitas ergo erit omni modo, et Bythum ipsorum cum Sige vacuo similem esse, hoc est vacuum esse: et reliquos Aeonas, quum sint vacui fratres, vacuam et substantiam habere. Si autem non est emissum, a se natum est et a se generatum est et aequiparans in tempore ei qui est secundum eos Bytho omnium patri; et sic eiusdem naturae, et eiusdem honoris erit vacuum ei qui est secundum eos, omnium Patri. Oportet enim illum aut emissum esse ab aliquo, aut a se generatum et a se natum

(1) Cfr. infra VII, 2 fin.

(2) Cod. Arund. et omnes Vatt. hic (ceteri infra, voce *antiquius*) novum caput incipiunt sed inscriptione praecedentis cap. perperam adfixa. Si quid innovandum esset, hic eam adiungerem quae infra c. VIII, § 4 ponitur, praesenti argumento prorsus consentaneam.

(3) I. e. quare Deus cuncta sic creaverit, composita videlicet mutabilia etc.

(4) πῶς κένωμα: hinc cetera neutro genere accipit interpres.

(5) = Si quidem.

esse. Sed si quidem emissum est vacuum, vacuus est prolator et Valentinus, vacui et sectatores eius.[1] Si autem non prolatum est, sed a se generatum est; et simile est et fraternum et eiusdem honoris, id quod est vacuum, ei Patri qui praedictus est a Valentino: antiquius autem et multo ante exsistens, et honorificentius reliquis Aeonibus ipsius Ptolemaei et Heracleonis,[2] et reliquis omnibus qui eadem opinantur.

2. Si autem et aporiati[3] in his confiteantur continere omnia Patrem omnium, et extra Pleroma esse nihil (nam necessitas est omni modo definiri eum et circumscribi ab aliquo maiore), et id quod extra et quod intus, dicere eos secundum agnitionem et ignorantiam, sed non secundum localem distantiam;[4] in Pleromate autem, vel in his quae continentur a Patre, facta a Demiurgo aut ab angelis, quaecumque et facta scimus, contineri ab inenarrabili magnitudine, velut in circulo centrum, aut velut in tunica maculam:[5] primo quidem qualis Bythus erit sustinens in sinu suo maculam fieri, et permittens in suis alterum quemdam condere vel proferre, praeter suam mentem quod qui-

(1) Attende saepius in Iren. huiusmodi unius rei vel argumenti repetitiones haberi, quod nonnumquam confusionem et obscuritatem gignit.

(2) Primum hic exhibetur utriusque Italae scholae magistri coniunctio. Cfr. HIPPOL. *Philos.* VI, 29, 30; Ps. TERTULL. 5. In praesens vero argumentum *fragm. 36* seu exposit. in IOH. VIII, 50, ap. ORIG. *tract. 24 in Ioannem.*

(3) I. e. confusi, victi, ad angustias redacti, ut saepius antea et infra.

(4) I. e.: si haeretici confiteantur extra Deum nihil esse, et *intra* ac *extra* Pleroma se dicere non quidem secundum localem distantiam, sed metaphorice, quatenus nempe qui *ignorant* videntur quasi *extra* consilium Dei esse, qui vero sciunt quasi *intra*. Cfr. cap. V, 2 fin., ubi eadem oppositio occurrit. — At in hac hypothesi Gnostici dicent in Pleromate realiter esse Demiurgum et angelos et mundum eorum facturam, quod absonum et absurdum esse seqq. ostendit.

(5) Metaphoram *tunicae* pro Pleromate vidimus etiam I, III, 3; *labes* autem Enthymesis saepe dicta est.

dem indecibilitatem (1) universo Pleromati afferre inciperet? Quum posset ab initio abscindere labem, et eas quae ab eo (2) initium acceperunt emissiones; neque in ignorantia, neque in passione, neque in labe constitutionem creationis permittere accipere. Qui enim postea emendat labem, et velut maculam emundat ⟨labem⟩, multo prius poterat observare, ne quidem initio in suis fieri talem maculam. Vel si initio quidem concessit, quoniam aliter fieri non poterant, quae facta sunt, oportet et semper sic fieri illa. (3) Quae enim initio non possunt emendationem percipere, quemadmodum hanc postea percipient? Aut quemadmodum homines advocari ad perfectum dicunt, quum illa ipsa quae sunt causae, ex quibus facti sunt homines, vel ipse Demiurgus vel angeli in labe dicantur esse? Et si ideo quod benignus sit, in novissimis temporibus misertus est hominum et perfectum eis dat; illorum primo misereri debuit, qui fuerunt hominis factores, et dare eis perfectum. Sic utique et homines miserationem percepissent, de (4) perfectis perfecti facti. Si enim operis ipsorum misertus est, multo prius illorum misereri debuit, et non sinere in tantum caecitatis venire eos.

3. Solvetur autem eorum et ille, qui est de umbra et vacuo, sermo, in quibus eam, quae est secundum nos, factam dicunt conditionem, si in his quae continentur a Patre facta sunt haec. Si enim paternum illorum lumen tale opi-

(1) I. e.: quod dedecus (in-decere) dein afferas (incipere = μέλλειν); seu in dedecus Pleromatis redundaret. *Decibilis* tenuiori latinitati incognitum est. Cfr. Du Cange et Forcellini sub voce. Harvey legit *indescibilitatem* sed qua ratione id ad « degeneracy » indicandam pertrahat haud facile dixerim. Ceterum omnes codd. ab illa lectione abnuunt.

(2) Nempe *labe* (ὑστερήματι): has discordias gramaticales saepius lector ipse componet, graeca facillime restituens.

(3) I. e. si fieri ab eo non potuit ut praepediretur, neque fieri potuit ut repararetur. Cfr. Plotin. *C. Gnost.* 3-4.

(4) Melius: *a perfectis*.

nantur, ut omnia adimplere possit quae intra eum sunt, et omnia illuminare, quemadmodum vacuum et umbra in his quae a Pleromate et a paterno lumine continentur, poterat esse? Oportet enim eos et locum ostendere intra Propatorem, aut intra Pleroma, non illuminatum nec retentum ab aliquo, in quo aut angeli aut Demiurgus fecit quaecumque voluit. Nec enim modicus locus est, in quo tanta et talis conditio facta est. Necessitas erit itaque universa, intra Pleroma aut intra Patrem ipsorum localiter vacuum aliquid et informe et tenebrosum fieri eos,(1) in quo fabricata sunt, quae fabricata sunt. Incusationem quoque recipiet paternum ipsorum lumen, quasi non possit ea quae intra ipsum sunt illuminare, et implere. Adhuc autem et labis fructum dicentes ea, et erroris operam, labem et errorem inducent intra Pleroma, et in sinum Patris.

CAP. V. [*WH. IV*]. QUONIAM INVISIBILIS QUIDEM EST PATER, SED NON INCOGNITUS, NEQUE IGNORARE EUM QUIDEM POTERANT ANGELI, LICET PLURIMUM DEORSUM DEIECTI ESSENT AB EO.(2) 1. Adversus eos igitur qui dicunt extra Pleroma, vel sub bono Deo, hunc mundum factum, ea quae paulo ante dicta sunt a nobis,(3) apta sunt; et concludentur tales cum Patre suo ab eo qui est extra Pleroma, in quo etiam et desinere eos necesse est. Adversus eos autem qui dicunt, in his quae continentur a Patre, ab aliis quibusdam

(1) Gr. ποιεῖσθαι αὐτούς = facere, effingere, eos, ita ut sensus sit: «Quum vacuum aliquid et «tenebrosum intra Pleroma et «Bythum *ostendere* non valeant, «necesse est omnino (universa) «si quidpiam huiusmodi esse ve«lint, ipsimet (Gnostici) *effingant*, «fabricenturque. Tum vero in«cusationem recipiet etc.». Ita fere MASSUET.

(2) Cfr. not. c. III. Huc codd. inserunt inscriptionem cap. VII praefixam; quum autem ibi, in postrema §, ea habeatur inscriptio quam c. IV restituendam censerem, patet quantam perturbationem hae inscriptiones subierint. Huius rei alia argumenta infra occurrent.

(3) I. e. c. I.

factum hunc mundum, omnia quae nunc dicta sunt, (1) absurda et inconvenientia occurrent; et cogentur aut omnia lucida et plena et operosa ea quae sunt intra Patrem confiteri, aut paternum lumen accusare, quasi qui non possit omnia luminare: aut sicut pars, sic et universum Pleroma ipsorum vacuum, et indispositum, et tenebrosum confitendum. Et reliqua omnia quaecumque sunt conditionis accusant, quasi temporalia sint et aeterna, choica; (2) aut inaccusabilia esse oportet, quum sint intra Pleroma et in sinu Patris: aut etiam in universum Pleroma similiter venient incusationes. Et causa ignorantiae invenietur Christus eorum. Sicut enim dicunt, quum formasset secundum substantiam matrem ipsorum, foras proiecit extra Pleroma, id est, separavit ab agnitione. (3) Ipse igitur in ea ignorantiam fecit, qui separavit eam ab agnitione. Quomodo igitur idem ipse reliquis quidem Aeonibus, his qui eo anteriores erant, praestare agnitionem poterat, (4) matri autem eius causa esse ignorantiae? Extra agnitionem enim fecit eam, extra Pleroma eam proiiciens.

2. Adhuc quoque si secundum agnitionem et ignoran-

(1) Cfr. cc. II–IV.

(2) In Ottob.[2] ita correxit alia manus: « transfixit verbum *aeter-* « *na* »; ad *choica* asteriscum apposuit et in margine eo repetito scripsit H. E. TERNA quasi innueret verbum *aeterna* exortum ex consimili marginali explicatione verbi *choica* quod reapse « terrena » significat. Opinor in B fuisse *aeternalia* male lectum ex archetypo *materialia*, quae vox infra, § 3, not. 4, simul legitur cum *temporalia*; et valde placeret exinde textum emendare. Sed lectionem quoque praesentem retinere possumus et *aeterna* (ἀΐδια) referre v. g. ad animas ceteraque quae immortalia sunt: tunc sensus erit: « et reliqua omnia « quaecumque creata sunt despi- « ciunt, quasi haec, tum mortalia « tum immortalia, omnia choica « sint ». Cfr. PLOTIN. op. c. c. 5, qui et ipse in creatis quoque rebus nonnulla « aeternitate praedita » asserit ut « animas, totum caelum, « stellas » etc.; cfr. et. ibid. 8.

(3) Cfr. I, IV, 1; Christus quidem est qui Enthymesim formaverat κατ᾽ οὐσίαν μόνον ἀλλ᾽ ὀυ κατὰ γνῶσιν.

(4) Cfr. c. I, II, 5.

tiam, « intra Pleroma » et « extra Pleroma », dicunt, sicut quidam ex ipsis dicunt, quoniam qui in agnitione est, intra id est, quod agnoscit; (1) ipsum Salvatorem (quem « Omnia » esse dicunt) in ignorantia fuisse consentire eos necesse est. Dicunt enim eum, quum foras extra Pleroma (2) venisset, formasse Matrem ipsorum. Si igitur id quod est extra, ignorantiam dicunt universorum, exiit autem Salvator ad formationem Matris ipsorum, extra agnitionem universorum factus est, hoc est in ignorantia. Quomodo igitur illi agnitionem praestare poterat, quum et ipse extra agnitionem esset? Et nos enim, extra agnitionem quum simus ipsorum, extra Pleroma esse dicunt. Et iterum: si igitur Salvator exivit extra Pleroma ad investigationem perditae ovis, (3) Pleroma autem est agnitio, extra agnitionem factus est, quod est, in ignorantia. Aut enim localiter, quod est extra Pleroma consentire eos necesse est; et omnia quae praedicta sunt contraria occurrent eis: vel si secundum agnitionem dicunt quod est intus, et ignorantiam quod est extra, Salvator illorum, et multo ante Christus, in ignorantia facti erunt, extra Pleroma egressi ad formationem matris ipsorum, quod est extra agnitionem.

3. Haec autem adversus omnes qui quolibet modo vel ab angelis, vel ab alio quodam praeter verum Deum mundum factum esse dicunt, similiter adaptabuntur. Quam enim incusationem faciunt de Demiurgo, et de his, quae facta sunt materialia et temporalia, (4) recurret in Patrem: siquidem quemadmodum in ventre Pleromatis facta sunt, quae inciperent mox demum dissolvi, secundum concessionem et ad placitum Patris? Iam igitur non est fabricator

(1) Cfr. IV. 2. Haec hypothesis congruit omnino cum sententia neoplatonicorum quam refellit et PLOTINUS, l. c. 10-11. Cfr. quoque HERACL. *frag.* 19.

(2) Cfr. I, IV, 5.

(3) Ad hominem ex I, VIII, 4; XVI, 1; XXIII, 2 etc.

(4) Cfr. supra, p. 323, not. 2.

causa huius operationis, valde bene putans semetipsum fabricare, sed qui in suis concedit et probat labis prolationes et erroris opera fieri, et in aeternis temporalia, et in incorruptibilibus corruptibilia, et in his quae veritatis sunt, ea quae sunt erroris. Si autem non concedente, neque approbante Patre universorum, facta sunt haec; potentior, et fortior, et dominatior is, qui fecit in his, quae propria illius sunt, quaecumque ille non concessit. Si autem non approbans concessit Pater ipsorum, quemadmodum quidam dicunt, aut potens prohibere concessit propter necessitatem quamdam, aut non potens. Sed si quidem non poterat, invalidus et infirmus est: si autem potens, seductor, et hypocrita, et necessitatis servus: non consentiens quidem, concedens autem quasi consentiat. Et initio concedens sistere (1) errorem et crescere illum, in posterioribus temporibus solvere illum conatur, quando iam multi male perierunt propter labem.

4. Non decet autem eum qui super omnia sit Deus, quum sit liber et suae potestatis, necessitati servisse dicere, ut sit aliquid, secundum concessionem, praeter sententiam eius: alioquin necessitatem maiorem et dominatiorem facient quam Deum, quando id quod magis potest, antiquius (2) sit omnibus. Et statim in principio causas abscidere necessitatis debuit, et non concludere semetipsum ad habendam necessitatem, concedendo aliquid praeterquam deceat eum. Multo enim melius, et consequentius, et magis deificum erat, ut in principio initium excideret huiusmodi necessitatis, quam postea, quasi de poenitentia, conaretur tantam fructificationem necessitatis eradicare. Et si necessitati serviens erit Pater universorum, et sub fatum cadet moleste ferens in his quae fiunt, praeter necessitatem autem et fatum

(1) Graece συνίστασθαι, h. e. consistere.

(2) I. e. praestantius, melius [MASSUET].

nihil agere possit: similiter atque Homericus Iupiter, qui per necessitatem dicit: « Et ego enim tibi dedi velut vo« lens, nolente animo ». (1) Secundum igitur hanc rationem necessitatis et fati invenietur servus, Bythus ipsorum.

Cap. VI. [*WH. IV, 5*]. 1. Quomodo autem et ignorabant vel angeli aut mundi fabricator primum Deum, quando in eius propriis essent, et creatura exsisterent eius, et continerentur ab ipso? Invisibilis quidem poterat eis esse propter eminentiam, ignotus autem nequaquam propter providentiam. (2) Etenim licet valde per descensionem multum separati essent ab eo, quomodo dicunt; sed tamen dominio in omnes extenso, oportuit cognoscere dominantem ipsorum, et hoc ipsum scire, quoniam qui creavit eos, est Dominus omnium. Invisibile enim eius (3) quum sit potens, magnam mentis intuitionem et sensibilitatem omnibus praestat potentissimae et omnipotentis eminentiae. Unde etiamsi « nemo « cognoscit Patrem nisi Filius, neque Filium, nisi Pater, et « quibus Filius revelaverit », tamen hoc ipsum omnia cognoscunt, quando ratio mentibus infixa moveat ea et revelet eis, quoniam est unus Deus, omnium Dominus.

2. Et propter hoc Altissimi et Omnipotentis appellationi omnia subiecta sunt: et huius invocatione etiam ante adventum Domini nostri salvabantur homines, et a spiritibus nequissimis, et a daemoniis universis, et ab apostasia universa: (4) non quasi vidissent eum terreni spiritus aut daemones, sed quum scirent quoniam est, qui est

(1) Cfr. *Ilias*, V, 43: καὶ γὰρ ἐγὼ σοι δῶκα ἑκών, ἀέκοντί γε θυμῷ.

(2) Cfr. Theoph. *Autol.* I, 5. « Deus invisibilis est humanis ocu« lis, sed ex providentia eius vi« detur et intelligitur »: διὰ τῆς προνοίας βλέπεται καὶ νοεῖται.

(3) Aperta allusio ad *Rom.* I, 19-20.

(4) Ita Iren. saepius appellat potestatem tenebrarum. De iustorum salute ante Christum, cfr. Iustin. *Tryph.* 44, et infra l. IV, c. xvi, 3; xxvii, 2; III, xi, 8.

super omnia Deus, cuius et invocationem tremebant, et tremit universa creatura et principatus et potentia et omnis subiecta virtus. Aut numquid hi qui sub Romanorum imperio sunt, quamvis numquam viderint Imperatorem, sed valde et per terram et per mare separati ab eo, cognoscent propter dominium eum qui maximam potestatem habet principatus; (1) qui autem super nos erant angeli, vel ille quem mundi fabricatorem dicunt, non cognoscent omnipotentem, quando iam et muta animalia tremant et cedant tali invocationi? Et utique non viderunt eum, tamen domini nostri nomini (2) subiecta sunt omnia: sic et eius qui omnia fecit et condidit vocabulo, quum alter non sit quam ipse qui mundum fecit. Et propter hoc Iudaei usque nunc hac ipsa affatione daemonas effugant, (3) quando omnia timeant invocationem eius qui fecit ea.

3. Si itaque mutis animalibus irrationabiliores noluerint angelos esse, invenient quoniam oportebat, licet non vidissent hi eum qui super omnia Deus est, uti cognoscerent potentatum et dominium eius. Ridiculum enim vere apparebit, si se quidem, qui super terram sunt, cognoscere dicunt eum qui super omnia est Deus, quem numquam viderunt; ei autem qui eos fecit, et universum mundum secundum eos, non permittant, quum sit in summis et

(1) Imitatur THEOPH. *Autol.* I, 5: Βασιλεύς μὲν ἐπίγειος πιστεύεται εἶναι, καίπερ μὴ πᾶσιν βλεπόμενος διὰ δὲ νόμων καὶ διατάξεων αὐτοῦ καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων νοεῖται· τὸν δὲ Θεὸν οὐ βούλει σὺ νοεῖσθαι διὰ ἔργων καὶ δυνάμεων;

(2) Id refer ad Imperatorem ipsum; nam comparatio in his continuatur.

(3) In ipsis sacris litteris de Iudaeis exorcistis est sermo (cfr. MATTH. XII, 27; LUC. IX, 49 et *Act.* XIX, 3). De temporibus Iren. propinquis v. Ios. FLAV. *Antiq.* VIII, 2, et IUSTIN. *C. Tryph.* 85: « Si daemonia adiuretis... per « Deum Abraham, Isaac et Iacob... « obsequentur. Utuntur tamen ve« stri exorcistae arte hac sicut et « gentes etc. ». Cfr. quoque ORIG. *C. Cels.* I, 22 et IV, 33 ubi haec nomina ab ethnicis magis quoque usurpata docet.

super caelos,(1) cognoscere ea quae ipsi, quum sint in humilibus, sciunt. Nisi forte sub terra in Tartaro esse Bythum suum dicunt, quapropter et primos se cognovisse eum, quam hi qui in altitudine habitant angeli; in tantam amentiam venientes, uti dementem pronuntient mundi fabricatorem: quorum vere quidem est misereri, quum in tanta dementia dicant, neque matrem agnovisse eum, neque semen eius, neque Pleroma Aeonum, neque Propatorem, neque quid essent quae fabricavit; esse autem imagines eorum, quae intra Pleroma sunt, latenter Salvatore operato sic fieri in honorem eorum qui sursum sunt.(2)

CAP. VII. [*WH. V*]. OSTENSIO NON ESSE EAM QUAE EST SECUNDUM NOS CREATURAM IMAGINEM PLEROMATIS EORUM, NEQUE DEMIURGUM UNIGENITI. 1. Ignorante itaque Demiurgo universa, Salvatorem dicunt honorasse Pleroma in conditione per matrem, similitudines et imagines eorum quae sursum sunt emittentem. Sed quoniam quidem impossibile erat, extra Pleroma esse aliquid, in quo imagines dicunt factas esse eorum qui sunt intra Pleroma, vel ab alio quodam praeter primum Deum fabricari hunc mundum, ostendimus. Si autem suave est undique evertere eos, et mendaces arguere, dicemus adversus eos, quoniam si in honorem eorum quae sursum sunt, facta sunt haec secundum illorum imaginem a Salvatore, semper ea oportet perseverare, uti et semper sint in honore, quae sunt honorata. Si autem transeunt, quae utilitas huius brevissimi temporis honoris, qui aliquando quidem non fuit, rursus autem non erit? Vanae

(1) Cfr. I, 12, p. 109 et V, p. 111. Οἰκεῖν... τὸν Δημιουργὸν εἰς τὸν ἐπουράνιον τόπον. Cfr. PLOTIN. l. c. 8: «Praeterea quid vetat Superos, qui in perpetuo vivunt «otio, intelligere atque mente «Deum... accipere? Forsan sapientia nobis praestantior quam «illis adest? At hoc nemo umquam nisi insanus admiserit etc.».

(2) Graece fere haec legimus, I, v, pp. 106-107.

igitur gloriae appetitor magis erit Salvator, qua⟨m⟩ (1) honorans quae sunt sursum, arguitur a nobis. Quis enim honor est aeternorum eorum quae semper sunt, ea quae sunt temporalia; eorum quae stant, ea quae praetereunt; incorruptibilium, corruptibilia? Quandoquidem et apud homines qui sunt temporales, nulla gratia est eius honoris, qui celeriter praeterit, sed eius qui plurimum, quantum potest, perseverat. Quae autem statim ut facta sunt exterminantur, in contumeliam magis eorum qui putantur honorari facta esse iuste dicentur: et contumeliose tractari id quod est aeternum, corrupta eius et soluta imagine. Quid autem si non plorasset, et risisset, et aporiata esset mater ipsorum? Non habuisset Salvator per quae honoraret plenitudinem, extremae confusionis non habentis propriam substantiam, per quam honoraret Propatorem? (2)

2. O vanae gloriae honor, qui statim praeterit, et iam non apparet! Erit aliquis Aeon, in quo in totum talis honor fuisse non reputabitur, (3) et inhonorata erunt tunc quae sunt sursum: aut aliam iterum necesse erit Matrem emittere plorantem, et aporiatam, in honorem Pleromatis. O indissimilis, simul autem et blasphemae imaginis! (4) Imaginem

(1) Interpres legit ἢ loco ἦ falsus a voce μᾶλλον quae per se stat nec componitur cum sequentibus. [Harvey]. Plotinus quoque (l. c. 4) deridet Gnosticos qui hac sententia invecta « sculptorum nostro« rum affectus ad superos transtu« lerunt ».

(2) Genitivus pro ablativo absoluto more Graecorum. Hinc sensus: « Non habuisset... nisi « Achamoth (extrema confusio) « prodidisset propriam » etc. Cfr. I, iv, 2 seqq.

(3) Sensus est: « Erit aliquando « vel forte iam nunc est aliquis « Aeon tali honore penitus orba« tus, destructis videlicet his rebus « creatis quas honoris causa ad eius « imaginem condiderat Salvator: et « tunc honoris expertia erunt... » (Massuet). Sed haec longius petita. Proprior sententia aderit haec: « Ostendemus quidem quos« dam Aeonas esse quorum digna « imago in creatis in totum non est, « et inhonorata etc. ».

(4) Genitivum loco accusativi exprimit serviliter interpres ex textu graeco. Notum est Graecos

mihi dicitis emissam a mundi fabricatore [1] Unigeniti, quem et Nun vultis esse Patris universorum, et imaginem hanc ignorare quidem semetipsam; ignorare autem et conditionem, ignorare autem et Matrem, et omne quodcumque est eorum quae sunt, et eorum quae ab eo facta sunt: et non erubescitis adversus vos ipsos, ignorantiam inducentes usque ad ipsum Monogenen? Si enim secundum similitudinem eorum quae sunt sursum, a Salvatore facta sunt haec: ignorante eo tanta, qui secundum similitudinem factus est, necesse est et circa eum et secundum eum, ad cuius similitudinem factus est is qui ignorat, huiusmodi ignorantiam exsistere ⟨spiritaliter⟩. [2] Non enim possibile est, quum sint utrique spiritaliter emissi, neque plasmati neque compositi, in quibusdam quidem similitudinem servasse in quibusdam vero depravasse imaginem similitudinis quae in hoc sit emissa, ut sit secundum similitudinem eius, quae sursum est emissio. [3] Quod si non est similis, Salvatoris erit incusatio, qui dissimilem emisit imaginem, quasi reprobabilis artifex. Nec enim dicere possunt, quasi non haberet potestatem emissionis Salvator, quem « Omnia » esse dicunt.

hac in exclamationibus constructione uti. Frustra igitur Ott.[2] emendat *indissimiles imagines*.

(1) Talis intelligitur non Demiurgus, sed, ut ex seqq. melius patebit, Salvator qui per Enthymesin (imaginem Patris) emittit Demiurgum (imaginem Monogenous seu Nous [i. e.: Mentis]), cfr. ad verbum, I IV, 1, p. 107.

(2) Hoc adverbium in locum fortasse alterius (puta, *similiter*) irrepsisse videtur ex linea subsequenti ad modum correctionis interlinearis. Ceterum quid sit « ignorantiam spiritaliter exsistere » vel qua ratione id graecus auctor expresserit, haud facile dixerim.

(3) I. e. emissi Monogenis. Hoc idem aliter de ipso mundo scite ostendit PLOTINUS (l. c. 17 fin.): « Quibus perfectionem ab initio natura non dedit his forte accidit ad finem minime pervenire ideoque prava fieri possunt. At vero mundo non contigit, ut aliquando quasi puer esset, atque nondum perfectus, neque tamquam ulterius progredienti mundo novi quidquam coaluit etc. ». Cfr. et §§ 1, 12.

Si igitur dissimilis est imago, malus est artifex, et est culpa Salvatoris secundum eos. Si autem similis est, eadem ignorantia invenietur circa Nun Propatoris ipsorum, hoc est, Monogenen: et ignoravit quidem semetipsum Nus Patris, ignoravit autem et Patrem, ignoravit autem et ea quae ab eo facta sunt. Si autem cognoscit ille, et eum, qui ad similitudinem eius factus est a Salvatore, necesse est cognoscere quae sunt similia: et soluta est ipsorum secundum suam regulam maxima blasphemia.

3. [*WH. VI*]. QUOMODO [IN] IMMENSUM EXCIDIT DE IMAGINIBUS EORUM SERMO. 1. Et sine hoc autem, quonam modo ea quae sunt creaturae, sic varia, et multa, et innumerabilia, eorum Aeonum, qui sunt intra Pleroma xxx, imagines esse possunt, quorum et nomina quae sint, secundum quod dicunt, in eo qui est ante hunc libro posuimus? Et non tantum universae creaturae varietatem, sed ne quidem partis alicuius aut caelestium, aut superterrestrium, aut aquatilium poterunt adaptare Pleromatis ipsorum parvitati. Quoniam enim Pleroma ipsorum xxx Aeones sunt, ipsi testantur: quoniam autem in una parte ipsorum quae dicta sunt,(1) non xxx sed multa millia specierum esse annumerantes eos, ostendere omnis quicumque confitebitur.(2) Quomodo igitur ea, quae tam multae sunt conditionis et contrariis subsistentia,(3) et repugnantia invicem, et interficientia alia alia, imagines et similitudines esse possunt xxx Aeonum Pleromatis; siquidem unius naturae, quemadmodum dicunt, ex aequali et simili exsistant, et nullam habeant differentiam? Oportebat autem, si haec illorum imagines sunt, quemadmodum natura nequam homines dicunt quosdam, et natura

(1) Videlicet, caelestium vel terrestrium aut aquatilium.

(2) Graece ἀποδεικνύειν... ἐξομολογήσεται, i. e. demonstraturum se quilibet recipiet, spondebit etc. (MASSUET).

(3) I. e. « a contrariis principiis derivata »: prout manifestatur ex correlativo in oppositione « ex aequali et simili exsistant ».

rursus bonos, et Aeonum ipsorum ostendere tales differentias; et quosdam quidem ex ipsis natura bonos dicere emissos, quosdam autem natura malos, ut imaginis illorum adinventio congruens esset Aeonibus. Adhuc autem quoniam in mundo altera quidem sunt mansueta, altera vero fera, et quaedam quidem non nocentia, quaedam nocentia et reliquorum corrumpentia; et quaedam quidem superterrestria, quaedam aquatilia, quaedam volatilia, quaedam caelestia: similiter et Aeonas ostendere debent tales habere affectiones, si quidem haec illorum imagines sunt. « Et « ignis » autem « aeternus, quem praeparavit Pater diabolo « et angelis eius »,(1) cuius eorum qui sunt rursum Aeones imago sit interpretari debent: et ipse enim in conditione numeratur.

4. [*WH. VI, 2*]. Si autem excogitationis(2) eius qui passus est Aeonis dicent imagines haec esse, primum quidem impie agent adversus matrem suam, malarum et corruptibilium imaginum initiatricem esse eam dicentes. Deinde autem ea quae sunt multa, et dissimilia, et contraria natura, quonam modo unius et eiusdem imaginis erunt? Et si Pleromatis angelos multos esse dicent, et horum illa quae sunt multa, imagines esse, nec sic eis constabit ratio. Primo enim differentias Pleromatis angelorum contrarias invicem debent ostendere, quemadmodum et subiacentes imagines contrariae naturae invicem sunt. Deinde autem quum sint multi et innumerabiles circa factorem(3) angeli, quemadmodum omnes confitentur prophetae, « dena millia denum millium assistere ei, et multa millia

(1) MATTH. XXV, 41. Varietas « quem praeparavit Pater » loco « qui paratus est » tantum in vers. syr. invenitur. — Sarchastice vero Iren. saepissime ad talia exempla, quae futura haereticorum fata in mentem revocent provocat. Aliter de igne loquitur PLOTIN. l. c. 4 fin.

(2) Ἐνθυμήσεως quae ita pariter alias, v. g. I, III, 4, p. 94, redditur.

(3) I. e. Demiurgum ut Gnostici autumant.

« millium ministrare ei », [1] et secundum eos, Pleromatis angeli angelos factoris imagines habebunt, et manet conditio integra in imagine Pleromatis, iam non consequentibus xxx Aeonibus in multiformem conditionis varietatem. [2]

5. [*WH. VI, 3*]. Adhuc etiam, si secundum similitudinem haec illorum facta sunt, illa rursus ad quorum similitudinem erunt facta? Si enim mundi fabricator non a semetipso fecit haec, sed quemadmodum nullius momenti artifex, et quasi primum discens puer, de alienis archetypis transtulit, Bythus ipsorum unde habuit speciem eius quam primum emisit dispositionis? [3] Consequens est igitur, illum ab altero quodam, qui super eum est, exemplum accepisse, et illum rursus ab altero. Et nihilominus in immensum excidet de imaginibus sermo: quemadmodum et de diis, si non fixerimus sensum in unum artificem, et in unum

(1) DAN. VII, 10. — In LXX autem et in hebr. inverso ordine habetur χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουσιν αὐτῷ καὶ μύριαι μυριάδες παρεστήκεισαν αὐτῷ. Verum omnino eadem ratione qua Iren. haec verba affert CLEM. *Corint.* 34, praeter NYSSEN. (*Hom.* 8 *in Eccl.*) et CYRILL. ALEX. (*Exp. in symb.*). Cfr. *Apoc.* V, 11 graec.

(2) Nodus hic facillime solvetur si attente res perpendatur. In Pleromate habes innumeras angelorum multitudines praeter xxx Aeones: hinc, si non sufficiunt Aeones (reponent Gnostici), sunt hi angeli in archetypos innumerarum creatarum rerum. At contra Iren.: neutiquam, quia in hac hypothesi, primum: angeli contra angelos, v. g. sicut lupi contra agnos, fingentur; praeterea, ad hos angelos respondere possunt ob similitudinem innumerae multitudines angelorum quae testantibus prophetis sunt erga Factorem, i. e. [ex vestra hypothesi] erga Demiurgum. Tunc vero manet integra difficultas, quia hac ratione praeoccupatis - si ita loqui fas est - angelis Pleromatis, non manent nisi xxx Aeones in archetypos innumerarum ac tam dissimilium rerum creatarum.

(3) Cfr. I, 1, 1. Vaga enim et nulla solida ratione suffulta phrasis illa qua dicunt: « Et *aliquando* voluisse emittere hunc Bythum... « initium omnium et velut semen « prolationem hanc deposuisse... » Cfr. infra XVI: « Si autem licuit Bytho a semetipso talem « figurationem Pleromatis perficere, quid utique Domino non « licuit a semetipso mundum talem fecisse? »

Deum, qui a semetipso fecit ea quae facta sunt. Aut de hominibus quidem aliquis permittit a semetipsis utile aliquid ad vitam adinvenisse: ei autem Deo, qui mundum consummavit, non permittit a semetipso fecisse speciem eorum quae facta sunt, et adinventionem ornatae dispositionis?

6. Unde autem et haec illorum imagines, quum sint illis contraria, et in nullo possint eis communicare? Quae enim sunt contraria, eorum, quorum sunt contraria, esse quidem possunt exitiosa, imagines vero nullo modo: quemadmodum aqua igni, et rursus lumen tenebris, et alia tanta, nequaquam erunt invicem imagines. Sic nec ea quae sunt corruptibilia, et terrena, et composita, et praetereuntia, eorum, quae secundum eos sunt spiritalium, imagines erunt: nisi et ipsa composita, et in circumscriptione, et in figuratione confiteantur esse, et non iam spiritalia et effusa et locupletia et incomprehensibilia. Necesse est enim ea in figuratione esse, et circumscriptione, ut sint imagines verae: et absolutum est ea non esse spiritalia.(1) Si autem illa spiritalia et effusa et incomprehensibilia dicunt, quomodo possunt, quae sunt in figura, et in circumscriptione, imagines illorum esse, qui (2) sunt sine figuratione et incomprehensibiles?

7. Si autem [nec] secundum figurationem, nec secundum formationem, sed secundum numerum et ordinem emissionis imagines ea dicent esse: primo quidem non essent imagines dicenda haec et similitudines eorum, qui sursum sunt Aeonum. Quae enim nec habitum nec figuram illorum habent, quemadmodum imagines sunt ipsorum? Post deinde et numeros et emissiones superiorum Aeonum

(1) Locus insignis ad definitionem *spiritûs* in Iren. sententia cocognoscendam. Spiritus quidem iuxta illum nedum incorruptibilis, simplex, *incircumscriptus*, *infiguratus* et permanens erit, sed quoque *effusus*, et locuples, i. e. maxime actuosus, et incomprehensibilis. Non omnia haec simpliciter *animae* convenire videntur. Cfr. quoque infra sub fin. §§ XIII, 7; XVIII, 1, 5; XIX, 5 etc.

(2) Aeones nempe.

eosdem et similes ad eos qui sunt conditionis adaptent. Nunc autem triginta ostendentes Aeones, et tantam multitudinem eorum quae sunt in conditione imagines eorum qui sunt triginta dicentes, iuste ut insensati arguentur a nobis.

CAP. VIII. [*WH. VII*]. QUONIAM NON EST VEROSIMILE EA QUAE SUNT HIC UMBRAM PLEROMATIS EORUM ESSE. 1. Si autem haec illorum umbram dicent esse, quemadmodum quidam ipsorum audent dicere, ut[1] secundum hoc imagines esse, necesse erit et corpora ipsos, ea, quae sunt sursum, confiteri. Ea enim quae sursum sunt corpora umbram faciunt, non autem iam spiritalia, quandoquidem nulli obscurare[2] possunt. Si autem et demus illis hoc (quod quidem est impossibile) eorum quae sunt spiritalia et lucida umbram esse, in quam matrem suam descendisse dicunt:[3] tamen quum illa sint aeterna, et ea quae ex ipsis efficitur umbra sempiterna perseverat, et non iam transeunt haec, sed perseverant cum his, quae se adumbrant. Si autem haec transeunt, et illa necesse est, quorum haec sunt umbra, transire: illis autem perseverantibus, perseverat et umbra ipsorum.

2. Si autem non secundum id quod obumbretur, dicent eam umbram esse, sed secundum id quod multo ab illis separata sint, paterni luminis ipsorum pusillitatem et infirmitatem accusabunt, quasi non attingat usque ad haec, sed deficiat adimplere id quod est vacuum, et dissolvere umbram, et hoc quando nemo sit impedimento. In caliginem enim convertetur secundum eos et obcaecabitur paternum lumen eorum, et deficiet in his quae sunt vacuitatis locis quum minime possit adimplere omnia. [*WH. VII*, 2].

(1) ὥστε... εἶναι = adeo ut... sint. Ceterum Iren. in sensu tam materiali « umbram » hic accepit ut haud facile quis cogitet sic sensisse Gnosticos.

(2) ἐπισκοτεῖν = caliginem offundere.

(3) Cfr. I, 1, p. 1; I, XI, 1 etc.

Non igitur iam dicant pleroma esse omnium Bythum ipsorum; siquidem id quod est vacuum et umbra neque adimplevit neque illuminavit: aut iterum umbram et vacuum praetermittant, siquidem adimplet omnia paternum ipsorum lumen.

3. Neque igitur extra primum Patrem, id est qui super omnia est Deus aut Pleroma, aliquid esse potest, in quod Enthymesin passi Aeonis descendisse dicunt, ut non definiatur et circumscribatur ab eo qui est extra et contineatur ipsum Pleroma, vel primus Deus: neque vacuum esse, aut umbram capiet,(1) quum iam ante sit Pater, uti ne deficiat lumen eius, et definiatur in vacuum. Irrationale est autem et impium adinvenire locum, in quo cessat et finem habet qui est secundum eos Propator et Proarche, et omnium Pater et huius Pleromatis. Nec rursus in Patris sinu alterum quemdam dicere tantam fabricasse conditionem fas est, vel consentiente, vel non consentiente eo, propter praedictas causas. Impium est enim similiter et demens dicere, tantam conditionem ab angelis, aut ab emissione quadam ignorante verum Deum, in his quae sunt ipsius, fabricasse: neque infra Pleroma ipsorum, quum sit universum spiritale, ea quae sunt terrena et choica possibile facta esse: sed ne quidem secundum illorum imaginem, quum dicuntur pauci et similis formationis et unum esse, possibile est et quae sunt multae conditionis et contraria invicem facta esse.(2)

(1) ἐνδέξεται = intelligi poterit, in quem sensum saepius ab interprete verbum *capere* adsumitur. – Cfr. c. XIII passim; *ante sit Pater... uti*: i. e. magis valet Pater quam deficere possit etc.

(2) Tota haec § est apta recapitulatio dictorum, quin etiam in meliorem ordinem distributio. Hinc melius elucet partitio nostra quoad dualitatem et emanatismum duplicis principii. (Ad vocem «Nec rursus» prima; deinceps altera pars). — Subsequens summa capitis: QUAM FALSA... hic quidem in omnibus mss. ponitur; verum, nisi potius glossa marginalis fuerit quam inscriptio, a sede aberrat. (Cfr. quae diximus p. 319, not. 2).

4. [*WH. VII, 3*]. QUAM FALSA UMBRA ET VACUA EORUM OSTENDITUR. Falsus autem apparuit, et qui est de umbra cenomatis ⟨id est vacui⟩ ipsorum sermo secundum omnia. Itaque vacuum ostensum est figmentum eorum, et inconstans doctrina: vacui autem et hi qui attendunt eis, vere in profundum perditionis (1) descendentes.

CAP. IX. [*WH. sq. VII, 3*]. OSTENSIO QUONIAM EST ET SUBSISTIT MUNDI FABRICATOR DEUS, NON CONSTAT AUTEM QUI SUPER HUNC ADINVENITUR PATER. 1. Quoniam quidem est mundi fabricator Deus, constat et ipsis, qui multis modis contradicunt ei, et confitentur eum, fabricatorem eum vocantes et angelum dicentes: ut non dicamus, quoniam omnes clamant Scripturae, et Dominus hunc Patrem qui est in caelis (2) docet, et non alium: quemadmodum ostendemus procedente sermone. [*WH. VIII, 1*]. Nunc autem sufficit id quod est ab his, qui contraria nobis dicunt, testimonium, (3) omnibus hominibus ad hoc demum consentientibus, veteribus quidem, et in primis a primoplasti traditione hanc suadelam custodientibus et unum Deum fabricatorem caeli et terrae hymnizantibus: reliquis autem post eos a prophetis Dei huius rei commemorationem accipientibus; ethnicis vero ab ipsa conditione discentibus. Ipsa enim conditio ostendit eum qui condidit eam; et ipsa factura suggerit eum qui fecit; et mundus manifestat eum qui se

(1) Εἰς τὸν βυθὸν τῆς ἀπωλείας. Cfr. praef. I, 2, infra XI, 1 et alibi saepissime. Κένος tum *vacuus*, tum *stultus* reddi potest.

(2) Cfr. MATTH. V, 16, 45; VI, 9; LUC. XI, 2 etc.

(3) Testimonium etiam a non christianis de summo Deo creatore suscipit quem a nullo ignorari potuisse dicit. Notabis hic quatuor hominum et aetatum classes, atque in illis fontes precipuos cognitionis religiosae: prima traditio a protoplasta; commemoratio a prophetis Dei; demonstratio a rebus creatis seu cognitio naturalis, ethnicis quoque evidens et traditio apostolica apud christianos in Ecclesia. Cfr. ad haec quoque Εἰς ἐπίδ. 8.

disposuit.(1) Ecclesia autem omnis per universum orbem hanc accepit ab apostolis traditionem.

2. Constante igitur hoc Deo, quemadmodum diximus, et testimonium ab omnibus accipiente quoniam est: ille sine dubio, qui secundum eos adinvenitur Pater, inconstans(2) et sine teste est, Simone mago primo dicente semetipsum esse super omnia deum, et mundum ab angelis eius factum; post deinde his, qui successerunt ei secundum quod ostendimus in primo libro, variis sententiis impias et irreligiosas adversus fabricatorem circumducentibus doctrinas: quorum discipuli quum sint hi, ethnicis peiores efficiunt eos qui assentiunt eis. Illi enim « creaturae potius quam creatori « servientes », et « his qui non sunt dii »;(3) verumtamen primum deitatis locum attribuunt fabricatori huius universitatis Deo. Hi autem, hunc quidem labis fructum dicentes, et animalem eum vocantes, et non cognoscentem eam quae super eum est virtutem; dicentem quoque, « Ego sum « Deus, et praeter me non est alius Deus »,(4) mentiri eum dicentes, ipsi mentientes, omnem malitiam copulantes ei; eum qui non est super hunc, quod sit fingentes: secundum sententiam suam deteguntur, eum quidem qui est Deus blasphemantes, eum autem qui non est Deus fingentes, in

(1) Cfr. *Rom.* I, 20; *Sap.* XIII, 15. Sed vide et Εἰς ἐπίδ. 8, *A. H.* II, VI, 1; XXVII, 2; et max. III, XXV, 2: « Providentiam habet « omnium Deus, propter hoc et « consilium dat: consilium autem « dans adest his, qui morum pro- « videntiam habent. Necesse est « igitur ea quae providentur et gu- « bernantur cognoscere suum di- « rectorem. Et propter hoc ethni- « corum quidam qui minus illece- « bris ac voluptatibus servierunt et « non tantum in superstitione ido- « lorum coabducti sunt, providen- « tia eius moniti licet tenuiter, « tamen conversi sunt, ut dicerent « fabricatorem huius universitatis « patrem omnium providentem et « disponentem secundum nos mun- « dum ». Cfr. TERT. *Test. an.; Apolog.* 17.

(2) Ex oppositione intelliges: non exsistens, vel melius, qui ostendi non possit; graece, ut iam saepe vidimus, ἀσύστατος.

(3) *Rom.* I, 25; et *Gal.* IV, 8.

(4) Cfr. praesertim, I, XXX, 6.

suam ipsorum condemnationem. [1] Et qui dicunt semetipsos perfectos et universorum habere agnitionem, ethnicis peiores, et magis blasphemi sensu etiam adversum suum factorem inveniuntur.

CAP. X. [*WH. IX*]. DE QUAESTIONIBUS ET PARABOLIS, QUOMODO OPORTEAT SOLVERE EA, QUAE QUAERUNTUR.

1. Perquam itaque irrationale est, praetermittentes eum qui vere est Deus et qui ab omnibus habet testimonium, quaerere si est super eum is qui non est, et qui a nemine umquam annuntiatus est. Quoniam enim manifeste nihil dictum est de eo et ipsi testimonium perhibent: [2] quia autem parabolas, quae quaeruntur et ipsae quomodo dictae sint, male ad eum qui adinventus est ab ipsis transfigurantes, alium nunc qui ante numquam quaesitus est generant, manifestum est. [3] Per hoc enim quod velint ambiguas exsolvere Scripturas (ambiguas autem non quasi ad alterum

(1) Cfr. Εἰς ἐπίδ. 99: « Igitur « non debet fingi Deus a nostro « creatore alius prout haeretici au« tumant; qui blasphemant Deum, « qui est, et in idolum sibi fin« gunt qui non est ». *Qui est, qui non est* ibidem neutro sunt genere ita ut in mentem revocent illud *Exod.* « Ego sum qui sum »; cfr. ibid. 2.

(2) Cfr. nimirum, I, I, 3 (p. 80), III, I (p. 90), VIII, I (p. 128) et maxime XIX integ. (p. 227 sqq.), ubi ex professo ostenditur nemini, ante Christi ad Gnosticos revelationem, cognitus Deus.

(3) I. e. probationes sumptas a parabolis, v. g. de ove errante, de operariis, drachma deperdita etc. (cfr. loc. cit.), nullius esse ponderis quum possint in multos et contrarios sensus torqueri (cfr. et. I, III, 6, p. 90) et ideo in contentionibus adducendas non esse, iuxta regulam infra XXVII, I, 2 expositam. Plurimum igitur abest ut ex his alium Deum quaerendum efficere possint (FEUARD). Cfr. vero, ut suggerit GRABE, ORIG. *In psalm.* XL, qui ad hunc locum respexisse videtur: « Scripturae « (Dei) magnis quidem et arcanis, « abstrusisque et difficilis conside« rationis sententiis sunt refertae, « sed et difficillimam habent ex« plicationem, et videntur ansa er« roris fuisse rudibus heterodoxo« rum animis, inconsiderate et pe« tulanter Deum ex his quae non « intelligunt accusantium indeque « ad alium Deum confingendum « prolabentium ».

Deum, sed quasi ad dispositiones Dei), alterum Deum fabricaverunt; quemadmodum praediximus,[1] de arena resticulas nectentes, et quaestioni minori quaestionem maiorem adgenerantes. Omnis autem quaestio non per aliud quod quaeritur habebit resolutionem, nec ambiguitas per aliam ambiguitatem solvetur apud eos qui sensum habent, aut aenigmata per aliud maius aenigma; sed ea quae sunt talia, ex manifestis et consonantibus et claris accipiunt absolutiones.

2. Hi autem quaerentes exsolvere Scripturas et parabolas, alteram maiorem et impiam quaestionem introducunt, si quidem super mundi fabricatorem Deum alius sit deus, non exsolventes quaestiones (unde enim?) sed minori quaestioni magnam quaestionem annectentes, et nodum insolubilem inserentes. Ut enim sciant hoc ipsum scire, quod utique triginta annorum Dominus venit ad baptismum veritatis, hoc non discentes,[2] ipsum Deum fabricatorem, qui misit eum ad salutem hominum, impie contemnunt: et ut putentur posse enarrare unde substantia materiae, non credentes quoniam Deus ex his quae non erant, quemadmodum voluit, ea quae facta sunt ut essent omnia fecit, sua voluntate et virtute substantia[3] usus, sermones vanos collegerunt, vere ostendentes suam infidelitatem: quoniam quidem his quae sunt non credunt, in id quod non est deciderunt.

(1) I. e. I, VIII, 1 ubi haec eadem graece habentur.

(2) Ex contextu haec plana evadent. Dixerat Gnosticos quaestionem (Scripturae) exsolvere se putantes, nodum maiorem inserere: id exemplo illustrat: « ut ipsi sibi « conscii sint, se bene scire cur « Dominus etc.... reapse id non « attingunt, sed ipsum Deum qui « Dominum misit, impie contem- « nunt ». Cfr. et quae sequuntur. Ἵνα γὰρ γνῶσι αὐτὸ τοῦτο γνῶναι = hellenismus: ut profunde omnino cognoscant.

(3) I. e. « loco substantiae ». Cfr. § sq. cum sua inscript. — Int. fortasse legit simplex οὐσιώσει pro οὐσίᾳ ὡσεί. Attende autem sententiae theologicam perfectionem.

3. [*WH. X, 1*]. QUONIAM SUBSTANTIAM MATERIAE LABI ADIUNGERE NON CONSTAT, VOLUNTATE AUTEM ET VIRTUTE DEI CONSTAT ET FIDEM HABET. Quod enim dicunt ex lacrymis Achamoth, humectam prodisse substantiam, a risu autem lucidam, a tristitia autem solidam, et a timore mobilem, et in his altum sapere et inflatum esse, quomodo haec non digna irrisione et vere ridicula? qui non credunt quidem, quoniam ipsam materiam, quum sit potens et dives in omnibus, Deus creavit, nescientes quantum potest spiritalis et divina substantia; credentes autem quoniam mater ipsorum, quam feminam a femina vocant, (1) a praedictis passionibus emisit tantam conditionis materiam: et quaerentes quidem unde suppeditavit fabricatori conditionis substantia, non quaerentes autem unde matri ipsorum, quam enthymesin et impetum Aeonis errantis dicunt, lacrymas tantas aut sudores, aut tristitias,(2) aut reliqua materiae emissio.

4. Attribuere enim substantiam eorum quae facta sunt virtuti et voluntati eius qui est omnium Deus, et credibile et acceptabile et constans et in hoc bene diceretur: quoniam « quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt « apud Deum »; (3) quoniam homines quidem de nihilo non possunt aliquid facere, sed de materia subiacenti: Deus autem quam homines hoc primo melior, (4) eo quod materiam fabricationis suae, quum ante non esset, ipse adin-

(1) Cfr. v. g. I, XXI, 5 (p. 242) et XXX, 3 fin.

(2) Repone haec in primo casu ut praecedentia: quippe quae unicum verbum «suppeditavit» omnia regant.

(3) LUC. XVIII, 27: in idem argumentum haec verba afferuntur a THEOPH. *Ad Autol.* II, 13, quem locum omnino inspexisse Irenaeum dixerim ut etiam ex his quae sequuntur cum illis collatis liquet. THEODORETUS vero, ut recte opinatur GRABE, in *Haer. fab.* V, 5, Irenaeum imitatur, immo et nonnulla verba graeca illius servat.

(4) *Primo*, est reliquia evidens cit. loc. Theoph. *Materia fabricationis*, est informis illa ex qua caetera postea condita sunt. Hinc intelliges qua vi theologica locus hic praestet. Cfr. et 'Επιδ. 4; TERT. *Adv. Hermog.* int.

venit. Dicere autem de enthymesi Aeonis errantis prolatam materiam, et longe quidem Aeonem ab enthymesi eius separatam,(1) et huius rursus passionem et affectionem extra ipsam quidem eius esse materiam, et incredibile et fatuum et impossibile et inconstans.

CAP. XI. CONTRADICTIONES HIS, QUI SUNT A VALENTINO. 1. Et non credentes quidem quoniam hic qui est super omnia Deus, in his quae sunt eius, varia et dissimilia Verbo fabricavit quemadmodum ipse voluit, quum sit omnium fabricator, ut sapiens architectus et maximus rex; credentes autem quoniam angeli, aut virtus aliqua separata a Deo, et ignorans eum, fecit hanc universitatem: sic igitur veritati non credentes, in mendacio autem volutantes, perdiderunt panem vitae verae, in vacuum et in profundum umbrae incidentes; similes Aesopi cani ei qui panem quidem reliquit, in umbram autem eius impetum fecit, et perdidit escam.(2) Et ex ipsis autem Domini verbis facile est ostendere, confitentis unum Patrem et factorem mundi et plasmatorem hominis, qui a lege et prophetis annuntiatus sit, et alterum nescientis, et hunc esse super omnia Deum:(3) docentis autem, et per se eam quae est ad Patrem adoptio filiorum, quae est aeterna vita, omnibus iustis attribuentis.(4)

2. Sed quoniam amant incusare, et ea quae sunt sine calumnia, ut calumniosi concutiunt, multitudinem parabo-

(1) Femininum hic tantum occurrit, atque facile explicatur quum Aeon sit Sophia; hinc tamen non dixerim cum MASSUET aliisq. interpretem promiscue Aeonas masculos feminasve accipere: *Aeonis* vero pro Aeonibus in codd. facile ex compendio AEONIB. haberi potuit, quae deturpatio et in aliis nominibus occurrit. Cfr. de caeteris infra c. XVIII.

(2) Cfr. prorsus eadem apud EPIPH. *Cerdon.* [*Haer.* XLI], 1.

(3) Cfr. v. g. IV, VI, 1.

(4) Cfr. IOAN. I, 12; *Rom.* VIII, 15 (III, I, 6) et Εἰς ἐπίδ. 8. « Deus « omnium, Iudaeorum quidem et « ethnicorum, sicut et credentium: « credentium autem velut Pater, « quoniam in extremis temporibus « evangelium adoptionis (Kind-« schaft) revelavit ».

larum et quaestionum inferentes nobis, (1) bene haec arbitrati sumus primo interrogare eos e contrario de suis dogmatibus, et quod non est verisimile ipsorum ostendere, et temeritatem ipsorum excidere: post deinde Domini sermones inferre, ut non sint tantum ad proponendum vacantes; sed propter hoc quod non possint ad ea quae interrogantur ratione respondere, dissolutam suam videntes argumentationem, aut revertentes ad veritatem, et semetipsos humiliantes, et cessantes a multifaria sua phantasia, placantes Deum de his quae adversus eum blasphemaverunt, salventur: aut, si perseverarint in ea quae praeoccupavit animum ipsorum vana gloria, argumentationem suam immutent. (2)

CAP. XII. QUOMODO IS SERMO QUI EST DE TRIACONTADE ILLORUM CONCIDIT IN UTROQUE, ET SECUNDUM ID QUOD PLUS EST, ET SECUNDUM ID QUOD MINUS. 1. Primo quidem de triacontade ipsorum sic dicemus, universam eam utrimque mire decidere, et secundum id quod minus habet et secundum id quod plus; (3) propter quam dicunt triginta annorum Dominum ad baptismum venisse. Haec autem dicente manifesta erit universae argumentationis ipsorum eversio. Et secundum deminorationem quidem sic. Primo quidem, quoniam annumerant reliquis Aeonibus Propatorem. Pater enim omnium enumerari non debet cum reliqua emissione: qui non est emissus cum ea quae emissa

(1) De hoc Gnosticorum more cfr. ORIG. l. c.; et infra XIII fin.; XV, 3; XVIII, 6.

(2) Est ut vides ἀνατροπῆς, seu eversionis, praesignatio. Primam partem, i. e. interrogationibus eos concutere, sequentibus huius libri capitibus implet: alteram, seu Scripturas illis contrarias ostendere, tribus posterioribus integris libris absolvit.

(3) Secundum id quod minus habet, triacontas excutitur usque ad § 6; secundum quod plus, brevi § 7. Cur ab hoc argumento initium faciat, habes in fine capitis. Inscriptiones autem capitum ut in codd. exhibentur, rerum seriem non abrumpunt si ut subdivisiones potius, vel melius ut indices rerum notabilium accipiantur: in mss. vero capp. XIII–XV efficiunt.

est: et innatus cum ea quae nata est: et quem nemo capit cum ea quae ab eo capitur, et propter hoc incapabilis: qui infiguratus est cum ea quae figurata est. Secundum enim id quod melior quam reliqui, non debet cum eis annumerari; et hoc (1) cum Aeone passibili, et in errore constituto, qui est impassibilis, et non errans. Quoniam enim a Bytho inchoantes triacontada enumerant usque ad Sophiam, quam Aeonem errantem dicunt, ostendimus in eo libro qui est ante hunc librum, (2) et quae dicunt nomina ipsorum posuimus: hoc autem non annumerato iam non sunt XXX secundum eos emissiones Aeonum, sed XX et novem fiunt.

2. [*WH. XIII, 1*]. QUONIAM IMPOSSIBILE EST SEPARATAS ESSE AB INVICEM EAS QUAE INFRA PLENITUDINEM DICUNTUR CONIUGATIONES: ADUNITIS AUTEM HIS, IMPOSSIBILE EST SOPHIAM SINE CONIUGE ASSUMPSISSE LABEM, AUT ETIAM GENERASSE ALIQUID. Post deinde primam emissionem Ennoiam quam (3) Sigen vocantes, ex qua rursum [Nun] (4) et Alethiam emissos dicunt, in utrisque exorbitant. Impossibile est enim ennoean alicuius, aut silentium separatim intelligi, et extra eum emissum propriam habere figurationem. Si autem non dicent esse emissam illa extra, sed adunatam (5) Propatori, ut quid cum reliquis Aeonibus annumerant eam, his qui non sunt adunati, et propter hoc ignorant magnitudinem eius? Si autem et unita est, (consideremus et hoc,) necessitas est omnis, ab unita coniugatione et inseparabili et unum exsistente, indiscretam et uni-

(1) Καὶ τοῦτο – Hellenismus est in Interpr. frequens: latine *et quidem* efferri debet. – Aggreditur vero Iren. proprie scholam Ptolemaei ut p. 89, not. 2 diximus. Cfr. Ps. TERTULL. 18.

(2) Cfr. I, 1 (pp. 76-80); XIV, 9 (p. 197); XVI, 1 seqq. (p. 209 seqq.).

(3) *Quam* coniunctio non pronomen est: graece ἤ: ita et ἐξ ἧς loco ἑξῆς (= exinde) in sequenti *ex qua* male lectum putat Harvey.

(4) In codd. male abest, absumptum fortasse in praec. RVRSVM. Restituit FEUARD. ex seqq.

(5) I. e. coniunctam tamquam unum: fortasse [συν]αναχυθέντα ut I, XI, 1 legitur. Cfr. seqq.

tam eam, quae ex ea est, emissionem fieri, ut non dissimilis sit ab eo qui emisit. Hoc autem sic se habente, unum et idem fiet, quemadmodum Bythus et Sige, sic et Nus et Alethia, semper adhaerentes invicem, eo quod (1) non possit alterum sine altero intelligi; quemadmodum neque aqua sine humectatione, neque ignis sine calore, neque lapis sine duritia, (unita sunt enim invicem haec, et alterum ab altero separari non potest, sed semper coexsistere ei), sic et Bythum cum Ennoea adunitum esse oportet, et Nun cum Alethia eodem modo. Rursus et Logos et Zoe ab unitis emissi, unitos esse, et unum esse debent. Secundum haec autem, et Homo et Ecclesia, et universa reliquorum Aeonum coniugationis emissio, unita esse debet, et semper coexsistere alterum altero. Feminam enim Aeonem pariter esse oportet cum masculo secundum eos, quum sit velut affectio eius.

3. [2]. Et haec quum ita se habeant, et quum haec dicantur ab ipsis, rursus impudorate audent docere, iuniorem duodecadis Aeonem, quem et Sophiam appellant, sine permixtione coniugis, quem Theletum vocant, passam esse passionem, et separatim sine eo fructum generasse, quem et feminam a femina nominant, in tantum dementiae progressi ita ut manifestissime duas contrarias de eodem sententias censeant. (2) Si enim Bythus adunitus est cum Sige, et Nus cum Alethia, et Logos cum Zoe, et reliqui deinceps, quemadmodum poterat Sophia sine coniugis perplexione pati aliquid, vel generare? Si autem haec sine illo passa est, necesse est et reliquas coniugationes abscessionem et separationem a semetipsis accipere: quod est impossibile, sicut praediximus. (3) Impossibile est ergo et Sophiam passam

(1) Ita Harvey. Codd. vero omnes habent: « invicem. Et « quod », quae lectio, dura licet, retineri tamen potest.

(2) Cfr. I, II, 2-3, p. 83 seqq.

(3) Nam, sicut praecedenti § dixit, unum sine altero intelligi non potest. Cfr. et § seq.

esse sine Theleto: et soluta est ipsorum rursus omnis argumentatio. [*WH. XIII, 3*]. De passione enim, quam sine complexione coniugis passam eam dicunt, iterum reliquam universam velut tragoediae compositionem affinxerunt.

4. Si autem impudorate et reliquas coniugationes disiunctas ab invicem dixerint esse separatas, propter novissimam coniugationem, uti non solvatur illorum vaniloquium; primo quidem impossibili insistunt rei. Quemadmodum enim separabunt Propatorem ab Ennoea eius, aut Nun ab Alethia, aut Logon a Zoe, et reliquos similiter? Quemadmodum autem et ipsi ad unitatem recurrere dicunt,(1) et omnes unum esse, si quidem hae, quae sunt intra Pleroma coniugationes unitatem non custodiunt, sed distantes sunt ab invicem, in tantum uti et patiantur, et generent sine alterius complexu, quemadmodum gallinae sine caponibus?(2)

5. [*WH. XIV, 1*]. Quoniam in eodem Pleromate non poterat Verbum et Silentium esse. Post demum et sic solvetur illorum rursum prima et archegonos ogdoas. Erunt enim specialiter in eodem Pleromate Bythus et Sige, Nus et Alethia, Logos et Zoe, Anthropos et Ecclesia. Impossibile est autem, Logo praesente, Sigen esse, aut iterum, Sige praesente, Logon ostendi. Haec enim consumptibilia sunt invicem, quemadmodum lumen et tenebrae in eodem nequaquam erunt; sed si quidem lumen sit, non sunt tenebrae: ubi autem tenebrae sunt, non erit lumen: veniente enim lumine, solutae sunt tenebrae. Sic ubi est Sige, non

(1) Id quidem novum est nec ullibi antea Ir. dixerat: nisi omnino aliter, ac communiter accipitur, intelligendum sit illud ἐπὶ ἑνός, I, VIII, 4, p. 137, quod etiam infra XIV, 6: « eas quae sunt *de uno* coniugationes annituntur introducere » insinuatur. Cfr. et XVIII, 7 ubi Gnostici affectare dicuntur « concupiscentiam communicationis cum eo (Bytho) et unitatis ».

(2) Id imitatur Tertull. *Valent.* 10: « Miraris haec? et gallina sortita est de suo parere ». Cfr. huius *Bibl.* ser. III, vol. V, p. 553, not. 1 et loc. ibi allatos.

erit Logos; et ubi Logos, non utique est Sige. (1) Si autem endiatheton (2) Logon dixerint, endiathetos erit et Sige; et nihilominus solvetur ab endiatheto Logo. Quoniam autem non est endiathetos, ipsa haec ordinatio ipsorum emissionis significat. (3)

6. Iam igitur non dicant primam et principalem (4) ogdoadem ex Logo et Sige constare; sed aut Sigen, aut Logon refutent: et soluta est illorum prima et principalis ogdoas. Si enim unitas coniugationes dixerint, soluta est eorum universa argumentatio. Quomodo enim unitis eis, Sophia sine coniuge labem generavit? Si autem, sicut in emissione, unumquemque ex Aeonibus propriam substantiam habere dicent, quemadmodum in eodem ostendi potest Sige et Logos? Et haec quidem secundum diminutionem.

7. [*WH. XIV, 2*]. Secundum autem id quod plus est, rursus solvitur triacontas ipsorum sic. Emissum enim a

(1) **Θύσω καὶ σιγήν, ὡς τοπάροιθε λόγος**: NAZIANZ. *Carm. 12 ad episc.*

(2) Celeberrima haec vox primum hic in usu patristico legitur. Apud PHILONEM quidem pluries occurrit tamquam ratio ad quam Demiurgus mundi operam condit (cfr. **Περὶ τ. κοσμοποιήσ.**), in quo sensu pluries Apologetae de Verbo loquuntur. Irenaeus eidem saepius *prolatitium* (**προφορικός**) seu *emissibile* aut *emissionis* verbum opponit; at hic non videtur nisi vulgarem ac psychologicam significationem utriusque attingere, de qua complura optime cap. seq. disserit (theologicam autem vim non ignorat ut patet ex cap. seq. § 8). Igitur endiatheton logon hic quasi in mente conditum accipit verbum, non adhuc ore prolatum. Ita enim Gnostici poterant praetendere illum internum esse ac propterea cum Sige seu silentio coexsistere posset: qui enim verbum mente quidem concepit non tamen profert, utique adhuc tacet seu silet. Sed acute Noster: etiam Sige interna esse potest, seu se referre ad ipsum verbum mentis illudque prorsus excludere.

(3) I. e. emissionem hanc non *ad intra* sed vere ad extra fateri cogentur Gnostici eo ipso quod alterum ab altero Aeone ut personam a persona distinguant.

(4) Utillime adnotabis hanc vocem hic bis suffectam in locum praecedentis (§ 5 init.) **ἀρχέγονος** (= primordialis): cfr. rursus, I, 1, 1 (p. 78); x, 3 (p. 146), ubi seqq. graece prostant; XI, 5 (p. 164) etc. — *Refutent*, **παραπέμπειν** ut initio operis abiiciant.

Monogene dicunt, sicut et reliquos Aeonas, Horon, quem plurimis nominibus vocant, sicut praediximus in eo, qui ante hunc est liber.(1) Hunc autem Horon quidam quidem a Monogene emissum dicunt, alii vero ab ipso Propatore in similitudine sua.(2) Adhuc etiam emissionem dicunt factam a Monogene Christum et Spiritum sanctum, et hos non annumerant ad numerum Pleromatis: sed neque Salvatorem, quem etiam Totum esse dicunt. Hoc enim manifestum est et caeco,(3) quoniam non solum triginta emissiones secundum illos emissae sunt, sed et quatuor cum istis xxx. Ipsum enim Propatorem annumerant in Pleroma, et eos qui ex successione ab invicem emissi sunt. Quid quod isti non annumerabuntur illis in eodem Pleromate exsistentes, qui adepti sunt eamdem emissionem? Quam enim edicere possunt iustam causam, ob quam non annumerant cum reliquis Aeonibus, neque Christum, quem volente Patre a Monogene dicunt esse emissum, neque Spiritum sanctum, neque Horon, quem et Sotera (4) dicunt; sed neque ipsum Salvatorem, qui venit ad auxilium et formationem matris ipsorum? Utrum quasi sint isti infimiores illorum, et ideo indignos esse Aeonum appellatione et numero: aut quasi meliores sint et differentes?(5) Sed infimi quidem quomodo fient, qui etiam in fixionem et emendationem reliquorum emissi sunt? Meliores autem rursus prima et principali

(1) Cfr. I, III, 5, p. 94, not. 5.

(2) Cfr. I, II, 2, 4; et X, 1.

(3) τυφλῷ δῆλον est proverbium Graecis usitatissimum. Occurrit et in *Odyss.* VIII; PLATON. *Sophist.* etc. [FEUARD.].

(4) Interpres male legisse videtur compend. Σ͞τρ = Σταυρόν (crucem). Hic error in codd. graecis singularis non est: ita v. g. I, III, 5 (p. 95, lin. 2 gr.) loco Σωτῆρα in omnibus Epiph. codicibus legitur Σταυρόν.

(5) διαφορώτεροι = excellentiores. Cfr. I, XXXV, 1 gr. — *Infimiores* est in melioribus mss. nec commutare licet in *infirmiores* (Arund. et Voss.?) nisi in seqq. quoque *infirmi* loco *infimi* reponatur, contra omnium codicum fidem, etsi fortasse in maiorem cum reliquis consonantiam.

tetrade esse non possunt, a qua et emissi sunt: et illa enim enumeratur in praedictum numerum. Oportuerat autem et istos annumerari in Pleromate Aeonum; aut et illorum Aeonum honorem huiusmodi appellationis auferri.(1)

8. Quum ergo sit soluta illorum triacontas, sicut ostendimus, et secundum id quod minus est, et secundum id quod plus est (in tali enim numero si plus fuerit, aut minus, reprobabilem faciet numerum, quanto magis tanta(2)?): instabilis igitur ea quae est de ogdoade ipsorum, et de duodecade fabula. Instabilis autem et universa illorum regula, ipso firmamento ipsorum dissipato et in bythum, hoc est in id quod non est, dissoluto. Quaerant igitur iam amodo alias causas ostendere, quare xxx annorum Dominus ad baptismum venerit: et duodecadis apostolorum: et eius quae sanguinis profluvium passa est; et reliquorum quaecumque vane laborantes delirant.

Cap. XIII. [*WH. XV, 1*]. Quomodo nullius momenti ostenditur primus ordo emissionis ipsorum. 1. Et ipsum quidem primum ordinem emissionis ipsorum reprobabilem esse sic ostendimus. Emissum enim dicunt de Bytho et huius Ennoea Nun et Alethian, quod quidem contrarium ostenditur. Nus enim est ipsum quod est principale, et summum, et velut principium, et fons universi sensus. Ennoia autem, quae ab hoc, est qualislibet et de quolibet facta motio.(3)

(1) Graece fuerit: ἢ καὶ αὐτῶν τῶν Αἰώνων τὴν τιμὴν ταύτης τῆς προσηγορίας ἀφαιρεῖσθαι: hinc loco « illorum Aeonum » reponendum « ab illis Aeonibus », scl. primae et principalis tetradis.

(2) Τοσάδε = tot tantaeque variationes.

(3) Ennoia seu cogitatio est ipsa actio (seu *motio*, i. e. gradus actionis ut Ir. loquitur) mentis (Nous) de quolibet obiecto in genere: hinc illa Noun seu intellectum (semper masculiniter in seq. ut in graecis) consequi non praecedere debet. - Attende vero quam profundam doctrinam psychologicam de processu et ordine cognitionis nostrae hoc pulcherrimo capite Ir. ostendat.

Non capit igitur ex Bytho et Ennoia emissum esse Nun: verisimilius enim erat dicere eos, de Propatore et de hoc Nu emissam esse filiam Ennoiam. Non enim Ennoia mater est Noos, sicut dicunt; sed Nus pater fit Ennoiae. Quemadmodum autem et emissus est Nus a Propatore, qui principalem et primum eius quae est intus absconditae et invisibilis affectionis locum continet? a qua sensus generatur, et ennoia, et enthymesis, et alia, quae non alia sunt praeter Nun, sed illius ipsius, quemadmodum praediximus, de aliquo in cogitatu dispositae qualeslibet motiones; (1) secundum perseverationem et augmentum, non secundum immutationem vocabula accipientes, et in cognitionem conterminatae, et in verbum coemissae, sensu manente intus et condente, et administrante, et gubernante libere et ex sua potestate, quemadmodum et vult, quae praedicta sunt.(2)

2. Prima enim motio eius de aliquo, ennoia (3) appel-

(1) I. e. a No seu intellectu realiter non distinguuntur, sed series sunt affectionum eiusdem intellectus in processu cognitionis seu cogitationis. Cfr. not. seq.

(2) I. e. hi gradus diversa nomina suscipiunt, non per realem immutationem ac diversitatem, quasi nempe aliud corpus habeat puta enthymesis, aliud vero ennoia; sed tantum ob maiorem intensitatem et perseverantiam ipsius actus intellectivi, qui unica cognitio est, in ἐνδιάθετον λόγον desinens, in intellectu ipso (deinceps semper Nun per «sensum» Interp. reddit) unicam realitatis ac exsistentiae rationem habens. Cfr. infra XXIX, 3 fin.: «non aliud «quid praeter animam sunt, sed «ipsius animae motus et opera«tiones, nullam sine anima ha«bentes substantiam».

(3) Quum primum menti sese effert res aliqua leviorque tum eiusdem perceptio est, ἔννοια dicitur (i. e. ingressus in mentem = perceptio). Si vero, intentiore facto animo, augeatur perceptio, ἐνθύμησις est [quasi ingressus in cor, in intima hominis]: semper scl. passivo modo se habente intellectu. Sequitur animi reflexio quae et ipsa plures gradus habet: primus est sensatio, simplex actus quo mens noscit suam ipsam perceptionem (νόησις); alter est βούλημα quo perceptio intimius perscrutatur in se; tertius vero βουλήματος ἐξέτασις seu examinatio rei in comparationem ad alia iudicii elementa. Reflexionis fru-

latur; perseverans autem et aucta, et universam apprehendens animam, enthymesis vocatur. Haec autem enthymesis multum temporis faciens in eodem, et velut probata, sensatio nominatur. Haec autem sensatio in multum dilatata, consilium facta est; augmentum autem et motus in multum dilatatus consilii, cogitationis examinatio: quae etiam in mente perseverans verbum rectissime appellabitur; ex quo emissibilis emittitur verbum. Unum autem et idem est omnia quae praedicta sunt, a No initium accipientia, et secundum augmentum assumentia appellationes. Quemadmodum et corpus hominis, aliquando quidem novellum, aliquando quidem virile, aliquando autem senile, secundum augmentum et perseverantiam accepit appellationes, sed non secundum substantiae demutationem, neque secundum corporis amissionem: sic et illa. De quo enim quis contemplatur, de eo et cogitat: et de quo cogitat, de hoc et sapit: de quo autem et sapit, de hoc et consiliatur: et quod consiliatur, hoc et animo tractat: et quod animo tractat, hoc et loquitur. Haec autem omnia, quemadmodum diximus, Nus gubernat, quum sit ipse invisibilis, et a semetipso per ea quae praedicta sunt, sicut per radium, emittens verbum, sed non ipse ab alio emittitur.(1)

3. Et haec quidem in hominibus capit dici, quum sint compositi natura, et ex corpore et anima subsistentes: qui autem dicunt ex Deo emissam esse Ennoeam, et ex Ennoea Nun, deinceps ex his Logon, primo quidem arguendi

ctus est ipsa sententia mentis quae quatenus in mente, ubi concepta est, perseverat, λόγος ἐνδιάθετος est; quando vero hoc conceptum verbum a mente velut separatur et emittitur, λόγος προφορικός dicitur. Cfr. generatim de psychologia Irenaei BOEHRINGER, o. c. p. 466; WENDT. *D. Christl. Lehre v. d. menschl. Wollkomm.* (1882), p. 20. Vide etiam infra sub exitum huius §.

(1) Ipse Nus per hanc gradationem verbum emittit; sed ipse emitti nequit quum sit id quod intimius est in homine.

sunt improprie emissionibus usi; post deinde hominum affectiones, et passiones, et intentiones mentis describentes, Deum autem ignorantes: qui quidem ea quae obveniunt hominibus ad loquendum eos,(1) applicant omnium Patri, quem etiam ignotum omnibus dicunt; negantes quidem ipsum mundum fecisse, ut ne quidem pusillus putetur,(2) hominum autem affectiones et passiones donantes. Si autem Scripturas cognovissent, et a veritate docti essent, scirent utique quoniam non sic Deus, quemadmodum homines; et non sic cogitationes eius, quomodo cogitationes hominum.(3) Multum enim distat omnium Pater ab his quae proveniunt hominibus affectionibus et passionibus: et simplex, et non compositus, et similimembrius,(4) et totus ipse sibimetipsi similis, et aequalis est, totus quum sit sensus,(5) et totus spiritus, et totus sensuabilitas, et totus ennoea, et totus ratio, et totus auditus, et totus oculus, et totus lumen, et totus fons omnium bonorum; quemadmodum adest religiosis ac piis dicere de Deo.

4. Est autem et super haec, et propter haec inenarrabilis. Sensus enim capax omnium bene et recte dicetur, sed non similis hominum sensui: et lumen rectissime dicetur, sed nihil simile ei, quod est secundum nos, lumini.

(1) Graecismus: πρὸς τὸ λαλεῖν αὐτούς = quum ipsi loquuntur. Tert. (*Val.* 4) haec prae oculis habet quum Aeonas vocat: «personales substantias... quas Valentinus in ipsa summa divinitatis «ut sensus et affectus motus incluserat». Ex his vero liquet omnino Aeonas a Valentinianis assumi ut momenta psychologica in evolutione vel revelatione vitae divinae.

(2) Infirmus, utpote qui malum fieri a creatis avertere non potuerit [Massuet].

(3) Alludit procul dubio ad Isa. LV, 8.

(4) Ὁμοιομερής, vox philosophis bene cognitam (cfr. et Lucr. *De rer. nat.* I, 830), quam Ir. ipse explicat per ea quae immediate sequuntur. Cfr. qui hunc locum imitatus est Cyrill. *Catech.* 6.

(5) Νοῦς, ut iam monuimus, intelligatur hic et in omnibus quae sequuntur ubi vox *sensus* occurrit. – Graece haec leguntur plus minusve I, xii, 2.

Sic autem et in reliquis omnibus nulli similis erit omnium Pater hominum pusillitati: et dicitur quidem secundum haec propter dilectionem, sentitur autem super haec secundum magnitudinem.(1) [*WH. XVI, 1*]. QUONIAM SENSUS NON POTUISSET EMITTI QUIA IPSE EMITTEBAT RELIQUA. Si igitur et in hominibus ipse quidem sensus non emittitur, neque separatur a vivo, is qui emittit reliqua: motiones autem eius et affectus perveniunt ad manifestum; multo magis Dei qui totus sensus est, ipse (2) a semetipso nequaquam separabitur, neque quasi ab alio aliud emittitur.

5. Si enim sensum emisit, ipse qui emisit sensum, secundum eos compositus et corporalis intelligitur, ut sit separatim quidem qui emisit, Deus, separatim autem qui emissus est, sensus. Si autem de sensu sensum dicant emissum, praecidunt sensum Dei et partiuntur. Quo autem, et unde emissus est? Quod enim ab aliquo emittitur, in aliquod subiectum emittitur. Quid autem subiacebat antiquius quam sensus Dei, in quod emissum dicunt eum? Quantus autem et erat locus, ut susciperet et caperet Dei sensum? Si autem, quemadmodum a sole radium dicant: sicut subiacet aer hic susceptor,(3) et antiquior erit quam

(1) Pulcherrima sententia et Augustino vere digna: hominum cognitioni veluti accommodatum dicimus (*secundum* haec) Deum propter suam condescendentiam vel dilectionem qua ille nos prosequitur et nos ad eum attolli cupimus: sed *super* haec et omnes analogias ipse sentitur secundum suam sublimitatem. — Cfr. IV, XX, 1: « Igitur secundum magni« tudinem non est cognoscere « Deum, impossibile est mensurari « Patrem; secundum autem dile« ctionem eius (haec est enim quae « nos per Verbum eius perducit « ad Deum) obedientes ei discimus « quoniam tantus est Deus » etc. Sed lege integrum illud egregium caput. Cfr. et infra, XXVI, 1, atque **Εἰς ἐπίδ.** II, 87, 90, 95.

(2) I. e. sensus seu **Νοῦς**.

(3) Mss. *susceptior*, attracta videlicet a festinante scriba desinentia verbi insequentis: sensus est: Si autem, velut a sole radium, emissum dicant: sicut hic aer radii susceptor (seu, ut mox, *capabilis*), et antiquior erit etc. ita et illic ostendant etc.

ipse radius, et illic ostendant subiacens aliquid, in quod emissus est sensus Dei, capabile eius et antiquius. Post oportebit, quemadmodum solem minorem esse quam omnia videmus,(1) longe a semetipso emittentem radios, sic et Propatorem dicere extra et longe a semetipso emisisse radium. Quidnam autem extra aut longe sentiri a Deo potest, in quod radium emisit?

6. [*WH. XVI, 2*]. Si autem non emissum extra Patrem illum dicant, sed in ipso Patre; primo quidem superfluum erit etiam dicere emissum esse eum; quemadmodum enim emissus est, si intra Patrem erat? Emissio enim est eius, quod emittitur, extra emittentem manifestatio.(2) Post deinde hoc emisso, et is qui est ab eo Logos erit intra Patrem: similiter autem et reliquae Logi emissiones. Iam igitur non ignorabunt Patrem, quum intra eum sint: nec secundum descensionem emissionum minus aliquis cognoscet eum, undique omnes a Patre aequaliter circumdati; sed et impassibiles omnes similiter perseverabunt, quum sint in paternis visceribus, et in deminoratione nemo ipsorum erit. Non enim est deminoratio Pater;(3) nisi forte, velut in circulo magno minor continetur circulus, et intra hunc rursus alter minor; aut velut sphaerae similitudine, aut tetragoni, Patrem dicant intra se undique continere sphaerae similitudinem, vel quadratam reliquam Aeonum emissionem, unoquoque illorum circumdato ab eo qui est super eum maior, et circumdante eum, qui post se est, minorem; et propter hoc minorem et ultimum omnium in

(1) Effectus pro causa innuitur, nempe solem minusculum videri, ut indicetur sol longissime a nobis dissitus.

(2) Hic ad marginem scripserit quispiam « quid est emissio » quod a scribis in epigraphe cap. XVIII (cfr. infra § 10) hic incipientis insertum est. — Caeterum Iren. definitionem mere verbalem *emissionis* dat, seu proprie, ut theologi loquuntur, missionis ad extra, in quem sensum alii Patres haec Irenaei verba usurparunt. Cfr. v. g. FULGENT. *ad Monoim.* 6.

(3) In quo videlicet sunt Aeones.

medio constitutum, et multum a Patre separatum, ignorasse Propatorem. Si autem haec dixerint, in figura et circumscriptione concludent Bythum ipsorum, et circumdantem, et circumdatum: cogentur enim et extra illum confiteri esse aliquid, quod circumdet eum. Et nihilominus in immensum de his qui continent et continentur incidet sermo: et corpora inclusa esse omnes manifeste apparebunt. (1)

7. [*WH. XVI, 3*]. Adhuc etiam aut vacuum esse eum confitebuntur, aut omne quod est intra eum omnes (2) similiter participabunt de Patre. Quemadmodum in aqua circulos si quis faciat, vel rotundas vel quadratas figuras, omnia haec similiter participabunt de aqua: quemadmodum et quae in aëre fabricantur, necesse est participare de aëre; et quae in lumine, de lumine: sic et qui sunt intra eum, omnes similiter participabunt de Patre, ignorantia apud eos locum non habente. Ubi (3) enim participatio Patris adimplentis; si autem adimplevit, illic et ignorantia non erit. Solvetur igitur ipsorum deminorationis opera, et materiae emissio, et reliqua mundi fabricatio, quae ex passione et ignorantia volunt substantiam habuisse. Si autem vacuum illum confitebuntur, in maximam incidentes blasphemiam, denegabunt id quod est spiritale eius. Quemadmodum enim est spiritalis is, qui ne quidem ea quae intra eum sunt, adimplere potest?

8. [*WH. XVI, 4*]. Haec autem, quae dicta sunt de sensus emissione, similiter et adversus eos, qui a Basilide sunt, aptata sunt: et adversus reliquos Gnosticos, a quibus et hi initia emissionum accipientes, convicti sunt in primo libro.(4) Sed quoniam quidem reprobabilis et impossibilis

(1) I. e. Aeones omnes apparebunt esse corpora inclusa. MASS.

(2) Constructio κατὰ σύνεσιν more Graecorum: ἤ τὸ πάν ἔσω αὐτοῦ, πάντες ὁμοίως etc., cfr. finem periodi seqq.

(3) Pro *ubique* sicut et alias.

(4) Capp. XXIX-XXX praesertim

prima Noos, ⟨id est sensus⟩, ipsorum emissio est, manifeste ostendimus. Videamus autem et de reliquis. Ab hoc enim Logon et Zoen fabricatores huius Pleromatis dicunt emissos, et Logi, ⟨id est Verbi⟩, quidem emissionem ab hominum affectione accipientes, et addivinantes(1) adversus Deum, quasi aliquid magnum adinvenientes in eo quod dicunt, a Nu esse emissum Logon: quod quidem omnes videlicet sciunt, quoniam in hominibus quidem consequenter dicatur; in eo autem qui sit super omnes Deus, totus Nus et totus Logos quum sit, quemadmodum praediximus, et nec aliud antiquius, nec posterius, aut aliud alterius (2) habente in se, sed toto aequali et simili et uno perseverante, iam non talis huius ordinationis sequetur emissio. Quemadmodum qui dicit eum totum visionem, et totum auditum, (in quo autem videt, in ipso et audit, et in quo audit, in ipso et videt), non peccat: sic et qui ait, totum illum sensum et totum verbum, et in quo sensus est, in hoc et verbum esse, et verbum esse eius hunc (3) Nun, minus quidem adhuc de Patre omnium sentiet; decentiora autem magis quam hi, qui generationem prolativi hominum verbi transferunt in Dei aeternum Verbum, et prolationis initium donantes et genesin, quemadmodum et suo verbo. Et in quo distabit Dei Verbum,(4) imo magis ipse Deus quum sit Verbum, a

sub fin. Hi enim omnes Noun Ennoiā posteriorem faciunt.

(1) Παραμαντευόμενοι = temere in Deum coniicientes.

(2) ἢ ἄλλο τι ἑτέρου = nihil diversum in se habens, sed, ut antea dixit, totus sibi similis.

(3) αὐτὸν τὸν Νοῦν = ipsum Noun.

(4) Si bene attendas finem ad quem haec habet Iren. ut nempe emissionem Verbi a Mente quam haeretici asserebant omnino evertat, adhibita illa consideratione qua Verbum et Mens et alia omnia in Deo unum idemque sint, bene habebis nullam esse rationem qua Ir. ad Verbum ut distinctam personam transitum faciat. Verum tanta firmitate catholicus is sensus in Ir. excellit ut hic, etsi per transennam, hanc ipsam doctrinam attingat: hinc comparatio emissionis verbi humani et divini, prolatitium (προφορικός) illud, aeternum hoc, a cuius processione oportet

verbo hominum, si eamdem habuerit ordinationem et emissionem generationis?

9. [5]. Peccaverunt autem et circa Zoen, dicentes eam sexto loco emissam, quam oportebat omnibus praeponere, quoniam Deus vita est, et incorruptela, et veritas. Et non secundum descensionem ea quae sunt talia acceperunt emissiones;(1) sed earum virtutum quae semper sunt cum Deo appellationes sunt, quemadmodum possibile est et dignum hominibus audire et dicere de Deo. Appellationi enim Dei coobaudientur(2) sensus, et verbum, et vita, et incorruptela, et veritas, et sapientia, et bonitas, et omnia talia. Et neque sensum vita antiquiorem aliquis potest dicere: ipse enim sensus vita est; nec vitam posteriorem a sensu, uti non fiat aliquando sine vita is qui est omnium sensus, id est Deus. Si autem dixerint, in Patre quidem fuisse vitam, sexto autem loco prolatam, ut vivat Verbum; multo ante eam quidem oportebat quarto loco emitti, ut vivat Nus, et adhuc etiam ante hunc cum Bytho, ut vivat Bythus ipsorum: cum Propatore enim ipsorum annumerare quidem Sigen, et hanc coniugem ei donare, non connumerare autem Zoen, quomodo non super omnem est insipientiam?

10. [*WH. XVII, 1*]. ⟨QUID EST EMISSIO⟩(3) ET QUONIAM HAE, QUAE AB HIS DICUNTUR EMISSIONES, HOMINIBUS CONGRUANT MAGIS QUAM DEO. De ea autem quae est ex his secunda

excludere quodcumque initium et genesim, immo et separationem a Deo (nam θεὸς ἦν ὁ λόγος, IOAN. I, 1) innuat. Caeterum consubstantialitas et personalis distinctio Patris et Verbi diserte et profunde decursu operis affirmabitur. Interim cfr. *Proleg.* p. 52 et ll. ibi citt.

(1) I. e. vita, incorruptela, veritas et alia huiusmodi non per ordinem descendentem generationum dicuntur, sed etc. — *ea* pro *et* ex Vat. reposui.

(2) Simul cum Dei nomine subaudientur seu simul intelligentur etc. Προσηγορίᾳ γὰρ τοῦ θεοῦ συνηκούσουσι: hinc dativus « Appellationi » qui latine per abl. reddendus erat.

(3) Cfr. p. 354 not. 2, Mss. c. 18.

emissione (1) Hominis et Ecclesiae, ipsi patres eorum falso cognominati Gnostici, pugnant adversus invicem, sua propria vindicantes, et malos fures semetipsos convincentes, aptabile esse magis emissioni dicentes, uti verisimile, ex Homine Verbum, sed non ex Verbo Hominem emissum: (2) et esse Hominem Verbo anteriorem, et hunc esse qui est super omnia Deus. Et usque hoc quidem, quemadmodum praediximus, omnes hominum affectiones, et motiones mentis, et generationes intentionum, et emissiones verborum coniicientes verisimiliter, non verisimiliter (3) mentiti sunt adversus Deum. Ea enim quae accidunt hominibus, et quaecumque patientes ipsi recognoscunt, ad divinam rationem adducentes, apta dicere videntur apud eos qui ignorant Deum, et per humanas has passiones transducentes eorum sensum, genesin et probolen quinto loco Verbo Dei enarrantes, mirabilia mysteria et inenarrabilia et alta, a nullo alio cognita dicunt se docere, de quibus et dixerit Dominus: « Quae« rite et invenietis », (4) ut quaerant scilicet, qui de Bytho, et Sige, Nus et Alethia processerunt: si sunt ex eis rursus Logos et Zoe; dehinc ex Logo et Zoe, Anthropos et Ecclesia.

CAP. XIV, 1. [*IVH. XVIII*]. ⟨DE SPECIEBUS⟩(5) QUOMODO ETHNICI VERISIMILIUS DE UNIVERSORUM GENERATIONE

(1) Homo et Ecclesia sunt quidem directe a Logo et Zoe, sed secundo loco post emissionem Nous et Aletheia [HARVEY].

(2) Cfr. I, XII, 3 sub init. (p. 168) collat. cum § 4 fin. et XXX, 1.

(3) πιθανῶς... ἀπιθάνως ut I, praef. 1; cfr. infra p. 370, not. 3.

(4) MATTH. VII, 7. Cfr. V, 3; XVIII, 6. *Qui* proximum non ut elegans qui (adverb. pro *qua ratione*) a rude interprete ponitur sed ut servilis redditio graeci ὅποι ἐκ Βυθῷ etc.: quod latine efferendum erat « annon ex Bytho et Sige pro« cesserint Nous et Alethia ».

(5) Hoc quoque procul dubio glossema est quod hic male irrepserit. Ea nempe manus quae supra ad marginem adnotaverat « quid est emissio » infra ad XVII, 9 in marginem extulit verba « de « speciebus » (subaudi *emissionum*, cfr. XVII, 2) quae ibidem leguntur. Id postea cum praesente inscriptione coaluit.

RESPONDERUNT ET GRATIUS: ET QUOMODO AB IPSIS QUI SUNT A VALENTINO INITIA SUMPSERUNT, EIUSQUE SUNT SECUNDUM EOS REGULAE. (1) 1. Multo verisimilius et gratius de universorum genesi dixit unus de veteribus comicis Antiphanes (2)

(1) Hoc capite Irenaeus ea exquirit quae apud ethnicos poëtas et philosophos Gnosticorum commentis propius accedant. Imitatur v. g. Herodotum qui ad metempsychosim expugnandam putat sufficere eam doctrinam ab Aegyptiis desumptam esse [II, 81, 123]. Haec pauca vero videntur longioribus dissertationibus HIPPOLYTI (*Philosoph.*) occasionem praebuisse, eadem fere ratione qua brevis illa § 16–17 *Orat. adv. Graec.* TATIANI in *Irrisionem philosophorum* HERMIAE transiit. Si fontes unde Iren. haec hausit exquiras, eadem fere ratione ethnicorum doctrinae afferuntur (absque tamen ulla relatione cum gnosticismo) apud *Cohort. ad Graec.* 2–7, et *De Monarch.* 15 seq., quae IUSTIN. nomine efferuntur, et apud praefatum HERMIAE opus (§ 3 deinc.); tantum summa lineamenta praebent *Apol.* IUSTIN. (54 sq.) op. cit. Tatiani, ATHENAG. *Leg.* 4, THEOPH. *Autol.* II, 3, 5, 10, quorum tamen alter longe diversum fovet animum ac Noster, cui e contra Theophilus non solum sententiam iudicii sed et verba suggessisse videtur. (Cfr. v. g. § 7–8 cum *Autol.* II, 12–13). Sed praeter haec Ir. usus est fontibus ipsis Gentilium scriptorum, ut *Doxographis*, scriptis SIMPLICII et ARISTOTELIS qui v. g. *Met.* I, 3–14 catalogum harum opinionum texit: non tamen, ut plurimum, operibus ipsis auctorum quos affert. Quae ex his fontibus propius indicari potuerunt textui subneximus: ampliorem investigationem, ad regulas critices tum externae quum internae cupientibus, libenter innuimus GOMPERZ *Griech. Denk.* 1898; vel DIÈS, *Evolution de la théologie dans la phil. grecque jusqu'à Socrate* (*Rev. hist. litt. relig.* 1906, 1–3); CAIRD, *The evolution of Theology in the greek Philosophers* (Londini, 1904, 2 voll.). Porro quod spectat rem Irenaeo praepositam, fatendum est antiquissimas orphicas cosmogonias in vulgaribus ophitarum etc. fabulis late superstites esse, sicut multa expolitus Valentini gnosticismus scholae platonicae debet.

(2) Vixit hic Ἀντιφάνης Στεφάνου Ἀθηναῖος circ. a. 388–311: comoedias ultra 250 scripsit ita ut foecundissimus omnium comicorum ac simul gratia sermonis χαριεὶς ac ὁ ἡδὺς audiret. Ex his tantum 119 tituli ac nonnulla anonyma fragmenta Athenaeus et Stobaeus servarunt quae apud KOCH, II, XII, legi possunt. Nulla tamen *Theogonia* in his affertur titulis, sed qui propius accedit Ἀφροδίτης γοναί legitur; hinc est ut quae enarrat Iren. unici fontis vim habeant. (Cfr. MEINEKE, *Hist. crit.* III, 3; vel PAULY-WISSOWA, *Real-*

in Theogonia. Ille enim de nocte et silentio Chaos emissum dicit, dehinc de Chao et nocte Cupidinem, et ex hoc lumen, dehinc reliquam secundum eum primam deorum genesin. Post quos rursus secundam deorum generationem inducit, et mundi fabricationem;(1) dehinc de secundis diis narrat hominum plasmationem.(2) Unde ipsi assumentes sibi fabulam, quasi naturali disputatione commenti sunt, solummodo demutantes eorum nomina, idipsum autem universorum generationis initium et emissionem ostendentes; pro nocte et silentio, Bythum et Sigen nominantes; pro Chao autem, Nun; et pro Cupidine (« per quem », ait Comicus, « reliqua omnia disposita »),(3) hi Verbum attraxerunt;

enc. d. klass. AW. I, 2518 et Suppl. p. 93). Attende quoque EPIPHANIUM, ad haec, Antiphanem istum ignorasse pro quo Hesiodi versus affert [*Haer.* 31, 2]. Argumentum ab Iren. traditum cum placitis primaevae (orphicae?) cosmogoniae graecae, qualis v. g. ab HESIODO [?] *Theog.* 116 sqq., ab ARISTOPH. Ὄρνιθοι, 693 sq., a DAMASCIO (*De princ.* I, 18) aliisque effertur, non parum consonat [DIÈS, p. 4 sqq.]. Cfr. v. g. descriptio Hesiodi iuxta quam initio rerum Χάος fuit, dein Γαῖα εὐρύστερνος, dein Ἔρως...: ex Chao autem *Erebos* et nigra *Nyx* gignuntur: qui per Ἔρως generant Aither et *Hemera*; Gaia (seu terra) ex Ero Ouranon procreat: absque Ero, montes et oceanum; ex Ourano Kronos et Rhea ex quo Zeus omnesque secundae genesis dei. Cfr. ARISTOT. *Metaph.* Α, 3.

(1) Liquet ex praec. nota qui primae genesis dii dicantur, qui secundae; quae distinctio postea partim transit in vulgatam illam « dei minorum » et « dei maiorum « gentium » qui postremi, ut infra dicetur, duodecim Aeonum imagines a quibusdam Gnosticis habebantur. Priorem quoque distinctionem Plato in idealem et philosophicam commutavit fingens in plenitudine divinae intelligentiae ἰδέας, extra illam δαιμόνια, v. g. anima mundi, solis, planetarum etc. quae θεοὶ θεῶν vocat, a quibus per imitationem superiorum (cfr. *Timaeum*, 41) caetera creata sunt.

(2) In primis orphicorum theogoniis homo deus est quidam inferior (ex cineribus Titanorum exortus) in terram delapsus atque terrenis faecibus involutus: ab his liberari debet ut deus absconditus in lucem prodat: hinc mysteriorum origo. [FOUCART, *Rech. sur l'orig. d. myst. Eleus.* Paris, 1895, p. 63 sqq.].

(3) Alius comicus ARISTOPHANES, loc. cit., fere eadem his versibus tradit:

et pro primis ac maximis diis, Aeonas formaverunt; et pro secundis diis, eam, quae est extra Pleroma, matris ipsorum enarrant dispositionem, secundam Ogdoadem vocantes eam; ex qua mundi fabricationem, et plasmationem hominum similiter atque ille annunciant, inenarrabilia et incognita mysteria solos se dicentes scire: quae ubique in theatris ab hypocritis splendidissimis vocibus comoedizantur, transferentes in suum argumentum, immo vero eisdem argumentis docentes, tantum immutantes nomina.

2. Et non solum quae apud comicos posita sunt arguuntur quasi propria proferentes; sed etiam quae apud omnes, qui Deum ignorant, et qui dicuntur philosophi,(1) sunt dicta, haec congregant et quasi centonem ex multis et pessimis panniculis consarcientes, finctum superficium(2) subtili eloquio sibi ipsis praeparaverunt: novam quidem introducentes doctrinam, propterea quod nunc nova arte substituta sit: veterem autem et inutilem, quoniam quidem de veteribus dogmatibus ignorantiam et irreligiositatem olentibus, haec eadem subsuta sunt. Thales quidem Milesius(3)

Πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανά-[των, πρίν
Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα.... Hinc ARISTOT. *Met.* **A**, 4: Ὡς δέον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τίν' αἰτία ἥτις κινήσει καὶ συνάξει τὰ πράγματα, et Pherecydes ap. PROCL. (*Ad Tim.* p. 368) docet Iovem quoque, ut creet, sese in Ἔρωτα transfigurare quia concordia et unitas omnibus praebenda erat.

(1) Haec sine amaro animo dicta non videntur. Cfr. § 7.

(2) Ἐπιβολή, etiam a TERTULL. (*Cult. femin.* II, 13) *superficiem* redditur. Caeterum noveris in domibus Pompeianis nonnunquam occurrere figurationes *sannionis* praefato centone induti; ad vetustissimam hanc personam praesens Iren. textum adludere putaverim. [Cfr. etiam FICORONI, *Le maschere sceniche d. ant. Rom.* 1736, tab. XI].

(3) Respexisse videtur IUSTIN. *Cohort.* § 3 et 5, qui omnino exscribit ARISTOT. *Metaph.* **A**, 3: πλῆθος καὶ τὸ εἶδος τῆς τοιαύτης ἀρχῆς.... Θαλῆς μὲν.... ὕδωρ εἶναί φησιν etc. [nec deest allusio ad Homericum versum de quo Iustinus]. GALENUS (in HIPPOC. *De hum.* I, 1) sane se referre ait ex opere THALETIS Περὶ ἀρχῆς fragmentum huic argumento consimile: τὰ μεν οὖν πολυθρύλητα τέτταρα, ὧν τὸ πρῶτον ὕδωρ εἶναί φαμεν,

universorum generationem et initium aquam dixit esse. Idem autem est dicere aquam et Bythum. Homerus autem poeta (1) Oceanum deorum genesin, et matrem Thetin dogmatizavit: quae quidem hi in Bythum et Sigen transtulerunt. Anaximander (2) autem hoc quod immensum est omnium initium subiecit, seminaliter habens in semetipso omnium genesin, ex quo immensos mundos constare ait: et hoc autem in Bythum et in Aeonas ipsorum transfiguraverunt. Anaxagoras (3) autem, qui et « atheus » cognobetur.

καὶ ὡσανεὶ μόνον στοιχεῖον τίθεμεν, πρὸς σύγκρισίν τε καὶ πῆγνυσιν καὶ σύστασιν τῶν ἐγκοσμίων πρὸς ἄλληλα συγκεράννυται, κτλ. Cfr. DIELS, *Fragm. d. Vorsokratiker*, 1904, p. 14. De Thalete generatim cfr. ZELLER, *Phil. Griech.* I, 16 sqq.

(1) *Iliad.* Ξ, 201 (cfr. ARIST. l. c.): Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν. IUSTIN. vero (l. c.) Thaletem attulisse dicit alium versum eiusdem libri, scl. Ξ, 256: Ὠκεανός ὥσπερ γένος πάντεσσι [τετύκται.

(2) Eadem de Anaximandro proferunt DIOG. LAERT. II, 1–2; SIMPLICIUS (*Phys.* 24, 13); ARIST. *Phys.* I, 4; PLUT. *Strom.* 2, qui postremus propius ad verba Iren. accedit: Ἀναξίμ..... τὸ ἄπειρον φάναι τὴν πᾶσαν αἰτίαν ἔχειν τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως.... ἐξ οὗ δή φησι τούς τε οὐρανοὺς ἀποκεκρίσθαι καὶ καθόλου τοὺς ἅπαντας ἀπείρους ὄντας κόσμους. Cfr. de eo ZELLER, ibid. p. 196 sqq.; LUETZE, *Ueb. Anaximander's* ἄπειρον, Lips. 1878; NEUHAEUSER, *Anaximander Milesius*, Bonn, 1883.

(3) His verbis res a nullo perhibetur. Anaxagoram quidem dixisse corpora composita ex atomis (σπέρματα primum; nonnisi post Aristot. ὁμοιομερῆ) et quidem ex atomis paucorum elementorum, fere omnes historici testes sunt. Cfr. fragm. illius ap. DIELS, o. c. pp. 326–329; SIMPL. *Phys.* XXVII, 2; LUCRET. *Rer. nat.* I, 830 sqq. et maxime ARISTOT. *Methaph.* I, 3 qui talia elementa aether et ignem dicit ab eo doceri. Τὰ γὰρ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα αἰθέρα δὲ καὶ πῦρ μείγματα τούτων καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων.... διὸ καὶ γίγνεσθαι πάντ' ἐκ τούτων. Attamen recte *e caelo decidentibus* ab Iren. addi patet ex his quae servat AET. *De plac. philosoph.* (int. opp. PLUTARC.), V, 19, 23: Οἱ περὶ Ἐπίκουρον... ἐκ μεταβολῆς τῆς ἀλλήλων γεννᾶσθαι τὰ ζῶια· μέρη γὰρ εἶναι τοῦ κόσμου ταῦτα, ὡς καὶ Ἀναξάγορας καὶ Εὐριπίδης·

Γαῖα μεγίστη καὶ Διός Αἰθήρ,
ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ
ἡ δ' ὑγροβόλους σταγόνας νοτίας
παραδεξαμένη, τίκτει θνητοῦς,
τίκτει δὲ βορὰν φῦλά τε θηρῶν
. . . .
χωρεῖ δ' ὀπίσω

minatus est, dogmatizavit facta animalia decidentibus e caelo in terram seminibus: quod et hi ipsi in Matris suae transtulerunt semina, et esse hoc semen seipsos: statim confitentes apud eos, qui sensum habent, et ipsos esse quae sunt Anaxagorae irreligiosi semina.

3. Umbram autem et vacuum ipsorum a Democrito et Epicuro sumentes (1) sibimetipsis aptaverunt, quum illi primum multum sermonem confecerint de vacuo et de atomis, quorum alterum quidem quid esse vocaverunt, alterum

τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντ' εἰς γαῖαν
τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς
εἰς οὐράνιον πάλιν ἦλθε πόλον.
κτλ. — Alia de Anaxagora cfr. ap. ZELLER, o. c. 968 sqq.

(1) Hoc Democriti fragm. GALENUS haud semel refert (*De medic. empir.*, ed. SCHÖNE (1901), 1259; cfr. *De elem. sec. Hippoc.* I, 2): νόμωι γὰρ χροιή, νόμωι γλυκύ, νόμωι πικρόν, ἐτεῆι δ' ἄτομα καὶ κένον, i. e. « Opinione color, opinione dulce, opinione amarum: veritate tantum atomi et vacuum ». Igitur oppositio reapse inter *atomos* et *vacuum* fit tamquam de duabus realitatibus (cfr. al. fragm. ap. PLUT. *Adv. Colot.* 4: μὴ μᾶλλον τὸ δὲν ἢ τὸ μηδὲν εἶναι); quo praenotato apparet diligentia Iren. longe prae ceteris scriptoribus qui de Democrito sermonem fecerunt, servato quidem *vacuo*, pro atomis vel δέν vel ὄν aut ναστός prout ARIST. (Περὶ Δημ. fragm. 208 ap. Rose) vel πλῆρες ut SIMPLIC. (*Phys.* XXVIII, 15), HIPPOL. *Philos.* I, 13, et HERM. (*Irris.* 13) inductis. Hinc Iren. potius correxit quam exscripsit quae apud Simplic. leguntur his simillima; Δ. ἀρχὰς ἔθετο τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν, ὧν τὸ μὲν ὄν τὸ δὲ μὴ ὄν ἐκάλει. De Epicuro autem verum est in hac re quod CICERO de eodem docet: « quid est in physicis Epicuri « non a Democrito? nam etsi quae« dam commutavit ut quod paullo « ante de inclinatione atomorum « dixi, tamen pleraque dicit eadem « atomos, inane, imagines,... om« nia fere quibus naturae ratio « continetur »; *Nat. deor.* I, 26. Hinc plures alii de utroque simul sermonem miscent, ut v. g. DIONYS. (ap. EUSEB. *Praep. evang.* XIV, 23); AET. (I, 3); DIOGEN. fr. 80; PLUT. (*Adv. Colot.* 3); SEXT. (*Math.* IX, 363) etc. Caeterum cfr. sis EPICUR. *Ep.* I, 55, ed. Usener, pp. 15, 378 etc. Huiusmodi vero theorias ante Democritum Leucippo esse adscribendas, inter eruditos constat. Hinc *primum* illud Iren. corrigendum est. Cfr. DIELS (*Verh.* d. 35. *Philologenvers. zu Stettin*, 1887). De Democrito cfr. GOMPERZ, o. c. 254, 454; ZELLER, 847; DYROFF, *Demokritstudien*, Lipsiae, 1899.

vero, hoc quod non est, appellaverunt: quemadmodum et hi esse quidem illa, quae sunt intra Pleroma, vocant, quemadmodum illi atomos; non esse autem haec, quae sunt extra Pleroma, quemadmodum illi vacuum. Semetipsos ergo in hoc mundo, quum sint extra Pleroma, in locum qui non est deputaverunt! Quod autem dicunt imagines esse haec eorum quae sunt, rursus manifestissime Democriti et Platonis sententiam edisserunt. Democritus (1) enim primus ait, multas et varias ab universitate figuras expressas descendisse in hunc mundum. Plato (2) vero rursus

(1) Cfr. quoque CLEM. *Strom.* V, 88: Δημ. δέ.... τὰ αὐτὰ πεποίηκεν εἴδωλα τοῖς ἀνθρώποις προσπίπτοντα καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώιοις ἀπὸ τῆς θείας οὐσίας. Sed uterque Democriti mentem minime est assequutus. Inter hunc fere et illos media est CICERONIS (*Nat. deor.* I, 12) enarratio: « Democritus, qui tum imagines eorumque circumitus in deorum numerum refert, tum illam naturam quae imagines fundat et mittat, tum scientiam intelligentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur? », et § 43: « D. censet imagines divinitate praeditas inesse in universitate rerum: tum principia mentis, quae sunt in eodem universo, deos esse dicit, tum animantes imagines quae vel prodesse nobis soleant vel nocere, tum ingentes quasdam imagines tantasque ut universum mundum complectantur extrinsecus ». Sed imagines istae non sunt quas de divinis res creatae imitentur, verum potius e contrario quae ex creatis expressae divinitatis opinionem in hominum mentibus ingerant. Opinabatur enim philosophus unamquamque rem a se innumera sui εἴδωλα secernere, veluti pelliculas quasdam, quae in aëra diffusa, ab hominibus per poros omnes, nedum per sensus, absorptae, notionem inferrent rei ipsius quae eas (ut habet Cicero) funderet et mitteret. [Cfr. PLUT. *Quaest. conviv.* VIII, 10]. Huic emissioni res omnes aptae sunt, in primis vero δαίμονες, seu complexus atomorum ingentes [μεγάλα τε καὶ ὑπερμεγέθη], longaevi sed mortales, qui aëra complent, quorum imagines separatae ea ratione qua dictum est, homines in opinionem deorum inducerent. [Cfr. SEXT. EMP. *Adv. Math.* IX, 19, ubi quaedam ipsius Democr. verba refert, et IO. COTRONES, *Hermipp.* 122 apud DIELS, o. c. p. 383 et 435]. — Lege quoque TATIAN. op. c. 17.

(2) Falsa haec notio systematis Platonici Irenaei tempore fere communis in scholis erat. Cfr. et. APULEIUM, *De doctr. Plat.* I: « Initio

materiam dicit, et exemplum, et Deum. Quos isti sequentes, figuras illius et exemplum imagines eorum quae sunt sursum, vocaverunt, per demutationem nominis semetipsos inventores et factores huiusmodi imaginariae fictionis gloriantes.

4. Et hoc autem quod ex subiecta materia dicunt fabricatorem fecisse mundum, et Anaxagoras,(1) et Empedocles,(2) et Plato(3) primi ante hos dixerunt; ut videlicet

« rerum tria arbitrabatur Plato, « Deum et materiam rerumque for« mas quas ἰδέας vocat. »; AET. *De plac.* I, 10; IUSTIN. *Cohort.* 6: Πλάτωνος τρεῖς ἀρχὰς τοῦ παντὸς εἶναι λέγοντος, Θεὸν καὶ ὕλην καὶ εἶδος. Irenaeum vero scripsisse ὕλην, καὶ παράδειγμα, καὶ θεὸν patet ex HIPP. *Philosoph.* I, 16, qui illum exscribit.

(1) Opus ANAXAGORAE Περὶ φύσεως hac descriptione subiectae ac primaevae materiae initium agebat: Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότερα... καὶ πάντων ὁμοῦ ἐόντων οὐδὲν ἔνδηλον ἦν ὑπὸ σμικρότητος· πάντα γὰρ ἀήρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχεν, ἀμφότερα ἄπειρα ἐόντα· ταῦτα γὰρ μέγιστα ἔνεστιν ἐν τοῖς σύμπασι καὶ πλήθει καὶ μεγέθει (ap. SIMPL. *Phys.* 155). Opus mentis creatricis (Νοῦς) est praecise universa haec confusa discernere, quod obtinet per diversus motionis impulsus quibus illa exagitat. Id paucis contrahit HIPPOL. I, 8: ὄντων πάντων ὁμοῦ, νοῦς ἐπελθὼν διεκόσμησεν. Cfr. AET. I, 7; CIC. *Acad.* II, 37 etc.

(2) Empedocles quattuor elementa ab origine fingit in spherae plenitudine disposita: ignis, aqua, terra, aer: extrinsecus his est vis centripeta seu lucta (Νεῖκος) quae ad dispersionem illa adigit; in centro vero sedet amor seu φιλότης quae eadem repellit in primaevam perfectionem et unitatem spherae. Ex his cuncta disposita. Cfr. haec fragmenta ex illius carmine Περὶ φύσεως:

πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ ἠέρος [ἄπλετον ὕψος
Νεῖκος τ' οὐλομένη δίχα τῶν, ἀτά- [λαντον ἁπάντῃ,
καὶ Φιλότης ἐν τοῖσιν, ἴση μῆκός [τε πλάτος τε·
. . . .
Ἔνθ' οὔτ' Ἠελίοιο διείδεται ὠκέα [γυῖα
οὐδὲ μὲν οὐδ' αἴης λάσιον μένος [οὐδὲ θάλασσα
Σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιη- [γέι γαίων

etc. Cfr. de eo plura ap. GOMPERZ, o. c. 183, 446; ZELLER, 587.

(3) Cfr. sup. p. 364, not. 2 et HIPPOL. *Philos.* I, 16: « materiam vero, « universam subiectam, quam et « receptaculum vocat et nutricem, « ex qua digesta provenisse qua« tuor elementa. ... Materiam esse « principio eamque aequaevam » et max. IUST. *Apol.* II, 7 sqq.

datur intelligi, et ipsi a Matre sua inspirati. Quod autem ex necessitate unumquodque in illa secedit, ex quibus et factum esse dicunt; et huius necessitatis servum esse Deum, ita ut non possit mortali immortalitatem addere, vel corruptibili incorruptelam donare, sed secedere unumquemque in similem naturae suae substantiam, et hi qui ex porticu Stoici [1] appellantur, et universi quotquot Deum ignorant, poëtae et conscriptores affirmant. Qui eamdem habentes infidelitatem, spiritalibus quidem suam regionem attribuerunt, eam quae est intra Pleroma: animalibus autem medietatis: corporalibus autem, quod choicum: [2] et praeter haec nihil posse Deum, sed unumquemque praedictorum ad ea, quae sunt eiusdem substantiae, secedere affirmant.

5. Quod autem Salvatorem ex omnibus factum esse Aeonibus dicant, omnibus in eum deponentibus velut florem suum, non extra Hesiodi Pandoram [3] novum aliquid afferunt. Quae enim ille ait de illa, haec hi de Salvatore insinuant, Pandoron introducentes eum, quasi unusquisque Aeonum, quod haberet optimum, donaverit ei. Ipsam autem eduliorum et reliquarum operationum indifferentem sententiam, [4] et quod putent a nemine in totum posse coinquinari propter generositatem, [5] licet quodcumque manducent vel operentur, a Cynicis [6] possederunt, quum sint cum

(1) Cfr. SENECA, *De provid.* V. Sed Stoicis longe anteriorem esse hanc sententiam nemo dubitare potest. Mythus enim Ἀδράστου apud vetustissimos Orphicos quoque reperitur; Homeri sententiam Iren. ipse attulit. Caeterum haec de fato doctrina corollarium est necessarium pantheismi.

(2) De his nihil alibi reperire potui. Quamdam classificationem entium iuxta diversitatem spirituum (πνοή, ψυχή, ἕξις) Stoicos docuisse certum est, sed qualis ab Iren. traditur, nullibi alias docetur.

(3) Primam hanc mulierem poeta dicit fuisse quam singuli dii suis donis cumularunt. Cfr. *Theog.* 521, vel *Op. et dies*, 48; infr. XXI, 2.

(4) Cfr. I, VI, 3, p. 117, not. 3.

(5) Cfr. I, VI, 4, p. 119-120, n. 1.

(6) Huius doctrinae prima semina iam apud HERACLYT. perhibentur. Cfr. fr. 12: Τῷ μὲν θεῷ καλὰ πάντα καὶ ἀγαθά· ἄνθρωποι δὲ ἃ μὲν ἄδικα ἃ δὲ δικαιὰ ἔφασαν

eis eiusdem testamenti.(1) Et minutiloquium, et subtilitatem circa quaestiones, quum sit Aristotelicum,(2) inferre fidei conantur.

6. [*WH. XVIII, 5*]. Quod autem velint in numeros transferre universum hoc, a Pythagoricis acceperunt. Primum enim hi initium omnium numeros substituerunt, et initium ipsorum parem et imparem,(3) ex quibus et ea quae sensibilia et insensata(4) sunt, subiecerunt. Et altera qui-

(ap. Diels). De Cynicis, cfr. Tat. *Adv. Graec.* 25.

(1) διαθήκης = sodalitii.

(2) Δοκιμότητα φράσεως Aristoteli obiicit pariter Iust. *Cohort.* Caeterum quam male notaretur Philosophus temporibus Irenaei, Hippol. haud semel testis est (*Philos.* I, xvii; VII, xv-xix); Nazianzenus verba Iren. imitatus de eo quaeritur «pravum eloquentiae artificium tamquam Aegyptiacas «plagas in Ecclesiam illatum».

(3) Pythagoreos omnia in numeros deduxisse omnes testantur qui de illis loquuti sunt. Cfr. in primis Arist. *Metaph.* A, 5, 8; *Phys.* Γ, 4, *De anim.* A, 2, 5 etc.; Aetius, I, 3 ; II, 29; Stobaeus, I, 6. Quae Ir. refert conferri possunt cum his ex Aristot. *Metaph.* A, 5 desumptis: φαίνονται δὴ καὶ οὗτοι τὸν ἀριθμὸν νομίζοντες ἀρχὴν εἶναι καὶ ὡς ὕλην τοῖς οὖσι... τοῦ δὲ ἀριθμοῦ στοιχεῖα τὸ δε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν. Id respondet his quae Philolaos, praecipuus ex hoc grege, in fragm. Περὶ φύσεως apud Stobaeum, *Ecl.* I, 21, habet: πάντα γα μὰν τὰ γιγνωσκόμενα ἀριθμὸν ἔχοντι οὐ γὰρ οἷόν τε οὐδὲν οὔτε νοηθῆμεν οὔτε γνωσθῆμεν ἄνευ τούτου· ὅ γα μὰν ἀριθμὸς ἔχει δύο μὲν ἴδια εἴδη περισσὸν καὶ ἄρτιον... ἑκατέρω δὲ τῶ εἴδεος πολλαὶ μορφαί, ἃς ἕκαστον αὐταυτὸ σημαίνει.

(4) Ad haec lucem affundunt quae Aetius, l. c., refert: Πυθάγορας [λέγει] ἀρχὰς τοὺς ἀριθμούς· πάλιν δὲ τὴν μόναδα καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα ἐν τοῖς ἀρχαῖς σπεύδει· δὲ αὐτῷ τῶν ἀρχῶν ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ποιητικὸν αἴτιον καὶ εἰδικόν, ὅπερ ἐστὶ νοῦς ὁ θεός· ἡ δὲ ἐπὶ τὸ παθητικόν τε καὶ ὑλικόν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ὁρατὸς κόσμος. Hinc eorum quae supra sensus sunt (Iren. *insensata*) origo et fons est unitas, symbolum vero ea quae separari non possunt, οὐ κεχωρίσμενα [*Metaph.* 6], i. e. impares numeri. Eorum autem quae sub sensibus et mensura cadunt, ea quae in aequas partes scindi possunt, i. e. pares numeri [Stob. I, pr. 6]. Ex quo etiam conficitur quod sequitur, altera esse initia substantiae intellectualis (substitutionis = ὑποστάσεως ?), altera vero sensibilis et materialis. Verum res obscura est quum nemo alius praeter Iren. talia retulerit.

dem substitutionis initia esse: altera autem sensationis et substantiae: ex quibus primis omnia perfecta dicunt, quemadmodum statuam de aeramento et de formatione.(1) Hoc autem hi iis qui sunt extra Pleroma aptaverunt. Sensationis autem initia dixerunt, in quem sensus intelligens est eius quod primum assumptum est, quaerit quoadusque defatigata ad unum et indivisibile concurrat.(2) Et esse omnium initium, et substantiam universae generationis Hen, ⟨id est Unum⟩: ex hoc autem Dyadem, et Tetradem, et Pentadem, et reliquorum multifariam generationem.(3) Haec

(1) Iam ex nota praecedenti vidimus oppositionem inter utrumque, ὁ νοῦς et ὁ ὁρατὸς κόσμος, ita perhiberi quasi primum τὸ ποιητικὸν καὶ εἰδικόν sit: i. e. activum et formale, alterum vero ut παθητικόν τὲ καὶ ὑλικόν videlicet passivum et materiale: hinc quamvis nullibi exstet, metaphora statuae tamquam ex aeramento (ὑλικόν) et ex formatione (εἰδικόν) reapse menti Pythagoricae congruit. — Caeterum cfr. ARISTOT. *Met.* **A**, 5: Ἐοίκασι δ᾽ ὡς ἐν ὕλης εἴδει τά στοιχεῖα τάττειν. ἐκ τούτων γὰρ ὡς ἐνυπαρχόντων συνεστάναι καὶ πέπλασθαι τὴν οὐσιαν.

(2) PHILOLAOS ap. STOB. I, pr. corol. 3, docet eam numeri vis esse et natura ut in cognitionem ducat cuiusque dubii et ignoti, quatenus nempe sensus non in aliquo sistat numero sed omnes, uno assumpto, causas numeri exquirat usque ad id quod primum et incorporeum est perveniat. Hinc nemini quid manifestum foret, nec intrinsecus neque extrinsecus, nisi numerus et numeri exstaret substantia, quam quidem ipse omnino in unitate sistit, quatenus nempe ἀρχὴ πάντων τὸ ἕν· En eius verba: Γνωμικὰ γάρ ἁ τῶ ἀριθμῶ καὶ ἡγεμονικὰ καὶ διδασκαλικὰ τῶ ἀπορουμένω παντός καὶ ἀγνοουμένω παντί· οὐ γὰρ ἦς δῆλον οὐδενὶ οὐδὲν τῶν πραγμάτων οὔτε αὐτῶν καθ᾽ αὑτά, οὔτε ἄλλω πρὸς ἄλλο εἰ· μὴ ἦς ἀριθμὸς καὶ ἁ τούτω οὐσία· νῦν δὲ οὗτος κατὰν ψυχὰν ἁρμόζων αἰσθήσει πάντα γνωστά καὶ ποτάγορα ἀλλάλοις κατὰ γνώμονος φύσιν ἀπεργάζεται σωμάτων καὶ σχίζων τοῦς λόγους ἑκάστους τῶν πραγμάτων τῶν τὲ ἀπείρων καὶ τῶν περαινόντων. — Hinc putaverim tenebras huius Irenaei loci discuti posse, hoc nempe sensu: Principium omnium eorum quae sub sensu cadunt illud unum seu indivisibile dicunt esse, in quod mens (διάνοια) veluti defatigata requiescit ad illud assurgens ab his quae primo intelligit. In his fortasse Ir. ζήτησιν *Sophiae*, I, II, 2, agnoscere vult.

(3) Cfr. auct. et locos quos attulimus p. 367, not. 3.

hi ad verbum de Plenitudine suorum et Bytho dicunt: unde etiam et eas quae sunt de uno, coniugationes annituntur introducere, quae Marcus [1] velut sua iactans, velut novius aliquid visus est praeter reliquos adinvenisse, Pythagorae quaternationem, velut genesin et matrem omnium enarrans.

7. [*6*]. Dicemus autem adversus eos: utrumne hi omnes qui praedicti sunt, cum quibus eadem dicentes arguimini, cognoverunt veritatem, aut non cognoverunt? Et si quidem cognoverunt, superflua est Salvatoris in hunc mundum descensio.[2] Ut quid enim descendebat? An numquid ut eam quae cognoscebatur veritas, in agnitionem adduceret his, qui cognoscunt eam, hominibus? Si autem non cognoverunt; quemadmodum eadem cum his, qui veritatem non cognoscebant, dicentes, solos vosmetipsos eam quae est super omnia cognitio habere gloriamini, quam etiam, qui ignorant Deum, habent? Secundum antiphrasin ergo, veritatis ignorantiam, agnitionem vocant: et bene Paulus ait: « vocum novitates... falsae agnitionis ».[3] Vere enim

(1) Iterum cfr. I, XV, 1 (p. 198, not. 1).

(2) Hic non tam adnotanda censeo quae Ir. de fine adventus Christi breviter innuit: opportunior in posterum locus ad ostendendum praeter finem hunc paedagogicum (qui unus afferendus rat ad hominem contra Gnosticos), finem quoque et in primis soteriologicum ab Ir. fateri; sed maxime attendas velim quod ferat Noster iudicium de universa ethnicorum sapientia: nullibi enim haec ut anticipatio et praeparatio christiani nominis ab Ir. habetur; quod v.g. Iustinus, Athenagoras, Clemens Alexand. etc. haud semel sibi assumunt. In his Noster omnino cum Tatiano, Hermia et praesertim Theophilo sentit, qui nonnisi fucatam et ementitam doctrinae speciem ad maximos errores detegendos ethnicis adscribunt. Cfr. THEOPH. *Autol.* II, 12. At id in *barbaris* mirum esse nequit.

(3) I *Tim.* VI, 20. καινοφωνίας Noster legit cum F. G. f. g. Vulg. Hilar. Lucif. Chrysost. (ap. Oecum. et Theophylact.): sed κενοφωνίας habent A, D, Steph. et fere omnes versiones, ut syrr., copt., aeth., praeter Clem. Alex. (qui immo addit [*Strom.* I] eapropter haereticos hanc epistolam respuere de quo vide et TERTULL. *Marc.* V fin.), Hippol., Orig. Antiquam italam quoque cum Iren. sentire patet ex TER-

falsa agnitio ipsorum inventa est. Si autem impudenter agentes super haec dicent, homines quidem non cognovisse veritatem, Matrem autem ipsorum, semen paternale, per tales homines, quemadmodum et per prophetas, enunciasse mysteria veritatis, ignorante Demiurgo: primo quidem non talia enarrant, quae sunt praedicta, ut non et a quolibet intelligantur:[1] etenim ipsi homines sciebant quae dicebant, et discipuli ipsorum, et horum successores. Post deinde, vel Mater vel semen, si cognoscebant et enarrabant ea quae erant veritatis, veritas autem Pater, Salvator ergo secundum eos erit mentitus, dicens: « Nemo cognovit Pa-« trem, nisi Filius ».[2] Si enim cognitus est vel a matre, vel a semine eius, solutum est illud, quod « Nemo cogno-« vit Patrem nisi Filius »; nisi si semen ipsorum, vel matrem « neminem » esse dicunt!

8. [7]. Et usque hoc quidem,[3] per humanas affectiones et per id, quod similia dicant multis ignorantibus Deum, verisimiliter[3] visi sunt abstrahere quosdam, attrahentes per ea quae assueti sunt, in eum qui est de omnibus sermonem,[4] Verbi Dei genesim exponentes, et [Veritatis et]

TULL. (*Praescr.* 16), AMBROSIAST. in comm.; AUGUST. *in Io.* XCVII etc. De argumentis internis pro καινοφωνίας cfr. commentatores in h. loc.

(1) Inspiratio per semen fit veluti inscio propheta, neque hi qui prophetiam audiebant intelligere poterant quae semen loquebatur (cfr. p. 125): non autem sic res se habet de his quae tales philosophi enarrabant. *Talia* graece est τοιαῦτα, quod etiam per adverbium *taliter*, seu *ita* reddi potest.

(2) MATTH. XI, 27, ad hominem: cfr. I, XX, 3 (pp. 232-233); II, VI, 1 etc.

(3) *Et usque hoc quidem*, graece καὶ ἔτι νῦν μὲν ab Ir. saepe adsumitur ad concludendam suam argumentationem veluti repetita re sibi proposita. Cfr. in praesenti re, superius c. XIII, 10 his fere gemina: utrimque autem argumentum et dictiones praefationis operis (pp. 71-72). Cfr. v. g. antithesim πιθανῶς – ἀπιθάνως; loquutionem biblicam *transducunt sensum* (*Sap.* IV, 12) etc.

(4) παντολογίαν Graeci saepe pro vana et insulsa sermocinatione accipiunt.

Vitae, adhuc etiam Sensûs, et Dei emissiones obstetricantes; quae autem ex his non verisimiliter et sine ostensione, omnia ex omnibus mentiti sunt.[1] Quemadmodum qui assuetas escas, et ut illiciant,[2] praemittunt, uti capiat aliquod animal, sensim blandientes eis per assueta pabula, quousque accipiant; sumentes autem ea captiva, alligant amarissime, et ducunt per vim abstrahentes quocumque ipsi voluerint: sic autem et hi paulatim mansueti dissuadentes[3] per pithanologiam assumere praedictam emissionem, inferunt neque congruentia, neque opinatas reliquarum emissionum species, ex Logo quidem et Zoe [decem] dicentes Aeonas emissos, de Anthropo autem et Ecclesia, duodecim: et horum nec ostensionem, nec testimonia, nec verisimilitudinem, nec in totum aliquid talium habentes, frustra autem et prout evenit, credi volunt, ex Logo et Zoe Aeonis exsistentibus emissum esse Bythium et Mixin, Insenescibilem et Unitionem, Naturalem et Delectamentum, Immobilem et Contemperamentum, Monogenem et Macarium. De Anthropo autem et Ecclesia similiter Aeonis exsistentibus emissum esse Paracletum et Pistin, Patricon et Elpida, Metricon et Agapen, Ainum et Synesin, Ecclesiasticum et Macarioteta, Theleton et Sophiam.[4]

9. Huius autem Sophiae passiones et errorem, et quemadmodum periclitata est perire propter inquisitionem Patris, quemadmodum dicunt,[5] et extra Pleroma operositatem,[6]

(1) Iuxta Harvey: ἃ δε τούτων ἀπεικότως (l. ἀπιθάνως) καὶ ἀναποδείκτως παντάπασιν ψεύδουσι.

(2) Magis evolvit argum. praef. I, 1 (p. 71) propositum: *et ut illiciant* gr. ἐπαγομένας.

(3) Locus, quidquid dicat Harvey, plane corruptus et feliciter a Massuet per « adsuetis his suaden- « tes » restitutum. *Pithanologia*, v. praef. I, 3 fin (p. 76).

(4) Cfr. I, I, 2. Singillatim haec nomina non refellit quum non ex Scripturis sed ex arbitrio sint.

(5) Cfr. I, II, 2 (p. 82).

(6) πραγματεία quae ita etiam infra redditur; alibi vero simpliciter *dispositio* (VIII, II, p. 130) vel *negotiatio* (III, I, p. 89). – Rem vero cfr. cap. IV sqq. (p. 96).

et ex quali labe mundi fabricatorem emissum docent,(1) in eo qui est ante hunc libro sententias haereticorum enarrantes, cum omni diligentia exposuimus: Christum autem,(2) quem postgenitum his omnibus emissum esse dicunt, et Sotera autem ex his qui in labe (3) facti sunt Aeonibus habuisse substantiam. Necessarie autem nunc nominum istorum meminimus, ut ex istis sit manifestum absurdum eorum mendacium, et confusio fictae nominationis.(4) Ipsi autem detrahunt Aeonibus suis huiusmodi appellationibus multis, ethnicis verisimilia et credibilia apponentibus nomina his qui vocantur duodecim dii ipsorum,(5) quos et ipsos imagines duodecim Aeonibus esse volunt; imaginibus multo decentiora, et magis potentia per etymologiam et intentionem divinitatis adducere, nomina habentibus.(6)

CAP. XV, 1. [*WH. XIX*]. QUAESTIO DE OMNI SPECIE EMISSIONIS, ET DE PLEROMATIS INCONSEQUENTIA. Revertamur autem nos ad praedictam emissionum quaestionem.(7)

(1) De his lege cap. v, 1 (p. 105 sqq.).

(2) Quem scl. *primum Christum* vocant (II, 1, p. 90) postrema cum Spiritu s. Aeonum genesi [cfr. I, 1, 5]. Male fortasse legit: ἐκτρώματι loco πληρώματι; *postgenitum* = ἀπόγονον [XII, 4, p. 169, not. 4].

(3) Cfr. vero, l. c. «et secundi «Christi quem et Sotera vocant «ex collatione composita fabrica-«tio» [I, 1, 6].

(4) Cfr. graec. IX, 2, p. 143.

(5) I. e. duodecim dii maiorum gentium seu Consentes quos ENNIUS fr. 45 his versibus enumerat:

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Dia-[na, Venus, Mars,
Mercurius, Iovis, Neptunus, Vul-[canus, Apollo.

Cfr. VARR. *De re rust.* I. 1, 4; LIV. *Hist.* XXII, 10, 9 et alia apud PRELLER, *Röm. Mythol.* I3, 66, sqq.; WISSOWA in ROSCHER'S *Mythol. Wörterb.* I, 922.

(6) Etymologia horum nominum ut apud eruditos constat vires ipsas naturae, ut lux, ignis, fruges, astra etc. inducit: hinc ad omnipotentiae conceptum propius accedere videntur. In *Menol. rust. Colot.* et *Vallen.* (*C. I. L.* VI, 2305, 2306), unicuique protectio unius ex XII mensibus adscribitur.

(7) His urget Gnosticos ut rationem reddant de emissionum causa [XV], imaginibus [XVI], na-

Et primo quidem dicant nobis causam huiusmodi emissionis Aeonum, ut (1) nihil tangant eorum quae sunt conditionis. Non enim illa (2) propter conditionem dicunt facta, sed conditionem propter illa: et non illa horum imagines, sed haec illorum esse dicunt. Quemadmodum igitur imaginum causam reddunt dicentes, mensem quidem triginta habere dies propter triginta Aeonas, et diem duodecim horas, et annum duodecim menses, propter duodecim Aeonas quae sunt intra Pleroma, et quaecumque alia delirant; nunc dicant nobis causam istam Aeonum emissionis, quid quia (3) facta est talis? Propter quid autem prima et archegonos omnium octonatio emissa est, et non quinio, vel trinitas, aut septenatio, aut aliquid eorum, quae in alterum numerum confiniuntur? Et quid quia ex Logo et Zoe decem emissi sunt Aeones, et non plures aut minus: et rursus ex Anthropo et Ecclesia duodecim, quum possent et haec aut plus aut minus fieri?

2. Universum quoque Pleroma, quid utique tripartitum est in octonationem, et decadem, et duodecadem: et non alterum quemdam praeter hos numerum? Et divisio autem ipsa quid utique in tres, et non in quatuor, vel quinque, vel sex, vel in alterum quemdam facta est numerum, nihil tangentes (4) eorum numerorum, qui sunt conditionis (antiquiora enim illa his dicunt, et oportet ea propriam habere rationem,

tura [XVII] in genere. Sequentibus capitibus vero singulas exagitabit.

(1) I. e. causam quaerant quae nulla ratione a creatis his pendat.

(2) I. e. emissiones, προβλήματα.

(3) Graece τί ὅτι: h. e. quamobrem, cur etc.

(4) I. e. non sint petiti (numeri) a rebus creatis. Vult enim Irenaeus, prout Gnostici rerum mundanarum numerum exagitantes, hunc ad aliorum, seu ad supernorum rationem accommodant, ita pariter numerum supernorum ad aliorum rationem accommodari: quod quidem nequeunt quum alia super Pleroma non habeant; neque ex his quae infra sunt, superna exponere liceat. — « Consentien« tes ad consonationem »: graece ὁμοδοξοῦντας εἰς συμφωνίαν: i. e. pariter exponentes concordem multiplicitatem.

eam quae est ante constitutionem, sed non eam quae est secundum constitutionem) consentientes ad consonationem?

3. Quam quidem nos de conditione enuntiantes, aptabilia dicimus (apta est enim haec rhythmizatio (1) his quae facta sunt) huic rhythmizationi: illos autem propriam causam de his quae anteriora sunt, et a semetipsis perfecta, non habentes enuntiare, in summam aporiam incidere necesse est. [*WH. XIX, 2*]. Quae enim nos de constitutione velut ignorantes interrogant, ipsi de Pleromate e contrario interrogati, vel humanas affectiones enarrabunt, vel in eum descendent sermonem, qui est erga consonantiam quae est in creatura, improprie respondentes de secundis, et non secundum eos de primis. (2) Non enim de ea quae est secundum creaturam consonantia, nec de humanis affectionibus interrogamus eos; sed quia utique Pleroma ipsorum, cuius imaginem creaturam esse dicunt, octiforme, et deciforme, et duodeciforme est, vane et improvide Pleroma eiusmodi figurae effecisse Patrem ipsorum fatebuntur, et deformitatem circumdabunt Patri, si irrationabiliter aliquid fecit. Aut rursus, si secundum providentiam Patris dicent sic emissum Pleroma propter creaturam, uti bene rhythmizati ipsam essentiam, (3) iam non propter se factum erit Pleroma, sed propter eam quae secundum similitudinem ipsius futura esset imago: (quem-

(1) I. e. multiplicitas enumerabilis, seu numerorum ordo. Enumerabiles dicere creatas res, placet, quum creatae sint omnes a mente intelligentissima, omnia disponente « in numero, pondere et mensura » (*Sap.* XI, 21): hinc et res numeris reguntur, et numeri rebus conveniunt. At, si numerorum ordo in supernis ponatur, iam exquirenda indicitur ratio numerorum, quae haberi nequit quum superna nec causam habeant, nec quid aliud ante se, sed sint in semetipsis perfecta.

(2) I. e. responsio erit impropria quia aptabitur rebus creatis, non supernis, quas et ipsi primas esse dicunt.

(3) Lectio corrupta ex mala interpretatione verborum « rhythmi- « zata ipsa esset, iam etc. », i. e. ut creatura bene ordinata ad numerorum rationem procederet etc.

admodum quae de luto est, non propter semetipsam figuratur statua; sed propter eam quae ex aeramento, vel auro, vel argento habet fieri) et honoratior creatura erit quam Pleroma, si propter illam illa emissa sunt.

CAP. XVI. [*WH. XX, 1*]. QUONIAM SI QUIS TRANSMOTUS FUERIT A DEMIURGO, IN MULTOS DEOS ET INFINITOS MUNDOS EXCIDERE EUM NECESSE EST.(1) 1. Si autem nulli eorum (2) assentire voluerint, quoniam convincentur a nobis, non habentes reddere causam talis emissionis Pleromatis ipsorum, cogentur concludi, uti confiteantur supra Pleroma alteram quamdam esse dispositionem magis spiritalem, et magis dominantem, secundum quam deformatum est Pleroma ipsorum. Si enim Demiurgus non a semetipso figurationem creaturae fabricavit talem, sed secundum illorum quae sursum erant figuram; Bythus ipsorum, qui utique huiusmodi figurationis perfecit esse Pleroma, vel a quo figuram eorum quae ante ipsum (3) facta sunt, accepit? Oportet enim vel in eo Deo qui fecerit mundum perseverare sententiam, quoniam sua potestate et a semetipso accepit exemplum mundi fabricationis: vel, si motus quis ab hoc fuerit, semper quaerendi necessitas erit, unde ei qui super eum est, figuratio eorum quae facta sunt, quis et numerus emissionum, et substantia ipsius exempli? [*WH. XX, 2*]. Si autem licuit Bytho a semetipso talem figurationem Pleromatis perficere; quid utique Demiurgo non licuit a semetipso mundum talem fecisse? Rursum igitur si illorum imago conditio est, quid prohibet illa eorum quae super ea sunt imagines esse di-

(1) Codd. hic inserunt inscriptionem sequentem (§ 4), praesenti ibidem amandata. Capita in illis sunt 22 et 21.

(2) I. e. neque ad hoc quod Pater vane et improvide Pleroma fecerit, neque ad hoc quod illud finxerit ut imago esset futurarum creatarum rerum. — Utrumque enim illis contrarium erit.

(3) I. e. ante illum, seu Demiurgum.

cere, et quae super ea sunt, rursus aliorum; et in immensas imagines imaginum excidere?

2. Sicut passus est Basilides,(1) quum minime attigisset veritatem, et putans per immensam successionem eorum, quae ex invicem facta sunt, effugere talem aporiam; quando CCCLXV caelos per successionem et similitudinem ab invicem factos enuntiavit, et horum ostensionem esse numerum anni dierum, quemadmodum praediximus: et super hos virtutem, quam et innominabilem vocant, et huius dispositionem: et nec sic quidem effugit talem aporiam. Interrogatus enim unde caelo ei qui est super omnes, ex quo reliquos per successionem factos vult, figurationis imago? Ab ea dispositione, dicet, quae est secundum innominabilem. Et aut innominabilem a semetipso fecisse dicet eam; vel alteram quamdam super hunc potestatem esse consentire necesse habebit, ex qua accepit innominabilis eius tantam eorum quae sunt secundum eum figurationem.

3. Quanto igitur tutius et diligentius, quod est verum statim initio confiteri, quoniam fabricator Deus hic, qui mundum talem fecit, solus est Deus, et non est alius Deus praeter eum: ipse a semetipso exemplum et figurationem eorum quae facta sunt, accipiens: quam post tantam irreligiositatem et circuitum defessos, cogi aliquando in aliquo uno statuere sensum, et ex eo figurationem factorum confiteri?

4. [*WH. XXI, 1*]. QUONIAM QUAE NOBIS, QUI SUMUS AB ECCLESIA, IMPUTANT HI, QUI SUNT A VALENTINO, ILLIS RURSUS IMPUTANT HI, QUI SUNT A BASILIDE, ET ILLIS ITEM ALII. Etenim hoc quod imputant nobis qui sunt a Valentino, in ea quae est deorsum hebdomade dicentes nos remanere, quasi non attollentes in altum mentem, neque quae rursum sunt sentientes, quoniam portentiloquium ipsorum non recipimus, hoc idem ipsum qui a Basilide sunt his

(1) Graeca loquutio: Ὅπερ ἔπαθεν ὁ B. = Quod expertus est B.

imputant, quasi his adhuc circa ea quae deorsum sunt voluntatibus usque ad primam et secundam octonationem, et post triginta Aeonas indocte putare eos statim invenisse eum qui supra omnia est Patrem, non investigantes sensu (1) in id quod est super CCCLXV caelos Pleroma, quae (2) est supra quadraginta quinque ogdoadas. Et illis iterum iuste quis imputabit, fingens quatuor millia et CCC et LXXX caelos vel Aeonas: quoniam hi dies anni tantas horas habent. Si autem quis et noctium apponat, duplicans praedictas horas, magnam multitudinem octonationum, et innumerabilem quamdam Aeonum operositatem (3) putans adinvenisse, adversus eum qui est super omnia Pater omnium semetipsum perfectiorem suspicans, eadem omnibus imputabit; quoniam non sufficiant in altitudinem eius quae ab ipso dicebatur multitudo caelorum vel Aeonum; sed deficientes vel in ea quae sunt deorsum, vel in medietate perseverant.

Cap. XVII, 1. [*WH. XXI, 2*]. Eius igitur quae est secundum Pleroma ipsorum dispositionis, et maxime eius quae est secundum primam ogdoadem, tantas contradictiones et aporias habentes, inspiciamus et reliqua; propter illorum insensationem, et nos de his quae non sunt quaerentes; necessarie autem et hoc facientes, quoniam huius rei credita est nobis procuratio, et qui velimus omnes homines ad agnitionem veritatis venire: et quoniam tu ipse postulaveris accipere a nobis multas et universas eversionis eorum occasiones.

2. Quaeritur igitur, quemadmodum emissi sunt reliqui Aeones? Utrum uniti ei qui emiserit, quemadmodum a sole radii, an efficabiliter et partiliter, (4) uti sit unusquisque eorum

(1) Οὐχ ἑπομένους τῷ νῷ ἐπὶ τὸ... i. e. non porrigentes ulterius mentem etc.

(2) Ogdoas nempe. Cfr. videlicet I, XXIV, 3 ubi Pater, Nus, Logos etc. perhibentur supra 366 caelos.

(3) πραγματεία seu dispositio.

(4) Graece ποιητικῶς καὶ με-

separatim, et suam figurationem habens, quemadmodum ab homine homo, et a pecude pecus? Aut secundum germinationem, quemadmodum ab arbore rami? Et utrum eiusdem substantiae[1] exsistebant his qui se emiserunt, an ex altera quadam substantia substantiam habentes? Et utrum in eodem emissi sunt, ut eiusdem temporis essent sibi; an secundum ordinem quemdam, ita ut antiquiores quidam ipsorum, alii vero iuveniores essent? Et utrum simplices quidem et uniformes, et undique sibi aequales et similes, quemadmodum spiritus et lumina emissa sunt; an compositi et differentes, dissimiles membris suis?

3. Sed si quidem efficabiliter et secundum suam[2] genesin unusquisque illorum emissus est secundum hominum similitudinem; vel generationes Patris erunt eiusdem substantiae ei et similes generatori, vel [si] dissimiles parebunt, ex altera quadam substantia confiteri eos esse necesse est. Et si quidem Patris generationes similes emissori, impassibilia perseverabunt ea quae emissa sunt, quemadmodum et is qui emisit illa; si autem ex altera quadam substantia, quae est capax passionum, unde haec dissimilis substantia intra illud quod est incorruptelae Pleroma? Adhuc etiam secundum hanc rationem unusquisque eorum separatim divisus ab altero intelligetur, quemadmodum homines, non admixtus, nec unitus alter altero, sed in figuratione discreta et circumscriptione definita, et magnitudinis quantitate unusquisque ipsorum deformatus;[3] quae propria corporis sunt, et non spiritus. Iam igitur non spiritale Pleroma esse

ριστῶς. Res vero seqq. explicatur: i. e. quasi plasma proprium et separatam figuram habentes. Cfr. § 3. Has questiones saepe posteriores Patres de Filio et de Spiritu s. exagitant. Sed scite HARNACK ad haec [*DG*. I², 481]: «Hic et c. XVII, «4 iam logica argumenta praesignantur quibus postea Arianorum error profligatus est».

(1) ὁμοούσιοι... τοῖς, cfr. I, v, 1-2 (pp. 105-106).

(2) I. e. per propriam (κατ' ἰδίαν) generationem.

(3) H. e. de determinata magnitudinis quantitate compactus.

dicant, nec semetipsos spiritales; siquidem velut homines, Aeones ipsorum epulantes sedent apud Patrem,(1) et ipsum tali figuratione exsistentem, quemadmodum detegunt eum qui ab eo emissi sunt.

4. Si autem velut a lumine lumina accensa sunt, Aeones a Logo, Logos autem a Nu, et Nus a Bytho; velut, verbi gratia, a facula faculae,(2) generatione quidem et magnitudine fortasse distabunt ab invicem: eiusdem autem substantiae quum sint cum principe emissionis ipsorum, aut omnes impassibiles perseverant, aut et Pater ipsorum participabit passiones. Neque enim quae postea accensa est facula, alterum lumen habebit quam illud quod ante eam fuit. Quapropter et lumina ipsorum, composita in unum, in principalem(3) unitionem recurrunt, quum fiat unum lumen quod fuit et a principio. Quod autem iuvenius est et antiquius, neque in ipso lumine intelligi potest (unum enim lumen est totum) nec in ipsis quae perceperunt lumen faculis (etenim ipsae secundum substantiam materiae id[em] tempus habent; una enim et eadem est facularum materia): sed tantum secundum accensionem, quoniam altera quidem ante pusillum tempus, altera autem nunc accensa est.

5. [*WH. XXII, 1*]. Labes igitur eius, quae est secundum ignorantiam, passionis, aut universo similiter Pleromati ipsorum proveniet, quum sint eiusdem substantiae, et erit in ignorantiae labe, id est semetipsum ignorans, Propator: aut similiter omnia impassibilia perseverabunt ea quae sunt intra Pleroma lumina. Unde igitur circa iunio-

(1) Cfr. fin. c. XXII infra.

(2) Imago haec in scholis christianis quoque frequentata tunc erat ad processionem Verbi illustrandam. Cfr. IUST. *C. Tryph.* 61 et 128; TATIAN. *C. Graec.* 5; ATHENAG. *Leg.* 24; atque demum communis facta in symbolum Nic. transiit « lumen de lumine ». AUGUST. ea usus est ut suam opinionem de animarum per traducem origine verbis exhiberet. (*Epist. ad Optat.* IV, 15).

(3) I. e. primordialem, seu quae initio fuit: prob. ἀρχεγόνον. Cfr. quae proxime adiacent.

rem Aeonem passio, si paternum lumen est ex quo omnia constituta sunt lumina, quod naturaliter impassibile est? Quomodo autem et iuvenior aliquis aut senior in ipsis Aeon dici potest, quum sit unum lumen totius Pleromatis? Et si quis stellas dicat eos,(1) nihilominus eadem universi apparebunt natura participantes. Etenim si « stella a stella « in claritate differt »,(2) sed non secundum qualitatem, nec secundum substantiam, secundum quam passibile aliquid vel impassibile est; sed aut universos, ex lumine quum sint paterno, naturaliter impassibiles et immutabilis esse oportet: aut universi cum paterno lumine et passibiles, et commutationum corruptionis capaces sunt.

6. Haec autem eadem ratio sequetur, etsi, velut ab arbore ramos, dicant a Logo natam esse emissionem Aeonum, quum Logos a Patre ipsorum generationem habeat: eiusdem enim substantiae omnes inveniuntur cum Patre, tantum secundum magnitudinem, sed non secundum naturam differentes ab invicem, et magnitudinem complentes Patris, quemadmodum digiti complent manum. Si igitur Pater in passione et ignorantia, et hi utique qui ex eo generati sunt, Aeones. Si autem impium est Patri omnium ignorantiam et passionem affingere, quomodo ab eo emissum dicunt Aeonem passibilem, et hoc(3) ipsi Sophiae Dei eamdem impietatem affingentes, semetipsos religiosos esse dicent?

7. [*WH. XXII*, 2]. Si autem, quomodo a sole radios,(4) Aeonas ipsorum emissiones habuisse dicent, eiusdem substantiae et de eodem omnes quum sint, aut omnes capaces passionis erunt cum eo qui ipsos emisit, aut omnes impas-

(1) Cfr. I, II fin. « sidus Pleromatis » vel XXX, 9 « Sanctam « hebdomadam septem stellas, quas « planetas dicunt, esse volunt ».

(2) I *Cor.* XV, 41.

(3) Καὶ τοῦτο = *et quidem*, ut iam diximus.

(4) Cfr. notum illud TERTULL. *Adv. Prax.* 8 ubi eadem declaratio ad generationem Verbi inducitur. Ab his et aliis huiusmodi, quamvis sibi non ignotis, ut diximus (cfr. p. 379, not. 2), Iren. semper et omnino abstinere videtur.

sibiles perseverabunt. Non enim iam quosdam impassibiles, quosdam autem passibiles possunt ex tali emissione confiteri. Si igitur omnes impassibiles dicunt, ipsi suum argumentum dissolvunt. Quomodo enim passus est minor Aeon, si omnes erant impassibiles? Si autem omnes dicunt participasse passionis huius, (quemadmodum quidam audent dicere, quia a Logo quidem coepit, derivatio autem in Sophiam),(1) in Logum, huius Nun Propatoris,(2) passionem revocantes arguentur, et Nun Propatoris et ipsum Patrem in passione fuisse confitentes. Non enim, ut compositum animal, quiddam est omnium Pater praeter Nun, quemadmodum praeostendimus, sed Nus Pater, et Pater Nus. Necesse est itaque et eum qui ex eo Logos, immo magis autem ipsum Nun, quum sit Logos, perfectum et impassibilem esse; et eas quae ex eo sunt emissiones, eiusdem substantiae quum sint cuius et ipse, perfectas, et impassibiles, et semper similes cum eo perseverare, qui eas emisit.

8. Ostensio quoniam Logos in deminutione non est prolatus. Non igitur iam Logos, quasi tertium ordinem generationis habens, ignoravit Patrem, quemadmodum docent hi:(3) hoc enim in hominum quidem generatione fortasse putabitur verisimile esse, eo quod saepe ignorant suos parentes; in Logo autem Patris omnimodo impossibile est. Si enim exsistens in Patre, cognoscit hunc in quo est, hoc est semetipsum non ignorat: et quae ab hoc sunt emissiones, virtutes eius exsistentes, et semper ei assistentes, non ignorabunt eum qui se emisit, quemadmodum nec radii solem.(4) Non capit igitur Dei Sophiam, eam quae intra Pleroma est, quum sit a tali emissione, sub

(1) Cfr. I, II, 2.

(2) Graece fuerit καὶ αὐτὸν Νοῦν Προπάτωρος, h. e. « et ipsum « Nun Propatoris ». Pro κ. αὐτὸν Int. legit τούτου.

(3) « Propatorem quidem eo« rum cognosci soli dicunt ei qui « ex eo natus est: Monogeni, hoc « est, No »; I, II, 1.

(4) Cfr. XIII, 5 fin.

passione cecidisse, et talem ignorantiam concepisse. Possibile est autem, eam quae est a Valentino Sapientiam, quum sit de diaboli emissione, in omni passione fieri, et profundum ignorantiae fructificare. Ubi enim ipsi testimonium perhibent de matre sua, dicentes eam Aeonis errantis generationem esse, iam non quaerere oportet causam, propter quam filii huiusmodi matris, ignorantiae semper natent in profundo!

9. [*WH. XXII, 3*]. Praeter has autem emissiones ego quidem iam non intelligo alteram posse eos dicere; sed ne ipsi quidem alteram quamdam proprietatem emissam reddentes aliquando, cogniti sunt nobis, licet valde multam de huiusmodi speciebus quaestionem habuerimus cum eis: hoc autem solum dicunt, quoniam emissi sunt unusquisque illorum, et illum tantum cognovisse qui se emisit, ignorans autem eum qui ante illum est.(1) Iam non autem cum ostensione progrediuntur, quemadmodum emissi sunt, aut quomodo capit tale quid in spiritalibus fieri. Quacumque enim progressi fuerint, obligabuntur,(2) et a recta ratione caecutientes circa veritatem in tantum, uti eum qui est a Nu Propatoris ipsorum emissus Sermo, in deminorationem eum emissum dicant. Nun enim perfectum a perfecto Bytho progeneratum, iam non potuisse eam quae ex eo est emissionem facere perfectam, sed obcaecatam circa agnitionem et magnitudinem Patris: et Salvatorem symbolum mysterii huius ostendisse in eo qui a nativitate caecus fuit, quoniam sic caecus emissus est a Monogene Aeon, id est ignorantia:(3) ignorantiam et caecitatem commentientes Verbo Dei, secundam secundum eos a Propatore emissionem habenti. Admirabiles sophistae, et altitudines investigantes incogniti Patris, et supercaelestia sacramenta enarrantes, « in quae

(1) Cfr. I, XIV, I.
(2) I. e. veluti retibus capientur.
(3) H. e.: caecus dicitur, ob ignorantiam; cfr. fin. huius §.

« cupiunt angeli prospicere », [1] uti discant quoniam a Nu eius Patris, qui super omnia est, emissum Verbum, caecum emissum, id est ignorans Patrem qui se emisit!

10. [*WH. XXII, 4*]. Et quemadmodum, o vanissimi sophistae, Nus Patris, immo etiam et ipse Pater, quum sit Nus et perfectus in omnibus, imperfectum et caecum Aeonem emisit suum Logon, quum possit statim et agnitionem Patris cum eo emittere? Quemadmodum Christum postgenitum quidem reliquis, perfectum autem dicitis emissum; [2] multo magis igitur qui est eo aetate provectior Logos, ab eodem Nu perfectus utique emitteretur, et non caecus: nec ille rursus plus caecos, quam se, Aeonas emitteret, quoadusque Sophia vestra semper excaecata, tantam malorum enixa est substantiam. [QUOMODO SECUNDUM HAERETICOS VOLUNTAS PATRIS INVENITUR FECISSE IGNORANTIAM ET LABEM]. Et huius malitiae causa est Pater vester: magnitudinem enim et virtutem Patris causas ignorantiae esse dicitis, Bytho assimilantes eum, et nomen hoc ei apponentes innominabili Patri.[3] Si autem ignorantia malum, omnia autem mala ex ea floruisse definitis, huius autem causam magnitudinem et virtutem Patris dicentes, malorum factorem eum ostenditis. Id enim: quod non potuerit contemplari magnitudinem eius, [4] causam dicitis mali. Sed si quidem impossibile erat Patri, notum semetipsum ab initio his, quae ab eo facta sunt, facere, inincusabilis erat, qui non poterat ignorantiam auferre eorum qui post se sunt. Si autem

(1) I PET. I, 12 εἰς ἃ ut in graec.: non « in quem » ut Vulg. habet.

(2) Cfr. supr. XIV, 9 et I, II, 6: « perfectissimum decorem quem« dam et sidus Pleromatis, per« fectum fructum Iesum ».

(3) Βυθός seu abyssus de ignorantia melius quam de perfectione dicitur. Cfr. fin. c. XVIII, vel potius sup. c. XII, 8 « in Bythum, « h. e., *in id quod non est*, dissipato » et cfr. IX fin. cum not. 1, p. 339.

(4) Cfr. I, II, 2: « voluit enim « magnitudinem eius comprehen« dere. Dehinc quum non pos« set, quoniam impossibilem rem « aggrederetur, in magna ago« nia etc. ».

postea volens eam, quae secundum progressionem emissionum aucta fuerat, ignorantiam et inseminatam Aeonibus,(1) auferre potuit, multo magis prius eam quae nondum erat, ignorantiam volens non permitteret fieri.

11. [*WH. XXII, 5*]. Quoniam igitur quando voluit agnitus est, non tantum Aeonibus, sed et his qui in novissimis temporibus erant hominibus; (2) non volens autem ab initio agnosci, ignoratus est: causa ignorantiae secundum vos est voluntas Patris. Si enim praesciebat haec sic futura, quare utique, priusquam fieret, non abscidit ignorantiam ipsorum, quam postea, velut ex poenitentia, curat per emissionem Christi? Quam enim per Christum agnitionem omnibus fecit, multo ante poterat facere per Logon, qui et primogenitus erat Monogenûs. Vel si praesciens voluit fieri haec, semper perseverant ignorantiae opera, et numquam praetereunt. Quae enim ex voluntate Propatoris vestri facta sunt, perseverare oportet cum voluntate eius qui voluit: vel si praetereunt haec, cum his praeteriet et voluntas eius, qui substantiam ea habere voluit. Quid enim et discentes requieverunt Aeones, et perfectam agnitionem perceperunt, quoniam incapabilis est et incomprehensibilis Pater? (3) Hanc autem agnitionem habere potuerunt priusquam in passionibus fierent: non enim deminorabatur magnitudo Patris ab initio scientibus his quia incapabilis et incomprehensibilis est Pater. Si enim propter immensam magnitudinem ignorabatur, et propter immensam dilectionem impassibiles debebat conservare eos qui ex se nati erant; quoniam nihil prohibebat, sed magis utile erat, ab initio cognovisse eos, quoniam incapabilis et incomprehensibilis est Pater.

(1) ***inseminatam***]. Quasi radicatam seu coagmentatam.

(2) Cfr. praesert. I, XV, 2 fin.: « Voluisse enim Patrem universorum solvere ignorantiam:... « Tunc cognoscentes eum homines « cessaverunt ab ignoratione etc. ».

(3) Cfr. I, 1, 5.

CAP. XVIII. [*WH. XXIII*]. QUONIAM SOPHIA NUMQUAM IN IGNORANTIA ET DEMINORATIONE EST. 1. Quomodo autem non vanum est, quod etiam Sophiam eius dicunt in ignorantia, et in deminoratione, et in passione fuisse? Haec enim aliena sunt a sophia et contraria, sed nec affectiones eius sunt. Ubi enim est improvidentia et ignorantia utilitatis, ibi sophia non est. Non iam igitur Sophiam passum Aeonem vocent; sed aut vocabulum eius, aut passiones praetermittant. Et plenitudinem autem universam non dicant spiritalem, si intra ipsam Aeon hic, quum esset in passionibus tantis, conversatus est. Haec enim ne anima quidem fortis, non dicam spiritalis substantia,(1) percipiet.

2. OSTENSIO QUONIAM NEQUE ENTHYMESIS SINE AEONE PROPRIAM HABUERIT SUBSTANTIAM, NEQUE PASSIO SINE ENTHYMESI. Quomodo autem rursus Enthymesis eius cum passione procedens separatim poterat fieri? Enthymesis enim esse intelligitur erga aliquem, ipsa autem seorsum numquam fiet.(2) Exterminatur enim et absorbetur mala a bona enthymesi, quemadmodum aegrimonium ab incolumitate. Quae enim erat prior Enthymesis passionis?(3) Exquirere Patrem, et magnitudinem eius considerare. Quid autem suasa est postea, et convaluit? Quoniam incomprehensibilis, et qui inveniri non possit, est Pater. Non igitur bonum erat, quod vellet cognoscere Patrem, et pro-

(1) Observa hanc oppositionem inter *spiritalem* Pleromatis *substantiam* et *animam fortem* quae hic procul dubio pro gravi, crassa insensibili accipitur.

(2) *Erga aliquem*] περί τινος: i. e. in aliquo (homine) substantiam habens: hinc per se et in se sola, extra aliquod subiectum, esse nequit. Quae sequuntur per se stant nec cum praesentibus iungenda sunt, quamvis id innuat vox *enim* (γάρ, pro ἄρα).

(3) *Prior - passionis*]. Graecismus pro « prior passione ». His autem quae sequuntur ostendit nullam Sophiae enthymesin actu exsistere potuisse post illius conversionem. Nam mala enthymesis, quae prior erat passione, seu: velle cognoscere Patrem (*mala* ex hypothesi ut § 6 dicitur) exterminata est a bona qua suasa est « quoniam incomprehensibilis &c. ».

pter hoc esset passibile;[1] sed quando suasa est quoniam investigabilis esset Pater, et convalescens. Sed ille ipse Nus qui quaerebat Patrem, cessavit secundum eos adhuc quaerere, discens quoniam incomprehensibilis est Pater.

3. [*WH. XXIV*]. Quemadmodum igitur Enthymesis poterat separata concipere passiones, quae et ipsae affectiones eius erant? Affectio enim erga aliquem fit, ipsa autem seorsum non potest esse, nec constare. Non solum autem instabile hoc est, sed etiam contrarium ei, quod est a Domino nostro dictum: « Quaerite, et invenietis ».[2] Dominus enim quaerendo et inveniendo Patrem, perfectos consummat discipulos. Is autem qui sursum est Christus ipsorum, per id quod praecepit Aeonibus non quaerere Patrem, suadens quoniam etsi multum laboraverint non eum invenient,[3] perfectos eos consummavit. Et se quidem perfectos aiunt in eo quod dicant invenisse Bythum ipsorum: Aeonas autem in eo, quod suasi sint quoniam investigabilis est qui ab eis inquirebatur.

4. Quum igitur ipsa Enthymesis non posset sine Aeone separatim consistere, adhuc maius inferunt mendacium de passione eius, separatim rursus dividentes eam, et hanc esse substantiam dicentes materiae. Quasi non esset lumen Deus, nec adesset Sermo qui posset eos arguere, et evertere nequitiam ipsorum.[4] Utique enim quodcumque sentiebat

(1) I. e. in hoc enthymesis est mala, quod malum, relate ad Aeonem perfectum, dicenda est passio: sed succedit bona enthymesis, qua Aeon velut convalescens sistitur. Igitur non iam est enthymesis aliqua post hanc convalescentiam, prout non est enthymesis Nous qui et ipse quaesivit et cessavit quaerere Patrem ⟨cfr. I, II, I⟩.

(2) MATTH. VII, 7. Cfr. infra, § 6 et c. XXX, 2; Gnostici his verbis illiciebant Christianos « ad « requirendi modum » (I, praef.) i. e. ad « ea quae sursum sunt » (XVI, 4) inquirenda: sed ad quid quaerere – obiicit Ir. – si id vos quoque mali dicitis fuisse causam Aeonibus ipsis?

(3) Cfr. et IV, VI, 4 ubi Christus Aeonibus dixisse perhibetur « Nolite quaerere Deum: incognitus est enim et non invenietis eum ».

(4) Quatenus nempe omnes Scripturae clamant Deum *ex nihilo* cuncta creasse.

Aeon, hoc et patiebatur; et quod patiebatur, hoc et sentiebat: et non aliud erat apud eos Enthymesis eius, nisi passio incomprehensibilem comprehendere excogitantis, et passio Enthymesis: impossibilia enim sentiebat. Quemadmodum itaque poterat affectio et passio ab Enthymesi seorsum separari, et substantia tantae materiae fieri, quando ipsa Enthymesis passio erat, et passio Enthymesis? Nec igitur Enthymesis sine Aeone, nec affectiones sine Enthymesi separatim habere possunt substantiam; et soluta est et hic rursus regula ipsorum.

5. [*WH. XXV*]. QUONIAM NEQUE DISSOLVI, NEQUE PATI AEON POTERAT, QUUM ESSET SPIRITALIS, ET IN HIS, QUAE SIMILIA ERANT, CONVERSANS. Quemadmodum autem et solvebatur et patiebatur Aeon? Siquidem eiusdem substantiae cuius et Pleroma erat; Pleroma autem universum ex Patre. Quod enim simile est, in simili non dissolvetur in nihilum nec perire periclitabitur, sed magis perseverabit et augescet, quemadmodum ignis in igne, et spiritus in spiritu, et aqua in aqua; quae autem sunt contraria, a contrariis patiuntur, et vertuntur, et exterminantur. Et sic si fuisset luminis emissio, non pateretur nec periclitaretur in simili lumine, sed magis effulgesceret et augesceret, quemadmodum dies a sole: etenim Bythum imaginem patris sui (1) esse dicunt. Quaecumque sunt peregrina et sibi extranea animalia atque contraria naturà periclitantur et corrumpuntur: (2) quae autem sibi assueta sunt et cognata,

(1) Recte MASSUET appellat ad l. I, v, 1 ubi dicitur: « ipsam – « Enthymesin – in imagine invisi- « bilis Patris conservasse incogni- « tam Demiurgo »; hinc plane enthymesis imago est Bythi ac propterea ei *similis*. Porro Enthymesin hanc ab his Gnosticis etiam vocari patrem et avum eorum infra § 7 habemus. Manet tamen intellectu difficilis ratio, qua inversio illa « Bythum imaginem « Enthymeseos » exponatur: vox εἶδος id fortasse praestat: sed quum de sensu constet, de verborum proprietate in tali interprete sollicitos nos esse non oportet.

(2) Subintell. « in eo[dem] con-

nullum patiuntur periculum in eo conversantia, sed et salutem et vitam ex eo acquirunt. Si igitur [et] eiusdem substantiae cuius et universum Pleroma, ex eo emissus fuisset hic Aeon, numquam demutationem perciperet, quum esset in similibus et assuetis conversans, spiritalis in spiritalibus. Timor enim et expavescentia, et passio, et dissolutio, et talia, in his quidem quae sunt secundum nos et corporalibus fortassis fiant a contrariis: in spiritalibus autem et diffusum habentibus lumen, (1) iam non tales consequuntur calamitates. Sed mihi videntur eius passionem, qui est apud comicum Menandrum valde amans et odibilis, (2) Aeoni suo circumdedisse. Magis enim infeliciter amantis cuiusdam hominis apprehensionem, et mentis conceptionem habuerunt, qui haec finxerunt, quam spiritalis et divinae substantiae.

6. [*IVH. XXVI*]. QUONIAM PATRIS EXQUISITIO ET INVESTIGATIO MAGNITUDINIS EIUS, NEQUE PASSIONEM NEQUE LABEM, SED STATUM PERFECTIONIS FACIEBAT IN AEONE. Super haec quoque excogitare de quaerendo perfectum Patrem, et velle intra eum fieri, et habere eius comprehensionem, non ignorantiam nec passionem poterat inficere, et hoc Aeoni spiritali; sed magis perfectionem et impassibilitatem et ve-

« versantia » hic omissum quia secus in seqq. repetendum foret.

(1) *Lumen* est hic pro substantia tenuissima (ἕξις) quae etiam luci subest, quaeque diversa sui concretione entia format. Id quoque ad definiendam sententiam Irenaei de spiritus natura conferre potest.

(2) De Menandro lege CROISET, *Hist. d. litt. grecque*, l. III, p. 611 sqq.; fragmenta vide in append. edit. opp. ARISTOPH. (Paris, Didot, 1884) cur. BÖTHE. — Ibid. p. 34 afferuntur verba LIBANII (*Orat. 31*): Εἴ τις ὑμῶν φαντάζεται τὸν Μενάνδρου Θρασονίδην οἶδεν ἃ λέγω· στρατιωτικὴν γάρ φησιν ἀηδίαν νοσοῦντα τὸν ἄνθρωπον εἰς ἀπέχθειαν αὐτῷ κινῆσαι τὴν ἐρωμένην. [Cfr. ARRIAN. *Strom.* II, 483]. Ex quibus constat – prout habet STIEREN – « Menandrum scripsisse fa« bulam Μισούμενος inscriptam, « cuius argumentum hoc fuisse « videtur: Thrasonides miles ar« dentissime *amabat* puellam, cuius « acerrimum *odium* in se eo excita« bat quod inepta et stolida iactan« tia facinora sua augebat ». — Hinc *infeliciter amantis apprehensio* ».

ritatem. Nec enim ipsi, quum sint homines, excogitantes de eo qui ante ipsos est, et velut iam comprehendentes perfectum, et intra eius constituti agnitionem, dicunt semetipsos ⟨non[1]⟩ in passione consternationis esse, sed magis in agnitione et apprehensione veritatis. Etenim Salvatorem, « Quaerite, et invenietis », discipulis propter hoc dixisse dicunt, ut eum, qui ab ipsis per excogitationem fictus est super fabricatorem omnium, inenarrabilem Bythum quaerant: et semetipsos perfectos esse volunt, quoniam inquirentes invenerunt perfectum, quum adhuc sint in terra: eum autem qui intra Pleroma sit Aeonem, totum spiritalem, quaerentem Propatorem, et intra magnitudinem eius conantem fieri, et comprehensionem paternae veritatis concupiscentem habere, in passionem dicunt recidisse: et passionem talem, ut nisi ei occurrisset virtuti, quae omnia firmat, dissolutus fuisset in universam substantiam, et exterminatus.[2]

7. [*WH. XXVII*]. QUONIAM NON CAPIT AEONEM INFRA PLEROMA DESIDERIUM PASSIONIS PERCEPISSE. Vesana est haec praesumptio, et vere destitutorum a veritate sensus hominum. Quoniam enim Aeon hic melior est quam ipsi, et vetustior, ipsi quoque confitentur secundum suam regulam, dicentes se esse conceptum[3] Enthymeseos eius Aeonis qui passus est: ita ut sit hic Aeon matris ipsorum pater, id est avus ipsorum. Et posterioribus quidem nepotibus exquisitio Patris veritatem, et perfectionem, et confirmationem, et eliquationem a fluxibili materia[4] facit, sicut dicunt, et

(1) Graece: Οὐδὲ γὰρ αὐτοί,... φασὶν αὐτοὺς μὴ ἐν πάθει... εἶναι, μᾶλλον δὲ κτλ. Ibi μὴ apponitur ad oppositionem secundae partis efferendam: sed latine praetereundum erat.

(2) I, II, 2 (p. 84), haec graece plus minusve prostant.

(3) κύημα Achamoth dixit I, V, 6 (p. 112); « quod semetipsos « esse volunt » (p. 116).

(4) Seu ab elemento choico, quod est « ab effusili et fluida ma- « teria » ἀπὸ τοῦ ῥευστοῦ τῆς ὕλης: cfr. I, V, 5 (p. 111–112). Ab hac Gnosticos separari per gnosim pluries dixit: cfr. I, VII, 1 (p. 121); I, XXX, 12, 14 etc.

reconciliationem ad Patrem: avo autem ipsorum haec eadem inquisitio ignorantiam, et passionem, et expavescentiam, et timorem, et consternationem infecit,(1) ex quibus et substantiam materiae factam dicunt. Exquirere ergo et investigare perfectum Patrem, et concupiscentiam communicationis cum eo et unitatis, sibi quidem salutare fieri; Aeoni autem, a quo et genus habent, dissolutionis et perditionis causam fuisse dicentes, quomodo non per omnia incongruum, et fatuum, et irrationabile? Et qui assentiunt his, vere caeci, caecis ducatoribus(2) utentes, iuste et corruunt in subiacentem ignorantiae profundum.

CAP. XIX. [*WH. XXVIII*]. 1. QUOMODO DE SEMINE IPSORUM SERMO UNIVERSUS INSTABILIS OSTENDITUR. Qualis est autem et de semine ipsorum sermo, conceptum quidem illum secundum figurationem eorum qui sunt erga Salvatorem angelorum a matre informe, et sine specie, et imperfectum; (3) depositum autem in Demiurgum, nesciente eo, ut per eum in eam animam quae erat ab eo seminatum, perfectionem et formationem percipiat? (4) Primum quidem est dicere, quoniam imperfecti, et infigurati, et informes hi sunt angeli, qui sunt erga Salvatorem ipsorum: siquidem secundum illorum speciem conceptum, tale quid generatum est.

2. QUONIAM NON IGNORAVIT DEMIURGUS SEMINIS IN EUM DEPOSITIONEM. Post deinde, quod dicant ignorasse fabricatorem eam quae fuit seminis in eum demissio, et iterum eam quae facta est per eum in hominem seminatio, futile verbum et vanum, quod nullo modo ostendi possit. Quem-

(1) ἐνεποίησε seu inseruit.

(2) Ita iam I, XV, 2: graece ὁδηγοῖς. Cfr. autem idem proverbium MATTH. XV, 14 expressum, v. et. Εἰς ἐπίδ. 2 fin.

(3) Conceptum secundum similitudinem (καθ' ὁμοίωσιν) angelorum satellitum Salvatoris cfr. I, IV fin. (p. 105); informe quidem, quia nec ipsa illud formare potuit (I, V, 1); pusillum et imperfectum, habes ibid. I, VI, fin. (p. 120).

(4) Ad litteram exscribit finem primae periodus I, V, 6 (p. 113).

admodum enim ignoravit illud, si substantiam aliquam et qualitatem propriam habuisset ipsum semen? Si autem sine substantia, et sine qualitate, et nihil erat, consequenter ignoravit illud. Quae enim propriam quamdam motionem,(1) et qualitatem, vel caliditatis, vel velocitatis, vel dulcedinis habent, vel claritatis cuiusdam differentiam, nec homines quidem lateant, quum sint cum hominibus; in tantum abest ut fabricatorem huius universitatis Deum: apud quem iuste non est agnitum semen ipsorum, quum sit sine qualitate universae utilitatis, et sine substantia omnis actionis, et in totum nihil exsistens. Et propter hoc mihi videtur etiam Dominus dixisse: « Omnis sermo otiosus, « quem loquuti fuerint homines, reddent pro eo rationem « in die iudicii ».(2) Omnes enim, quicumque tales sunt otiosos sermones in aures hominum immittentes, assistent in iudicio, rationem reddituri de his, quae vane coniecerunt, et mentiti sunt adversus Deum; in tantum ut semetipsos dicant propter seminis substantiam agnoscere spiritale Pleroma, eo homine, qui est intus, demonstrante eis verum Patrem:(3) (opus enim esse animali sensibilibus erudimentis): Demiurgum autem universum semen hoc, Matre deponente, suscipientem in semetipsum, omnia omnino ignorasse, et nullum sensum eorum quae erga Pleroma sunt, habuisse.

3. [*WH. XXIX*]. Et quoniam si in eum depositum fuisset semen, non potuisset ignorare ea, quae super eum.(4) Et se quidem spiritales esse, quoniam particula quaedam universitatis Patris in anima ipsorum deposita est, quum ex eadem substantia habeant animas, ex qua et Demiurgus,

(1) Ἔχον καὶ αὐτὸ ἰδίαν τινὰ κίνησιν dicitur semen hoc I, VII, 4 (p. 126). Philosophice κίνησις est quilibet motus vel quaelibet actio rei.

(2) Matth. XII, 36.

(3) Cfr. dicta I, XXX, 6, fin., et infra XXX, 7 sub med. — Subsequens allegatio verborum I, VI, 1 (p. 115, lin. 1ª) plane redundat hic; melius autem sub init. § 4 sqq. post primam periodum restitueretur, fortasse ut glossa.

(4) In codd. c. XXXII.

sicut dicunt; hunc autem semel universum suscipientem semen a Matre, et habentem in se, animalem perseverasse, et nihil in totum sensisse eorum quae sunt superiora, quae hi semetipsos intelligere, dum adhuc sunt in terra, gloriantur, quomodo hoc non super omnem irrationabilitatem est? Etenim idipsum semen horum quidem animabus agnitionem attribuisse et perfectionem; ei autem qui eos fecit Deo ignorantiam attribuisse putare, vere vesanorum est, et in totum mente destitutorum.

4. Quomodo contraria de matre et labe eius consilia decreverunt. Adhuc etiam vanissimum est quod dicunt, in hac depositione figurari illud et augescere, et paratum fieri ad susceptionem perfectae rationis.(1) Erit enim ei materiae admixtio(2) quam ex ignorantia et labe volunt habuisse substantiam, aptior et utilior, quam fuit paternum lumen ipsorum: si quidem secundum illius inspectionem natum, informe et infiguratum fuit: ex hac autem formationem, et speciem, et augmentum, et perfectionem assumpsit. [*WH. XXX*]. Si enim quod est a Pleromate lumen, causa fuit spiritali, ut neque formam, neque speciem, neque magnitudinem haberet propriam; quae autem huc est descensio, haec universa addidit ei, et ad perfectionem deduxit, multo operabilior et utilior videbitur quae est hic conversatio, quam et tenebras dicunt, quam fuit paternum lumen ipsorum. Quomodo autem non ⟨est⟩ ridiculum, matrem quidem ipsorum in materiam periclitatam dicere, uti paene suffocaretur, et paulo minus corrumperetur, nisi vix tunc superextendisset se et exsilisset ex semetipsa, adiumentum percipiens a Patre:(3) semen autem eius in hac eadem

(1) Haec quoque graece habes cit. I, v, 6 (p. 113).

(2) H. e. conversatio cum materialibus. Cfr. praec. p. 391, not. 3.

(3) Cfr. potius I, xxx, 3 et 12, quam I, IV, 1, 5. Caetera vero quae sequuntur lege cit. I, v, 6 cum his quae de fermento dicuntur I, VIII, 4, sub fin. Harvey ex his explicat nomen *Prunicus* (a προενέγκειν).

materia augescere, et formari, et aptum ad susceptionem perfecti sermonis expediri: et hoc in dissimilibus et in insuetis ebulliens: sicut ipsi dicunt, contrarium esse terrenum spiritali, et spiritale terreno? Quomodo igitur in contrariis et in insuetis parvum emissum, quemadmodum dicunt, et augescere, et formari, et ad perfectionem pervenire potuit?

5. [*WH. XXXI, 1*]. OSTENSIO QUOD NEQUE CONCEPTIO NEQUE GENERATIO SEMINIS FUERIT. Adhuc etiam et ad haec quae dicta sunt requiretur: utrumne semel enixa sit mater illorum semen, ut vidit angelos, an particulatim? Sed si quidem simul et semel, quod exinde conceptum, nunc iam non erit infantile: superflua est igitur in eos, qui nunc sunt, homines descensio eius.(1) Si autem particulatim, iam non secundum figuram eorum, quos vidit angelos, fecit conceptionem: simul enim eos et semel videns et concipiens, semel enixionem debebat fecisse, quorum de semel(2) conceperat figuras.

6. Quid autem, quod angelos cum Salvatore simul videns, illorum quidem imagines concepit, Salvatoris autem non, qui est decorior super illos? An numquid non placuit ei hic, et propter hoc non concepit in eum?(3) Quomodo autem Demiurgus, quem psychicum vocant, propriam secundum eos magnitudinem et figuram habens, emissus est secundum suam substantiam perfectus; quod autem spiritale est, quod etiam operosius oportet esse quam animale, imperfectum emissus est, et opus ei fuit ut in animam descenderet, ut in ea formaretur, et ita perfectum exsistens, paratum fiat ad suscipiendum perfectum verbum? Si igitur in terrenis hominibus et in animalibus formatur, iam non secundum angelorum similitudinem est, quos dicunt lumina,

(1) Graeca reddenda erant: superflua nunc (scl. his nostris temporibus) descensio eius in homines.

(2) Graece ἐφ' ἅπαξ, i. e. in uno, simul.

(3) Graece κατ' αὐτόν, quod etiam *ex eo* reddi poterat.

sed secundum eorum qui sunt hic homines. Non enim angelorum habebit similitudinem et speciem, sed animarum, in quibus et formatur: quomodo aqua in vas missa, ipsius vasis habebit formam, et iam si gelaverit in eo, speciem habebit vasculi, in quo gelavit, quando ipsae animae corporis habeant figuram;(1) ipsi enim adaptatae sunt vasi, quemadmodum praediximus. Si igitur et illud semen hic coagulatur et formatur, hominis figura erit, sed non angelorum formam habens. Quomodo igitur ad imagines angelorum illud semen est, quod secundum similitudinem hominum figuratur? Quid autem, quum spiritale esset, opus ei fuit ut in carnem descenderet? Caro enim eget spiritali, si tamen incipiet salvari,(2) ut in eo sanctificetur, et clarificetur, et absorbeatur mortale ab immortalitate:(3) spiritali autem in totum non est opus eorum, quae sunt hic. Non enim nos illud, sed illud nos meliores facit.

7. [*WH. XXXI, 2*]. Adhuc autem manifestius qui est de semine ipsorum sermo arguitur falsus, et a quolibet perspici potest, in eo quod dicant eas animas quae habuerint a Matre semen, meliores reliquis fieri: quapropter et honoratas a Demiurgo, et principes, et reges, et sacerdotes

(1) Animae igitur corporis *figuram* habent, sunt ergo circumscriptae et figuratae; igitur non praecise *spiritus* iuxta ea quae c. VII, § 6 fin. adnotavimus. Caeterum eadem non paucorum ex veteribus sententia fuit. Cfr. praes. MELITON. fragm. XIII (ed. OTTO).

(2) εἴγε μέλλοι σώζεσθαι, h. e.: si quidem futurum sit ut salvetur. De quo non plane Iren. sed haeretici dubitant (MASSUET). Verum non necessario dubitatio hic innuitur: potest enim graeca loquutio ita verti: « quando utique « eam salvari contigerit ».

(3) Cfr. II *Cor.* V, 4. Quo autem pulcherrimo sensu id ab Ir. accipiatur cfr. (nec pigebit) IV, XXXVI, 6; XXXVIII, fin.; V, VIII, 1; XIII, 3–5. Occasione enim arrepta a reliquis huius versus « perficit nos in hoc ipsum Deus, « qui dat nobis pignus *Spiritus* » habet v. g. V, VIII, 1: « Sic ergo « pignus hoc habitans in nobis « iam spiritales efficit et absor« betur mortale ab immortali« tate ». Sed de his opportunius suo loco.

ordinatas esse.(1) Si enim erat hoc verum, primus utique Caiphas summus sacerdos, et Annas, et reliqui summi sacerdotes ⟨et legis doctores⟩, et principes populi credidissent Domino, in eam cognationem concurrentes;(2) et ante hoc etiam Herodes rex. Quoniam autem nec hic, nec summi sacerdotes, nec qui praeerant, neque clari de populo accurrerunt ei; sed e contrario qui erant in viis mendici sedentes, surdi, et caeci, et a reliquis conculcabantur et contemnebantur, quemadmodum et Paulus ait: « Videte enim vocatio- « nem vestram, fratres, quoniam non multi sapientes apud « vos, nec nobiles, neque fortes; sed quae fuerunt con- « temptibilia mundi, elegit Deus »;(3) non itaque erant meliores tales animae propter seminis depositionem neque propter hoc honorificabantur a Demiurgo.

8. [3]. Et de eo quidem, quod sit regula ipsorum infirma et instabilis, adhuc etiam et vana, sufficiunt quae dicta sunt. Nec enim oportet, quod solet dici, universum ebibere mare eum qui velit discere quoniam aqua eius salsa est.(4) Sed quemadmodum statua de luto facta, colorata autem superficie, ut putetur aurea esse quae sit lutea, quicumque accipiet ex ea particulam qualemcumque, et exaperiens ostenderit lutum, liberabit eos qui veritatem quaerunt a falsa opinione: eodem modo et nos non modicam partem, sed ea quae sunt maxima continentia(5) regulae ipsorum

(1) Cfr. iterum I, VII, 3, ubi haec graece habes.

(2) Legit εἰς αὐτήν, loco εἰς αὑτήν, scl. ad suam ipsorum cognationem, nempe ad Salvatorem (cuius ipsi ob idem semen veluti cognati erant) accurrentes. Caeterum attende qua evidentia hic ex sequenti oppositione effulgeat character aristocraticus Gnosticismi.

(3) I *Cor.* I, 26-28; sed non integre affertur.

(4) Cfr. ATHENAG. *Legat.* 12: « Et haec parva quidem de magnis, pauca de multis retulimus. « Nam et qui mel aut vinum (?) « explorant, ex exigua parte de « tota re an bona sit diiudicant » (GRABE).

(5) BILLIUS hic συνεκτικώτατα supponit expressum; vertendum vero iudicat « maxime continen- « tia: i. e. praecipua ac maximi « ponderis ». MASSUET vero τὰ

resolventes capitula, omnibus, quotquot non seduci scientes volunt, quod est nequam et dolosum et seductorium et perniciosum,(1) de schola eorum qui sunt a Valentino et a reliquis haereticorum, quotquot Demiurgum, id est, fabricatorem et factorem huius universitatis, solum exsistentem Deum, male tractant, ostendimus, dissolubilem eorum viam manifestantes.

9. [*4*]. Quis enim sensum habens, et veritatis vel modicum attingens, sustinebit dicentes, super Demiurgum Deum esse alterum Patrem: et alterum quidem esse Monogenem, alterum autem Verbum Dei, quem et in deminoratione emissum dicunt: alterum autem Christum, quem et posteriorem reliquis Aeonibus cum Spiritu sancto factum esse dicunt: et alterum Salvatorem, quem ne a Patre quidem universorum, sed ab his qui in deminoratione facti sunt Aeonibus collatum et congestum dicunt, et necessarie propter deminorationem emissum? Ut, nisi in ignorantia et deminoratione fuissent Aeones, secundum eos nec Christus emissus fuisset, nec Spiritus sanctus, nec Horos, nec Soter, nec angeli, nec mater ipsorum, nec semen eius, nec reliqua mundi fabricatio; sed fuissent omnia deserta ac destituta tot bonis. Non solum itaque in fabricatorem tantum irreligiosi sunt, labis eum dicentes fructum; sed et in Christum, et in Spiritum sanctum, propter labem dicentes eos emissos;(2) et Salvatorem autem similiter post labem. Quis enim sustinebit reliquum eorum vaniloquium, quod astute parabolis adaptare conantes, et se, et eos qui sibi credunt, in maximam converterunt impietatem?

πλεῖστα συνοχῇ seu « maxima con« tinentiā: i. e. praecipua, quatenus « caetera continent, prae oculis sub« iicit ». Levior quidem pugna, quae exagitari mereat. Caeterum et a praefatione huius libri Iren.: evertere se « *per magna* capitula » regulam ipsorum spopondit.

(1) I. e. nequitiam, dolum etc.

(2) Evidentissima transparet hic triadis christianae notio, ubi Creator, *Christus*, et *Spiritus sanctus* soli prae reliquis omnibus enumerantur.

CAP. XX. [*HW. XXXII, 1*]. QUONIAM EXSOLUTIONEM PARABOLARUM IMPROPIAM ET INCONVENIENTEM FICTIONIS SUAE FACIUNT. 1. Quoniam et parabolas, et actus Domini improprie et inconsequenter inferunt figmento suo, ita ostendimus. Illam enim quam erga duodecimum Aeonem dicunt accidisse passionem, conantur ostendere, quod Salvatoris passio a duodecimo apostolorum facta sit, et in duodecimo mense. Uno enim anno volunt eum post baptismum praedicasse.(1) Sed et in illa quae fluxum sanguinis patiebatur, manifeste dicunt ostensum: duodecim enim annis passa est mulier, et tangens fimbriam Salvatoris, consequuta est sanitatem ab illa virtute, quae egressa est a Salvatore, quam praeesse dicunt.(2) Illa enim quae passa est virtus extensa et in immensum effluens, ita ut periclitaretur per omnem substantiam dissolvi, quum tetigisset primam quaternationem, quae per fimbriam significatur, stetit, et a passione cessavit.(3)

2. Hoc ergo quod dicunt duodecimi Aeonis passionem per Iudam demonstrari, quomodo potest in similitudinem comparari Iudas, qui eiectus est de numero duodecimo, nec restitutus est in locum suum? Aeon enim, cuius typum Iudam dicunt esse, separata eius Enthymesi, restituta est, sive revocata: Iudas autem abdicatus est, et eiectus, et in locum eius Matthias ordinatus est, secundum quod scriptum est: « Et episcopatum eius accipiat alius ».(4) Debuerunt itaque dicere, duodecimum Aeonem eiectum esse de Pleromate, et in locum eius alium prolatum sive emissum; si tamen in Iuda ostenditur. Adhuc autem ipse quidem

(1) Graece haec legimus I, III, 3; cfr. p. 92, et quae ibi animadversa sunt sub not. 3. Hic error quam acriter Nostrum offendat mox, c. XXII habebis.

(2) Cfr. haec quoque l. c. (I, III, 3) p. 93. Haec Ir. de more breviter hic recolit ut refutationem mox lecturo praesentia sint.

(3) Est antitypus praecedentium: haec enim omnia Gnostici de Achamoth asserunt. Cfr. l. c. in not. praec., ex quo commode GRABE graeca huius textus restituit.

(4) *Psalm.* CVIII, 8 apud *Act.* I, 20.

Aeon quod sit passus dicunt, Iudas autem quod sit proditor. Patiens autem Christus venit ad passionem, et non Iudas: et ipsi confitentur. Quomodo igitur Iudas traditor eius, qui pro nostra salute pati habuit, typus et imago esse poterat passi Aeonis?

3. [2]. Sed neque Christi passio similis est passioni Aeonis, neque in similibus facta. Aeon enim passus est passionem dissolutionis et perditionis, ita ut periclitaretur ipse, qui patiebatur, et corrumpi: Dominus autem noster Christus passus est passionem validam, et quae non accideret;(1) non solum ipse non periclitatus corrumpi, sed et corruptum hominem firmavit robore suo, et in incorruptionem revocavit. Et Aeon quidem passus est passionem ipse requirens Patrem, et non praevalens invenire: Dominus autem passus est, ut eos qui erraverunt a Patre, ad agnitionem, et iuxta eum adduceret. Et illi quidem inquisitio magnitudinis Patris fiebat passio perditionis: nobis autem Dominus passus, agnitionem Patris conferens, salutem donavit. Et illius quidem passio fructificavit fructum femineum, sicut dicunt, invalidum, et infirmum, et informem, et inefficacem: istius autem passio fructificavit fortitudinem et virtutem. « Ascendens enim in altitudinem »

(1) Ut haec opponantur, prout ex mente Irenaei profecto opponi debent, ad praecedentia « passio- « nem dissolutionis et perditionis » (καταλύσεως καὶ ἀπωλείας) hic optandum esset « confirmativam et « quae non abscinderet » (vel abscederit), quorum primum ad perditionem, alterum ad dissolutionem opponitur: ex his alterum « quae « non abscinderet » commode ex ratione palaeographica in verbis « quae non accideret » legi potest; alterum vero permittitur ex voce graeca ἑδραστικόν quod utrumque validum et confirmativum (cfr. I, IV, 4 de Horo) reddi potest. Hinc graece puto fuisse ἑδραστικόν (πάθος) καὶ οὐ μεριστικόν. — Verum haec per coniecturam dicta sint. Maiore autem cum fructu lectorem attendat velim ad aurea illa quae Iren. in hoc § de redemtione profert. Quae omnia complenda sunt ex III, XVI, 9; XVIII, 4-7; XX, int.; Εἰς ἐπίδ. 67-97; cfr. alia apud STOLL, *Erlösungslehre v. Iren.* in *Katholik*, 1906.

Dominus per passionem, «captivam duxit captivitatem, dedit «dona hominibus»,(1) et contulit credentibus in se «super «serpentes et scorpiones calcare, et super omnem virtutem «inimici»,(2) id est, principis apostasiae. Et Dominus quidem per passionem mortem destruxit; et solvit errorem, corruptionemque exterminavit, et ignorantiam destruxit; vitam autem manifestavit, et ostendit veritatem, et incorruptionem donavit. Illorum autem Aeon quum fuisset perpessus, ignorantiam substituit,(3) substantiam informem peperit, ex qua omnia materialia opera prolata sunt secundum eos, mors, corruptio, error, et his similia.

4. [*3*]. Non ergo Iudas, duodecimus discipulus, typus erat passi Aeonis; sed neque Domini nostri passio: per omnia enim dissimile et inconveniens invicem sibi ostensum est, non solum in his quae praediximus, sed et secundum ipsum numerum. Proditor enim Iudas, quod sit duodecimus, apud omnes consonat, duodecim denominatis Apostolis in Evangelio; hic autem Aeon non duodecimus, sed tricesimus est: non enim duodecim tantum Aeones voluntate Patris prolati sunt secundum haec, neque duodecimus ordine emissus est, in tricesimo loco annumerantes eum emissum.(4) Quomodo ergo duodecimus ordine Iudas, eius qui in tricesimo ordine est Aeon, potest esse typus et imago?

5. Si autem Iudam pereuntem imaginem Enthymeseos eius esse dicunt, nec sic imago similis erit eius quae secundum eum est veritatis. Enthymesis enim separata ab Aeone ipsa postea formata a Christo, dehinc prudens facta a Salvatore,(5) et omnia quae sunt extra Pleroma operata

(1) *Psalm.* LXVI, 18 apud *Ephes.* IV, 8. Cfr. Εἰς ἐπίδ. 83.

(2) Luc. X, 10 ex *Psalm.* XC, 13.

(3) Gr. ὑπέστησε, quasi: fundavit, induxit. Cfr. I, xxx, fin.

(4) A Bytho, videlicet: ceterum ipse Marcus [I, xvi, 2] ingeniose hanc antinomiam solverat per litteram Λ quae simul duodecima est et numerum trigesimum indicat.

(5) φρόνιμος interpres promiscue per *prudens* et *sapiens* reddit: cfr. I, xxx, 15. Hic «gnosi do«nata» iuxta I, iv, 5 significat.

secundum imaginem eorum qui sunt in Pleromate, in novissimo in Pleroma recepta dicitur ab his, et secundum coniugationes unita Salvatori ei qui ex omnibus factus est.(1) Iudas autem semel eiectus numquam revertitur in discipulorum numerum: alioquin numquam alius in locum eius annumeraretur. Et Dominus autem dixit de eo: « Vae ho- « mini per quem Filius hominis tradetur ».(2) Et, « Melius « erat ei si non natus fuisset »,(3) et « filius perditionis »,(4) dictus est ab eo. Si autem non separatae ab Aeone Enthymeseos dicunt Iudam esse typum, sed perplexae ei passionis, nec sic numerus duodecim numero trium possunt esse typus. Hic enim Iudas eiectus est, et Matthias pro eo ordinatus: illic autem Aeon periclitatus dissolvi et perisse dicitur, et Enthymesis et passio; separatim enim Enthymesin quoque a passione secernunt: et faciunt Aeonem quidem restitui, Enthymesin autem formari, passionem vero ab his separatam esse materiam. Tribus itaque exsistentibus his, Aeone, et Enthymesi, et passione, Iudas et Matthias duo exsistentes non possunt typus esse.

Cap. XXI. [*WH. XXXII, 4*]. 1. Si autem duodecim apostolos dicunt typum esse illius solius duodecim Aeonum prolationis, quam Homo cum Ecclesia protulit; et reliquorum decem Aeonum, qui, ut dicunt, a Verbo et Vita prolati sunt, dent typum alios decem Apostolos. Irrationabile est enim iuniores quidem Aeones, et propter hoc minores, ostendi a Salvatore per electionem apostolorum; seniores autem horum, et ob hoc meliores, non iam praeostendi: quum possit Salvator (si tamen apostolos ideo elegit, ut per eos ostendat Aeonas, qui sunt in Pleromate) et alios decem apostolos eligere, (et ante hos quoque alios octo, ut

(1) Cfr. I, vii, 1 (p. 121); xxx, 12.
(2) Matth. XXVI, 24.
(3) Marc. XIV, 21.
(4) Ioann. XVII, 12.

illam principalem et primam ostendat ogdoadem), per apostolorum numerum typum factum, possit ostendere, neque secunda decade:[1] post enim duodecim apostolos LXX alios Dominus noster ante se misisse invenitur;[2] septuaginta autem nec octonario numero, neque denario, nec tricenario typus esse possunt. Quae igitur causa est, minores, quidem, sicut praedixi, Aeones per apostolos ostendi; meliores autem, ex quibus et hi facti sunt, non iam praefigurari? Et duodecim autem apostoli, propter hoc electi sint, ut per eos numerus duodecim Aeonum significetur; et septuaginta, in typum Aeonum septuaginta electi esse debuerunt: non iam triginta numero Aeonas, sed octoginta et duos factos dicant. Qui enim secundum typum eorum qui in Plero-

(1) Multae de hoc difficili loco prolatae sunt interpretationes. FEUARDENT. haec sicco pede transit; GRABE textum mutilum accusat, atque medelae spem abiicit; MASSUET proponit « possit osten- « dere quoque *secundam* decadem » bene quidem, si illius *secundam* plena ratio redderetur. Eius corrector in *Biblioth. choisie* et STIEREN supponunt « neque nova ad- « dita decade » sententiam cum seqq. connectentes. HARVEY demum supponens in textu graeco β' δέκαδι abiiciendum putat « se- « cundam », et legendum « duode- « cadem », sententiam a ceteris omnibus avellens novamque periodum ita instituens: « Sed per « apostolorum numerum typum fa- « ctum, potuit ostendere neque duo- « decadem »; quod plane nimis violentum est tum quod graeca, tum latina quod attinet. Quum mens Iren. in genere eluceat « eo nempe « tendens – ut ait GRABE – quod « vanum sit XII Christi apostolos « typum facere XII Aeonum, quum « haud alii dentur apostoli numero « decem et octo, quibus vel decas « vel ogdoas priorum Aeonum a- « dumbretur; septuaginta enim di- « scipulos a Servatore postea ele- « ctos huc trahi non posse, utpote « numero longe superiores » ab ulterioribus abstinere possumus. Verum nec piget nuntiare litteram cod. Vat. (quae, ut notum est, notis potius quam integris verbis constituitur) perbelle ita legi posse: « ut, per apostolorum numerum, « typum factum possit ostendere « aeque secus duodecade », quae sensum omnino absolutum dant si *typum factum* referatur ad propositum decadis typum qui in Gnosticorum analogiis desideratur.

(2) LUC. X, 1; septuaginta *duos* habet Vulg. sed contra textus graeci fidem.

mate sunt Aeonum, electionem facit apostolorum, numquam aliorum quidem faceret, aliorum vero non faceret; sed per omnes apostolos tentasset servare imaginem, et ostendere typum eorum qui sunt in Pleromate Aeonum.

2. [*WH. XXXII, 5*]. Sed neque de Paulo quidem tacendum est, sed exigendum ab his, in cuius Aeonis typum Apostolus nobis traditus est: nisi forte in Salvatoris compositi eorum, qui et ex omnium collatione subsistit, quem et « Omnia » nuncupant, eo quod sit ex omnibus: de quo et Hesiodus poëta splendide significavit, Pandoram,(1) ⟨id est « Omnium munus »⟩, nominans eum, ob hoc quod ex omnibus optimum munus in eo sit collocatum. In quibus ratio haec est: Hermes ⟨sicut graeco sermone exprimitur⟩ Αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος | Ἐς αὐτοὺς κάτθετο,(2) ⟨ut hoc ipsum latino sermone dicamus: « Fraudolentiae, sive « seductionis verba, et subinvolantes mores indidit eorum « sensibus »⟩, ad seducendum stultos hominum, ut credant figmentis eorum. Mater enim, hoc est Leto,(3) occulte commovit eos, (unde et Leto nuncupata est secundum graeci sermonis significantiam, eo quod occulte homines commo-

(1) Cfr. sup. XIV, 6.

(2) HESIOD. *Op. et dies*, v. 77. Loco ἐς αὐτοὺς κάτθετο ap. Hesiod. legimus τεῦξε (fecit), quod in Ott.[2] hoc loco (nec correctoris manu) legimus. Sed frustra: Iren. quidem non posuit illa quasi Hesiodi sententiam (adeone oblitus sui ut de Pandora αὐτούς dixerit?), sed ut suipsius in Gnosticos verba complerent: interpres errans et haec quoque graeca suis latinis inseruit. — Loco « subinvolantes » (*sic!*) lege *dolosos*.

(3) Λητώ seu Latona: radix λαθ (λανθάνομαι) latine *lat(ere)* quidem redditur, sed huius nominis etymon dubium est. Cfr. CURTIUS, *Gr. Etymol. magn.*[5] fr. 120; ENMANN in ROSCHER's *Myth. Worterb.* II, 1970. Eadem tamen etymologia apud PLUT. *De Daedal. platon.* 3–4; EUSTAT. *Ethymol. magn.* 564, 16; cfr. PLAT. *Cratyl.* 406 etc. Quum vero Latona mater dicatur Artemidis et Apollinis (Luna et Sol) eam etymologiam interpretantur periti tamquam ad Noctem, seu ad tenebras terram obvolventes adludentem. Cfr. plura apud DAREMBERG–SAGLIO, *Dict. des antiq.* III[2], p. 986.

veret), nesciente Demiurgo, enuntiare profunda et inenarrabilia mysteria prurientibus aures.[1] Et non solum per Hesiodum hoc operata est mater eorum mysterium dici, sed et Pindari lyrici[2] sapienter valde, ut caelet Demiurgo in Pelope, cuius caro in partes a patre divisa est, et ab omnibus diis collecta, et allata, et compacta, Pandoram hoc modo significavit: ex qua et isti compuncti[3] eadem secundum eos dicentes, eiusdem generis et spiritus sunt cum illis.

CAP. XXII. [*XXXII, 6*]. OSTENSIO QUONIAM UNO ANNO NON PRAECONAVERIT DOMINUS POST BAPTISMUM SED OMNEM HABUISSE EUM AETATEM. 1. Quia autem et tricenarius numerus eorum omnis excidit secundum eos, aliquando quidem paucis, aliquando autem plurimis Aeonibus statim[4] in Pleromate inventis, ostendimus. Non ergo triginta Aeones sunt, nec ob hoc Salvator triginta annorum exsistens venit ab baptismum, ut ostenderet tacitos[5] Aeones eorum triginta: alioquin ipsum[6] primum erunt discernentes et eii-

(1) Κνηθομένοις τὴν ακοήν. Cfr. *Timoth.* IV, 3.

(2) (διά) τοῦ Πινδάρου, h. e. per Pindarum. Argumentum est *Olymp.* od. 1. Cfr. OVID. *Metam.* I, 407, et TATIAN. o. c. 25 fin. — « Pelops vero filius Tantali fuit, « cuius pater, quum deos in terris « vagantes hospitio et convivio ex- « cepisset, ut certo aliquo argu- « mento divinitatem eorum expe- « riretur, Pelopem filium membra- « tim dissectum illis epulandum « apposuit; ... Iupiter vero miser- « tus, collectis partibus quas sin- « gulas ceteri dii illis exhibuerunt, « ad se allata et compacta ad vitam « revocavit ». Ita fere FEUARDENT. ex SCHOLIAST. ad v. 38 praefatae Odae. Ut caelet (ὥστε κρύψαι) = caelatum seu absconditum esse...

(3) Κεκαυτηριασμένοι, i. e. quasi cauterio inusti (cfr. I *Tim.* IV, 2). BILLIUS. Hic vero veluti « obdu- « rati » « impudentes » etc. ponitur. Aegre haec referri possunt ad I, XXV, 6 (p. 266) ut vult Harvey.

(4) εὐθύς pro αὖθις (= rursus)?

(5) Σεσιγημένοι « qui tacentur ». Cfr. I, 1, 3 (init). Quae vox opportune hic adhibetur quum de eorum revelatione agatur. — Subtilior igitur tum ratio allata a MASSUET « quasi a Sige geniti » [*sic*], tum correctio HARVEY: « osten- « deret tacitus ».

(6) I. e. Salvator qui eliminandus et tollendus (διακρίνοντες) e Pleromate erit si tantum XXX sint Aeones. Cfr. supr. XII, 7.

cientes de Pleromate omnium. Duodecimo autem mense dicunt eum passum, ut sit anno uno post baptismum praedicans, et ex propheta tentant hoc ipsum confirmare (scriptum est enim: « Vocare annum Domini acceptum, et diem retri-« butionis »), (1) vere caecutientes, qui profunda Bythi adinvenisse se dicunt, et non intelligentes ab Esaia dictum annum Domini acceptabilem, nec diem retributionis. Neque enim de die, quae duodecim horarum habet spatium, dictum est in propheta; nec de anno duodecim mensium habente mensuram. Quia enim prophetae in parabolis et allegoriis, et non secundum sonum ipsarum dictionum plurima dixerunt, et ipsi confitentur.

2. [7]. Dies ergo retributionis dictus est, in quo retribuet Dominus unicuique secundum opera sua, hoc est, iudicium. Annus autem Domini acceptabilis, tempus hoc, in quo vocantur ab eo hi qui credunt ei, et acceptabiles fiunt Deo: (2) hoc est, omne ab adventu eius tempus usque ad consummationem, in quo, ut fructus, eos qui salvantur, acquirit. (3) Sequitur enim, secundum dictionem prophetae, annum dies retributionis, et erit mentitus propheta, si anno tantummodo Dominus praedicavit, et de eo dicit. Ubi est enim dies retributionis? transivit enim annus, et nondum dies retributionis est; sed adhuc « solem suum oriri facit « super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos ». (4) Et persequutionem quidem patiuntur iusti, et affliguntur, et occiduntur; in abundantia autem sunt peccatores, et « cum « cithara et psalterio bibunt, opera autem Domini non in-

(1) Isa. LXI, 2, iuxt. Graec. LXX: καλέσαι.

(2) Cfr. *Rom.* II, 6.

(3) *Adquirit ut fructus*] allusio ad καρποφορίας Gnosticorum.

(4) Matth. V, 45, ad litteram cum vers. lat. Vulg. et contr. hod. text. graec. — Nonne vero in proxime sequentibus et in integro hoc § veluti echo persequutionis et cladis resonare videtur? Equidem haec scripta longe ante a. 185 quo IV libr. confectus est facile legenti praef. III patebit. Cfr. *Proleg.* p. 15 [Εἰς ἐπίδ. c. 48, ubi sane levius rei argumentum est].

« tendunt ». (1) Debet autem secundum dictionem copulari, et sequens esse anno dies retributionis. Dictum est enim, « vocare annum Domini acceptum, et diem retribu« tionis ». Bene itaque intelligitur tempus hoc in quo vocantur et salvantur a Domino, annus Domini acceptus: quem subsequitur dies retributionis, idest, iudicium. Et non solum autem annus tempus hoc dicitur, sed et dies nominatur, et a propheta, et a Paulo: in quibus et Apostolus memor Scripturae, in epistola quae est ad Romanos ait: « Sicut « scriptum est: Propter te morte afficimur tota die, aesti« mati sumus ut oves occisionis ».(2) Nunc autem « tota die » pro omni hoc tempore dictum est, in quo persequutionem patimur, et ut oves occidimur. Sicut ergo dies haec non illam quae in XII horis subsistit, significat, sed omne tempus in quo patiuntur et interficiuntur propter Christum credentes ei; ita et illic annus, non qui est ex duodecim mensibus dicitur, sed omne fidei tempus, in quo audientes praedicationem credunt homines, et acceptabiles Domino fiunt, qui se ei copulant. (3)

3. [*WH. XXXIII, 1*]. Est autem valde admirari, quonam modo profunda Dei adinvenisse se dicentes, non scrutati sunt in Evangeliis, quoties secundum tempus Paschae Dominus post baptisma ascenderit in Hierusalem, secundum quod moris erat Iudaeis ex omni regione, omni anno, tempore hoc convenire in Hierusalem, et illic diem festum Paschae celebrare.(4) Et primum quidem ut fecit vinum ex

(1) Iterum ex Isa. V, 12 cum LXX et contra hebr. ac Vulg.

(2) *Rom.* VIII, 36, ex *Psalm.* XLIV, 23. Omnino cum cod. Fulden. contra Vulg. in variet.: « morte « afficimur » et « *ut* oves ».

(3) Cfr. Εἰς ἐπίδ. 95 fin.

(4) De hoc § cfr. Fendt, *Die Dauer* etc. pp. 17–27 vel Schubert, in *Bibl. Ztschr.* 1906, fasc. I. — Adnotabis Iren. primum esse qui Evangelio Iohannis utatur in hac gravi controversia: iuxta Belser (ibid. 1903, pp. 50, 128) ipse primus quoque est qui de pluribus annis vitae Christi publicae opinionem prodat. Cfr. et adnot. ad I, III, 3, p. 92, not. 3. Post il-

aqua in Cana Galilaeae, ascendit in diem festum Paschae; quando et scriptum est: « Quia multi crediderunt in eum, « videntes signa quae faciebat »,(1) sicut Iohannes Domini discipulus meminit. Dehinc iterum subtrahens se invenitur in Samaria, quando et cum Samaritana disputabat; et filium centurionis absens verbo curavit, dicens: « Vade, filius tuus « vivit ».(2) Et post haec iterum secunda vice ascendit in diem festum Paschae(3) in Hierusalem, quando paralyticum,

lum Gnosticorum commentum placuisse videtur Clementi, Origeni, Ephraemo, Augustino (?), Hilario, Tertulliano, Iulio Africano, Hippolyto, Cyrillo Hierosol. etc. — His nonnulli recentiores consentiunt decernentes Ioannem unum omnino Pascha prae oculis habuisse ceterasque mentiones corruptis codicibus et interpretationibus praeposteris reliquorum festorum Iudaeorum esse adscribendas. — Cfr. BELSER, l. c. et in *Ioh. Comm.* Quibus merito SCHUBERT hunc Irenaei locum opponit.

(1) IOANN. II, 13, 23. De quo nulla controversia.

(2) Cfr. IOANN. IV, 50.

(3) Cfr. IOANN. V, 1 sqq. Magna difficultas in hisce verbis sita est. In hodierno Evangelii textu heic nulla est Paschae mentio, sed tantum ponitur: **Μετὰ ταῦτα ἦν ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων** qualem fere omnes interpretes et Patres (exceptis THEODORET. *In Dan. XI* et HIERON. in *Comment.*) intelligunt *scenopegiam*. E contra rotunde affirmatur ἦν ἐγγὺς τὸ πάσχα ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων praecise infra ubi de multiplicatione panum est sermo, seu VI, 4, ubi Irenaeus nullam Paschae mentionem facit. — Codices antiquissimi pro hac lectione VI, 4 afferuntur, v. g. ℵ C E F etc., sed critici observant vitium hic esse primigenium, quum Eusebius, a quo potissimum hi codices originem repetunt, huic interpolationi verbi τὸ πάσχα quam maxime insistat ut suam de triennio doctrinam confirmet. Caeterum et CYRILLUS HIEROS. (*in Ioan.* 32, 16) verba haec nullatenus legit, nec legunt Origenes aliique Patres, ita ut prorsus certum sit sub finem I saec. versum hunc haberi ἦν ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων. Hinc concludunt nonnulli in Evang. Ioannis non haberi mentionem nisi unius Paschae (seu II, 13) ante Pascha XI, 55 (quod omnibus consentientibus fuit Pascha passionis). — Alii ut HOLTZMANN (*Un- und Umordnungen im IV Evang.*) in *ZNTW* 1902, p. 50 sqq. docent versiculos V, 1, et VI, 4, sedem commutasse, immo integras pericopas transpositas esse ita ut primum multiplicatio panum, dein sanatio paralytici sequeretur. Sed hoc postremum Irenaei textus sane non feret: SCHUBERT, l. c. ita Iren. intelligit ut hic reapse Pascha po-

qui iuxta natatoriam iacebat XXXVIII annos, curavit, iubens ut surgeret et auferret grabatum suum, et iret: et iterum inde secedens trans mare Tiberiadis, ubi et quum multa turba eum fuisset sequuta, de quinque panibus satiavit omnem illam multitudinem, et superaverunt duodecim cophini fragmentorum. Deinde quum Lazarum suscitasset ex mortuis, et insidiae fierent a Pharisaeis, secedit in Ephrem civitatem:(1) et inde « ante sex dies Paschae veniens in Bethaniam »(2) scribitur, et de Bethania ascendens in Hierosolymam, et manducans pascha, et sequenti die passus. Quoniam autem tria haec Paschae tempora non sunt unus annus, omnis quilibet confitebitur. Et ipsum autem mensem in quo Pascha celebratur, in quo et passus est Dominus, non duodecimum sed primum esse, qui omnia se scire iactant, si nesciunt, a Moyse possunt discere.(3) Falsa ergo ostensa est et

nat in VI, 4, sed quum id potissimum illius intersit, eam statim ab initio commemoret. Hoc veluti symmetrica dispositione trium partium ostendi putat, quarum in unaquaque ad Pascha adscensio inter ante- et postfactum ponitur: v. g. *A*) 1. Nuptiae Canae; 2. Adscensio paschalis; 3. Sanatio filii centurionis; *B*) 1. Sanatio paralytici; 2. Adscensio paschalis; 3. Multipl. panum; *C*) 1. Resurrectio Lazari; 2. Adscensio paschalis; 3. Passio. Sed neque id plane intelligi potest absque violentia textui Iren. Porro, quum de huius veridicitate hic dubium moveri non possit, quippe tota argumentatio Ir. funditus corrueret si illius tempore τὸ πάσχα vel in V, 1, vel in VI, 4, non legeretur, putamus reapse Irenaeum haec duo verba legisse ubi ab eodem innuuntur, nempe V, 1, unde in posterum ad VI, 4 extensa, ibi demum solum constiterint probabiliter ex similitudine eorum verborum cum II, 13, et XI, 55 (ἐγγὺς ἦν τὸ πασχα τῶν Ἰουδαίων).

(1) IOANN. XI, 53-54.

(2) IOANN. XII, 1. Haec supputatio trium Paschatum cuius Noster primus exemplum dedit, post Eusebium ab omnibus fere historicis, ad chronologiam vitae Domini exhibendam, exscripta est.

(3) Ad I, III, 3 (p. 92, not. 3) « significari... quoniam duodecimo « mense passus est » opponit *Exod.* XII, 2, ubi de mense paschali dicitur « mensis iste vobis princi« pium mensium, primus erit in « mensibus anni ». Cfr. et v. 18; *Levit.* XXIII, 5; *Num.* XXVIII, 16 etc. — In proximis *absolutio* (ἐπίλυσις) i. e. ac explicatio.

anni et duodecimi mensis absolutio eorum, et debent aut absolutionem suam, aut Evangelium reprobare: alioquin, quomodo uno anno tantum Dominus praedicavit?

4. [2]. Triginta quidem annorum exsistens quum veniret ad baptismum,[1] deinde magistri aetatem perfectam habens, venit Hierusalem, ita ut ab omnibus iuste audiret[2] magister: non enim aliud videbatur et aliud erat, sicut inquiunt qui putativum introducunt; sed quod erat, hoc et videbatur. Magister ergo exsistens, magistri quoque habebat aetatem, non reprobans nec supergrediens hominem, neque solvens legem in se humani generis, sed omnem aetatem sanctificans per illam quae ad ipsum erat similitudinem. Omnes enim venit per semetipsum salvare:[3] omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes,[4] et parvulos, et pueros, et iuvenes, et seniores. Ideo per omnem venit aetatem, et infantibus infans factus, sanctificans infantes: in parvulis parvulus, sanctificans hanc ipsam habentes aetatem, simul et exemplum illis pietatis effectus, et iustitiae, et sub-

(1) Luc. III, 23. Errant igitur qui putant Ir. legisse in Luc. λη′ pro λ′ ἤ (ut habetur in antiquis codd. loco ὡς vel ὢν), i. e. 38 pro 30. Cfr. et infra § 5 ubi verba Lucae affert.

(2) Inter Iudaeos quidem nemo rabbi nomine laudari poterat qui 30 annum non excessisset quum iunior Scripturas integras legere nemo posset. Cfr. et *Num.* IV, 3; et Schürer, *Gesch. d. Jud. Volks*, II', 315 sqq. — Harvey *audiret* commutandum existimat in audiretur seu ordiretur, eo quod « sensum non fundat », sed non recte.

(3) Cfr. III, xvii, 4: est igitur conceptus recapitulationis *omnium* in Christo, qui Irenaeum ducit ad hanc singularem sententiam: quum enim omnia in Christo sint salvanda, omnia, omnes quoque aetates, in eo apparere debuerunt; senectute non excepta. Ad hanc conclusionem non necessario impellere doctrinam de Deo homine facto, superfluum est dicere, sed hinc etiam deprehendere iuvat quam alte et plene haec ipsa doctrina Irenaei animo insederit. Cfr. Hippol. *De Christo et Antichr.* c. 44.

(4) εἰς Θεὸν ἀναγέννησις ex consueto Iren. stylo baptismum indicat: verum id *solum* sufficitne ut Wall, *Hist. paedobapt.* et alii putaverunt ad paedobaptismi praxim hic innuendam? — Sane Iren. hoc primum non intendit.

iectionis: in iuvenibus iuvenis, exemplum iuvenibus fiens, et sanctificans Domino. Sic et senior in senioribus, ut sit perfectus magister in omnibus, non solum secundum expositionem veritatis, sed et secundum aetatem, sanctificans simul et seniores, exemplum ipsis quoque fiens: deinde et usque ad mortem pervenit, ut sit « primogenitus ex mortuis, « ipse primatum tenens in omnibus », (1) princeps vitae, prior omnium, et praecedens omnes.

5. [*WH. XXXIII, 3*]. Illi autem, ut figmentum suum de eo quod est scriptum « vocare annum Domini acceptum » affirment, dicunt uno anno eum praedicasse, et duodecimo mense passum: contra semetipsos obliti sunt, solventes eius omne negotium, et magis necessariam, et magis honorabilem aetatem eius auferentes, illam, inquam, provectiorem, in qua et docens praeerat universis. Quomodo enim habuit discipulos, si non docebat? Quomodo autem docebat, magistri aetatem non habens? (2) Ad baptismum enim venit nondum qui triginta annos suppleverat, sed qui inciperet esse tamquam triginta annorum (ita enim, qui eius annos significavit Lucas, posuit: « Iesus autem erat quasi incipiens « triginta annorum », quum veniret ad baptismum), et a baptismate uno tantum anno praedicavit; complens trigesimum annum passus est, adhuc iuvenis exsistens, et qui necdum provectiorem haberet aetatem. Quia autem triginta annorum aetas prima indolis est iuvenis, (3) et exten-

(1) *Col.* I, 18. — Cfr. autem ad expositionem mentis Iren. l. V, XXXI, 1-2; plane ex eodem **ἀνακεφαλαιώσεως** conceptu, Noster tum mortem Domini tum illius triduanam commorationem in inferis necessariam dicere videtur. Cfr. **Εἰς ἐπίδ.** 78: « Hic quoque causas « mortis suae ostendit: descendit « enim ad inferos, ut mortuos « quoque iustificaret ».

(2) Cfr. supr. p. 408, not. 2.

(3) Qua aetate iuxta Iren. mortuus fuerit Christus, vix hucusque dici poterat: sed in **Εἰς ἐπίδ.** c. 74, Pontius Pilatus, quum Dominus capite damnaret, dicitur procurator fuisse Claudii. Caligula autem 24 ian. 41 mortuus est: non igitur ante 41 aetatis suae annum.

ditur usque ad quadragesimum annum, omnis quilibet confitebitur; a quadragesimo autem et quinquagesimo anno declinat iam in aetatem seniorem, quam habens Dominus noster docebat, sicut Evangelium et omnes seniores testantur, qui in Asia apud Iohannem discipulum Domini convenerunt, id ipsum tradidisse eis Iohannem. (1) Permansit autem cum eis usque ad Traiani tempora. Quidam autem eorum non solum Iohannem, sed et alios apostolos viderunt, et haec eadem ab ipsis audierunt, et testantur de huiusmodi rela-

καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι μαρτυροῦσιν οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἰωάννῃ τῷ τοῦ Κυρίου μαθητῇ συμβεβληκότες, παραδεδωκέναι ταῦτα τὸν Ἰωάννην. Παρέμεινε γὰρ αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων.

Christus oblatus est iuxta Iren. Sed HARNACK (in not. p. 62) scite animadvertit alios huius traditionis testes praecise anno 41 mortem Domini adscripsisse. Apud enim HIPPOLYTUM, *Comm. in Danielem* (ed. Bonwetsch, p. 242, 7, ubi versionem slavicam et ms. Athous concordare ostendit) per interpolationem annus consularis huius eventus dicitur Γ. **Καίσαρος τὸ δ' καὶ [Γαΐου] Κεστίου** (leg. Gn. Sentii), i. e. a. 41. Eadem probabilissime sententia Irenaei fuerit. (ZAHN tamen loc. cit. his non acquiescit). Porro id falsum esse non oportet ostendere: sufficiat Pilatum ea tempestate in Iudaea nequaquam fuisse.

(1) Fragmentum hoc, sane praecipuum, graece EUSEBIO, *Hist. eccl.* III, 23 debemus. Evangelium vero ad quod Iren. appellat esse nequit nisi Ev. Iohannis. Hinc Harnack incontinenter affirmat auctorem IV Evangelii, sicut et presbyteros de supra-quadragenaria aetate Christi testari ac proin longe a Domini temporibus abesse. (Cfr. *Chronol.* 335 et in not. ad Ἐπίδ. 74, p. 62). Contra hunc ZAHN vindicat id nimium probare, nempe: etiam ceteros apostolos eamdem opinionem fovisse, ac proin nulli fidendum, quippe presbyteri Irenaeum de ceteris apostolis ita sentientibus certiorem faciebant (cfr. mox). Propterea testimonium non extendendum ad XLI (vel supra) annos Christi, sed restringendum esse ad id quod Irenaeo praecipuum est, nempe Dominum triginta annos excessisse, ideoque non iam iunior, sed et senior et in aetate magistri constitutus neque uno tantum anno praedicasse. (*Forschung. z. G. d. NT. Kan.* VI [1900], p. 63). Sed quid si haec Irenaeus non ex seipso dixerit, verum ex scriptis Papiae excerpserit, utpote vox

tione.[1] Quibus magis oportet credi? Utrumne his talibus, an Ptolemaeo, qui apostolos numquam vidit, vestigium autem apostoli ne in somniis quidem assequutus est?

6. [*4*]. Sed et ipsi qui tunc disputabant cum Domino Iesu Christo Iudaei, apertissime hoc ipsum significaverunt. Quando enim eis dixit Dominus: « Abraham pater vester « exsultavit ut videret diem meum, et vidit, et gavisus est »,[2] responderunt ei: « Quinquaginta annos nondum habes, et « Abraham vidisti? » Hoc autem consequenter dicitur ei, qui iam XL annos excessit, quiquagesimum autem annum nondum attigit, non tamen multum a quinquagesimo anno absistat. Ei autem qui sit XXX annorum, diceretur utique: Quadraginta annorum nondum es. Qui enim volebant eum mendacem ostendere, non utique in multum extenderent annos ultra aetatem, quam eam habere conspiciebant: sed proxima aetatis dicebant, sive vere scientes ex conscriptione census,[3] sive coniicientes secundum aetatem, quam videbant habere eum super quadraginta; sed ut non quae esset triginta annorum. Irrationabile est enim omnino viginti annos mentiri eos, volentes eum iuniorem ostendere temporibus Abrahae. Quod autem videbant, hoc et loquebantur: qui autem videbatur, non erat putativus, sed veritas. Non ergo multum aberat a quinquaginta annis: et ideo dicebant ei: « Quinquaginta annorum nondum es, et Abraham vi- « disti? » Non ergo anno uno praedicavit, nec duodecimo mense anni passus est. Tempus enim a trigesimo anno

πάντες μαρτυροῦσιν innuere videtur? — *Permansit... tempora.* Cfr. III, III, fin. cum not. Traianus regnare coepit a. 98.

(1) Cfr. v. g. PAPIAE de scipso testimonium (ap. EUSEB. *H. E.* III, 39, 4).

(2) IOANN. VIII, 56-57 (cum Vulg.; *et* ante *videt* in cod. D). AUGUSTINUS, *De doctr. christ.* II, 28 quosdam docet falsos etiam ex Io. II, 20 ut Domino XLVI aetatis annos adscripserint. Num Papiam intelligit ille? Cfr. RIESS, *D. Geburtsjahr Christi*, 1880, p. 81.

(3) De qua cfr. LUC. II, 1, vel fortasse melius IOS. FLAV. *Antiq.* XVIII, 1.

usque ad quinquagesimum numquam erit unus annus, nisi si apud Aeones eorum tam magni anni sunt deputati his, qui apud Bythum in Pleromate ex ordine resident, de quibus et Homerus poeta dixit, et ipse inspiratus a matre eorum erroris:

> Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ' Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο
> Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ. (1)

⟨Quod latine ita interpretabimur:

> Dii autem apud Iovem considentes tractabant
> in aureo loco⟩.

CAP. XXIII. [*WH. XXXIV, 1*]. QUOMODO DESTRUITUR QUI EST DE NUMERIS IPSORUM ET NOMINIBUS SERMO. 1. Sed et de illa muliere, quae profluvio sanguinis laborans, tetigit fimbriam vestimenti Domini, et sanata est, aperta est eorum ignorantia (dicunt enim per eam ostendi passam illam duodecimam virtutem, et in infinitum defluxam, id est, duodecimum Aeonem), (2) primum quidem, quia secundum sectam eorum duodecimus non est iste Aeon, sicut ostendimus. Ut autem ex superfluo eis et hoc detur, duodecim Aeonibus exsistentibus, undecim quidem impassibiles perseverasse dicuntur, duodecimus autem passus: mulier autem e contrario duodecimo anno sanata, manifestum est quoniam undecim quidem annis habuit perseverantem passionem, duodecimo autem sanata est. Si quidem undecim Aeones in passione insanabili fuisse dicerentur, sanatus autem duodecimus, suasorium erat dicere typum eorum esse mulierem. Quia autem haec undecim quidem annis passa est, et non est sanata, duodecimo autem anno sanata est, quonam modo potest esse typus duodecimi Aeonis, ex quibus undecim omnino nihil passi sunt, solus autem duodecimus partici-

(1) Cfr. *Iliad.* IV, 1 et supra XVII, 3 fin.

(2) Cfr. MATTH. IX, 20; et supr. I, III, 3; II, XX, 1.

patus est passionem? Typus enim et imago secundum materiam, et secundum substantiam aliquoties a veritate diversus est: secundum autem habitum et lineamentum debet servare similitudinem, et similiter ostendere per praesentia illa quae non sunt praesentia. (1)

2. Et non solum in hac muliere anni infirmitatis descripti sunt, quos coaptari dicunt figmento suo, sed ecce et alia mulier similiter XVIII annis infirmata, sanata est, de qua Dominus ait: « Hanc autem filiam Abrahae, quam alligavit « Satanas decem et octo annis, non oportebat solvi in die « sabbati? » (2) Si ergo illa typus erat duodecimi Aeonis passi, et haec typus esse decimi octavi Aeonis passi debet. Sed non habent ostendere: alioquin prima et principalis eorum ogdoas connumerabitur compassis Aeonibus. Sed et alius autem quidam sanatur a Domino XXXVIII annos habens in sua passione: (3) et trigesimum et octavum passum Aeonem dicant. Si enim quae a Domino facta sunt, typos esse dicunt eorum quae sunt in Pleromate, typus in omnibus debet servari. Sed neque eam quae post XVIII annos curata est, nec eum qui post XXXVIII annos curatus est, possunt adaptare suo figmento. Insulsum autem et inconveniens est omnimodo dicere in quibusdam quidem servasse typum Salvatorem, in quibusdam autem non servasse. Dissimilis ergo et mulieris typus negotio Aeonum (4) ostenditur.

CAP. XXIV. [*WH. XXXIV, 3*]. 1. Adhuc autem et falsum demonstrat commentum eorum et instabile figmentum eorum etiam hoc ipsum, quod per numeros aliquando quidem

(1) Revocat in mentem Aristotelicam *signi* definitionem: « aliquid « praesens, sua consideratione du- « cens in alterius absentis noti- « tiam ».

(2) LUC. XIII, 6.

(3) Cfr. IOANN. V, 6, de paralytico ad piscinam Bethsaidae.

(4) I. e. πραγματείᾳ. HARVEY inepte immutanda haec censet in « negatio eorum », quasi graece ἡ τούτων ἀπόφασις fuerit.

et per syllabas nominum, aliquando autem et per syllabarum literas, aliquando vero et per numeros, qui secundum Graecos in literis continentur, tentant inferre probationes; (1) apertissime consternationem, ⟨sive confusionem⟩, et instabilitatem scientiae eorum et extortum demonstrat. (2) Iesus enim nomen alterius linguae exsistens ad Graecorum numerum transferentes, aliquando quidem episemon esse dicunt, sex habens literas: (3) aliquando autem plenitudinem ogdoadum DCCCLXXXVIII numerum habens. Graecum autem nomen, eius, quod est « Soter », ⟨id est Salvator⟩, quia non convenit figmento eorum, nec secundum numerum, nec secundum literas, tacuerunt. Et quidem si ex providentia Patris dominica nomina accepissent, per numerum et per literas significantia numerum in Pleromate, « Soter » nomen graecum exsistens, secundum graecitatem et per literas et per numeros Pleromatis debuit ostendere mysterium. Sed non ita habet, quia quinque quidem est literarum, numerus autem MCCCCVIII. (4) Haec autem in nullo communicant Pleromati eorum: non ergo vera est illa quae ab eis in Pleromate dicitur negotiatio.

2. [4]. Iesus autem nomen secundum propriam Hebraeorum linguam, literarum est duarum et dimidiae, sicut periti eorum dicunt, (5) significans Dominum eum qui continet caelum et terram, quia Iesus secundum antiquam hebraicam

(1) Hic et sqq. aggreditur argumenta arithmetico-alphabetica Marci, qui per numeros et syllabas (i. e. complexus) litterarum arguit v. g. quum nomen Ἰησοῦς sex litterarum dicit; per syllabarum litteras v. g. quum XXIV litterarum illius nominis *inenarrabile* ostendit; (cfr. I, XV, 1, p. 199); per numeros qui secundum Graecos in litteris continentur, quum de eodem DCCCLXXXVIII enunciat (ib. p. 201).

(2) Pendet a primo **αὐτὸ τοῦτο** quo cap. incipit.

(3) Cfr. I, XIV, 5; **XV**, 2 et supr. not. 1.

(4) **Σ** 200 **Ω** 800 **Τ** 300 **Η** 8 **Ρ** 100 = 1408.

(5) Haec igitur Irenaeus non ex sua propria scientia sed ex aliena profert, ut ZAHN scite advertit.

linguam caelum est, terra autem iterum « sura user » dicitur. (1) Verbum ergo « quod caelum et terram habet », ipse est Iesus. Falsa est ergo et episemi eorum redditio, et numerus autem eorum eversus est manifeste. Secundum enim propriam eorum linguam quinque literarum est graeco vocabulo Soter; Iesus autem iterum secundum hebraicam linguam duas et dimidiam habet literas. (2) Corruit ergo numerus calculi, qui est in DCCCLXXXVIII. (3) Et per omnia autem Hebraeorum literae non conveniunt numero Graecorum, quae maxime deberent antiquiores et firmiores exsistentes, salvare supputationem nominum. Ipsae enim antiquae et primae Hebraeorum literae et sacerdotales (4)

(1) In ישן litteram י (iuxta alios ן quae sine vocali est) ut dimidiam habet: hae vero tres litterae initiales sunt verborum י[הוה,] ש[מים] ו[ארץ]. Insequens explicatio idipsum fortasse significat, sed textus ob imperitiam interpretis et amanuensium misere deturpatus est. Probabiliter post *linguam* excidit ob ὁμοτελευτείᾳ phrasis « [Dominus est et Σ iuxta eamdem « hebraicam linguam] caelum est »; I autem in primo commate male *Iesus* est redditum; ארץ vero fortasse literis graecis scriptum ΣΡΑ in *Sura* transiit: super quod quis peritior scripserit glossema *Ufer* (עפר = pulvis) quum littera initialis huius verbi melius illi congruere visa sit cum postrema littera nominis Iesu (potius ישע quam ישן scribendum). HARVEY vero hanc restitutionem proponit: « linguam caelum est [et terra, cae- « lum est] *sma*, terra, autem ite- « rum *uers* dicitur ».

(2) *Sio* vel *Sion* legunt hic cod. nostri plane ex ישן ab aliquo in margine addito ad ostensionem eorum quae Iren. profert.

(3) Ut aliud argumentum habeas perturbati textus, adnotandum existimo nostros codices verba IN DCCCLXXXVIII commutasse in haec: IVDAICE 88, prout Feuardent. quoque expressit!

(4) Hoc nomen nullibi alias reperire datum est de litteris hebraicis (*hieraticos* vocari Aegyptiorum decliviores characteres non est quod dicam). Verum quisque novit litteras praesentes Hebraeorum chaldaicas potius esse: quibus inductis, sane credibile est primas et antiquas in sacris libris et ritibus observatas esse ac propterea sacerdotales vocatas. At Harvey sacerdotales (λειτουργικά [?]) idem ac שמשין putat esse, seu quae communiter ut numeri accipiuntur, h. e. primae decem.[?] Grabe vero ἱερουργικά, seu quibus ss. codices sunt exarati, aptius expressum putat.

nuncupatae, decem quidem sunt numero; scribuntur autem quaeque per quindecim, novissima litera copulata primae. (1)

(1) Fateor in vanum me diu quaesiisse quomodo difficillimus hic textus in singulis et in toto exponi posset. Sane litterae hebraicae, demptis finalibus, sunt 22, non decem: cum finalibus vero (quarum usum Ir. tempori quis affingat?) 27; quae igitur, utcumque copulentur, etiam novissima cum prima v. g את, בש etc. numquam dabunt 10, sed vel 11 vel 13 1/2 paria. Quis autem docebit cur scribantur per XV? Etiam suppositis graecis veluti γράφεται δὲ... διὰ ιε, hisque respondentibus hebraice יה, quis aperiet scribi litteras omnes per יה? Sed fortasse quum v. g. י ab Ir. *dimidia* dicatur (si tamen dicitur: cfr. infra) littera, ergo non erunt litterae plenae 7 vocales: has deme, 15 utique supersunt litterae. Sed neque his 15 omnia aptari quae Iren. docet quicumque per se videt. Ergo vel Iren. de aliis a nobis cognitis litteris loquitur, vel quae docet male « a « peritis eorum » audivit, vel textus plane et citra spem corruptus est: in omni tamen casu ab inquisitione abstinendum puto. Nec quis aliter sentiet, Massueti et Harvey ex. g. interpretationibus auditis. Quorum primus, distributis litteris (22 + 5 final.), quatenus numeros indicant, in tres columnas respective novem unitatibus, novem denariis, novemque centenariis constantes ita exponit: « *Ipsae... pri-* « *mae*] I. e. in hoc conveniunt « hebr. litt. cum graec. quod et « illae in unaquaque columna, no- « vem quum sint, desinant semper « in denarium, quae prior littera est « columnae insequentis: ac proin si « novissima cuiusque columnae lit- « tera (v. g. ט) copuletur primae « columnae sequentis (v. g. י) de- « cem efficiunt seu decem sunt « numero. *Scribuntur autem per* « *decem*: sic ordinantur ut postre- « ma cuiuslibet columnae littera « in denarium desinente, litterae « omnes in varias columnas divisae « scribantur per decem seu deca- « das, *et quinque*: finales videlicet. « Quia enim tertius nonarius tan- « tum constaret litteris quatuor « necesse fuit quinque finales ad- « dere ut compleretur decas. Et « in hoc differunt litterae arithme- « ticae Hebraeorum a graecis quod « in his eaedem nusquam repetan- « tur litterae: in illis repetantur. « Quapropter ex voce ישׁן vel ישׁע « idem numerus non exsurget at- « que ex voce Ἰησοῦς ». Harvey vero ut olim Feuardent. Iren. dicta restringit ad primas 10 litteras, prout dixi, nempe ab א ad י quae quidem *decem sunt* utique *numero*. *Scribuntur autem per XV* i. e. διὰ ιε, scl. יא (*sic*) *copulata novissima primae* ut patet. *Scribuntur* autem, quia י et א sunt principales matres lectionis quae quum puncta non adessent vice vocalium *a*, *e*, *i* (de *o* et *u* nullum dubium nam et ו paulo

Et ideo quae[dam] quidem secundum subsequentiam scribunt, sicuti et nos: quaedam autem retrorsum a dextra parte in sinistram partem retorquentes literas. Et Christus autem supputationem nominis convenientem Aeonibus Pleromatis eorum habere debuit, qui ad stabilitatem et correctionem Pleromatis eorum prolatus est, secundum quod dicunt. Et Pater autem similiter et per literas, et per numerum, continere debuit numerum eorum, qui ab eo prolati sunt Aeonum; sed et Bythus similiter: nihilominus autem et Unigenitus, et maxime autem super omnia nomen quod dicitur Deus, quod et ipsum hebraice Baruch dicitur, et duas et dimidiam habet literas. (1) Ex hoc ergo quod firmiora nomina secundum hebraicam et graecitatis linguam, nec secundum numerum literarum, nec secundum supputationem conveniunt figmento eorum, manifesta est de reliquis impudenter extorta supputatio.

3. [*WH. XXXV*]. Quoniam secundum Legem neque imagines, neque figurae exsistunt Plenitudinis ipsorum, sed nec figurae esse possunt. Etenim ex Lege, eligentes quaecumque concurrunt sectae eorum numero, tentant violenter probationes facere. Si autem erat propositum matri eorum, sive Salvatori, per Demiurgum typos eorum quae

ab י differt [*sic*]) ad omnium consonantium pronunciationem et scriptionem inserviebant. *Et ideo etc.* quia nempe tum si dextrorsum tum si sinistrorsum scribas, vel ישוי vel ןשוי idem erit numerus nempe 216: sed in romanis ita non est nam IX non est XI. ⟨At Iren. de graecis non de romanis loquitur!⟩. Vel potius int. erravit legens διά τοῦτο loco διά τούτων i. e. « Et his (lit« teris) quaedam, etc. ». — Sane satius erit mentem Iren. absconditam venerari, quam his doctis nugis tempus terere.

(1) Unigenitus (pro Christo) יחיד, Deus vero communi loquela ab Hebraeis ברוך seu « Benedi« ctus » etiam hodie dicitur (cfr. Luc. I, 68; *Rom.* IX, 5), quod tempore Iren. quum finales non exstarent ברוח scribi debuit; quomodo autem in his duas et dimidiam litteras legere possumus, nisi dimidia dicatur quae vocalem non habet nempe *d* in Iachid, et *ch* in Baruch? — In proximis *firmiora... et* intell. κυριώτερα... ἤ.

sunt in Pleromate ostendere, in verioribus et sanctioribus fieri typos fuissent operati: et maxime autem in ipsa arca testamenti, per quam (1) et omne tabernaculum testimonii compositum est. Facta est autem haec, longitudo quidem eius cubitis duobus et dimidio, (2) latitudo autem eius uno cubito et dimidio, et altitudo cubito uno et dimidio: numerus autem iste cubitorum in nullo convenit figmento eorum, per quem maxime typus ostendi debuit. Et propitiatorium autem similiter in nullo convenit expositionibus eorum. (3) Adhuc autem et mensa propositionis duobus cubitis longitudo, et unius cubiti latitudo, altitudo autem eius unius cubiti et dimidii, (4) ⟨haec ante sancta sanctorum⟩, per quae ne una quidem quantitas numeri significantiam quaternationis, sive octonationis, aut reliqui Pleromatis eorum continet. Quid autem candelabrum septem quidem habens calamiscos, lucernas autem septem? (5) et si quidem secundum typum facta fuissent, calamiscos octo, totidemque lucernas habere debuit, ad typum primae octonationis, quae praefulget in Aeonibus, et illuminat omnem plenitudinem. Atria autem decem exsistentia diligenter numeraverunt, typum ea dicentes decem Aeonum; (6) pelles autem iam non numeraverunt secundum numerum undecim factas. (7) Sed neque ipsorum atriorum magnitudinem mensi sunt, viginti et octo cubitorum longitudinem unumquodque atrium habens. (8) Et columnarum longitudinem factam decem

(1) Lege *propter* quam: δι' ἥν. Hoc cap. directe opponitur I, xviii.

(2) Cfr. *Exod.* XXV, 10.

(3) *Exod.* ibid. 17.

(4) Ibidem, 23.

(5) *Exod.* XXV, 31 sq. ubi *sex* dicuntur calamisci circa ramum medium lucernam sustinentem: fortasse *sex* quoque Iren. scripsit ut correl. μὲν... δὲ innuit. — In Εἰς ἀπίδ. 9 haec Irenaeo innuunt septem caelos, septem angelos, septemque Spiritus s. dona.

(6) Cfr. I, xviii, 3 (p. 224-225). Sed αὐλαῖαι proprie vela seu cortinas innuit.

(7) Cfr. *Exod.* XXVI, 7; *pelles* est tentorium ex xi pellibus contextum.

(8) Cfr. *Exod.* XXVI, 2.

cubitorum exponunt propter decadem Aeonum. « Latitudo autem unius et dimidii cubiti erat uniuscuiusque « columnae », [1] non iam exponunt, neque numerum omnium columnarum, neque serarum earum, quoniam non communicat argumento eorum. Quid autem oleum unctionis, quod omne tabernaculum sanctificavit? Fortasse latuit Salvatorem, aut dormiente Matre eorum Demiurgus a semetipso de pondere praecepit! Unde et dissonat ad Pleroma eorum: smyrnae quidem habens siclos quingentos, ireos D, cinnamomi CCL, calamisci CCL, et super haec oleum, ita ut ex quinque commixtionibus subsistat.[2] Et incensum autem similiter de stacte, et ungula, et galbano, et hedyosmo, et thure, quae in nullo communicare possunt neque commixtionibus, neque pondere, argumento eorum.[3] [*WH. XXXVI, 1*]. QUOMODO OMNIS NUMERUS CONSTARE POTEST EX SCRIPTURIS, ET TYPUS DICI OMNIS ARGUMENTI ET QUONIAM NON POSSIT CONSTARE PER NUMEROS VERITAS. Irrationabile est ergo et omnino rusticanum, in sublimibus quidem et elegantioribus Legis non servatos esse typos: in caeteris autem, sicubi aliquis numerus concurrit cum his quae ipsi dicunt, typus esse asseverare eorum quae sunt in Pleromate, quum omnis numerus multifarie in Scripturis sit positus: ita ut possit qui velit, non solum octonationem et decadem et duodecada, sed quemlibet ex Scripturis constituere numerum, et hunc typum esse commentati a se erroris.

4. [*WH. XXXVI, 2*]. Quia autem hoc verum est, numerus iste qui quinque dicitur, in nullo communicans argumento eorum, nec concurrens figmento eorum, nec

(1) Cfr. I, XVIII, 3 (ibid.) et *Exod.* XXVI, 16.

(2) De oleo et de aromatum pondere cfr. *Exod.* XXX, 23 sq. ubi sic exstant: myrrhae D, cinnamomi CCL, casiae D, olei I hin. Varietates parvi sunt momenti, de quibus cfr. Commentatores.

(3) Ap. *Exod.* XXX, 34 Vulg. habentur « stacten et onycha, gal« banum boni odoris (*sic*), thus... « aequali pondere ».

conveniens eis ad typicam eorum quae sunt in Pleromate demonstrationem, ex Scripturis sic suscipiet probationem. Soter nomen quinque literarum, et Pater autem habet quinque literas; sed et agape sunt literae quinque, et Dominus noster panes quinque benedicens, satiavit hominum quinque millia: sapientes virgines a Domino sunt quinque dictae; et stultae similiter quinque. Iterum quinque viri cum Domino fuisse dicuntur, quando testimonio Patris occurrit, scilicet Petrus, et Iacobus, et Iohannes, et Moyses, et Helias; quintus autem ingressus Dominus ad mortuam puellam, suscitavit eam: « Nullum enim », inquit, « permisit intrare, nisi Petrum, « et Iacobum, et patrem et matrem puellae ».(1) Ille dives apud inferos habere se quinque fratres dixit, ad quos unum ire rogat ex mortuis resurgentem. Natatoria piscina quinque habebat porticus, unde Dominus paralyticum sanum in suam domum ire praecepit. Et ipse habitus crucis, fines et summitates habet quinque, duos in longitudine, et duos in latitudine, et unum in medio, in quo requiescit qui clavis affigitur. (2) Unaquaeque manus nostra digitos quinque habet;

(1) Luc. VIII, 51. Vulg. habet post Iacobum, etiam καὶ Ἰωάνην, quam nonnulli antiqui codd. (apud Wescott-Hort) omittunt. — Reliquarum allusionem ad Evangel. locum indicare otiosum est: nec enim verba referuntur, et res sunt notissimae.

(2) Iustin. *C. Tryph.* c. 91 haec de cruce habet quae absque dubio Iren. respexit: Ὄρθιον γὰρ ἐστι τὸ ἓν ξύλον[1] ἀφ' οὗ ἐστι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερηρμένον[2], ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῇ, καὶ ἑκατέρωθεν[3-4] ὡς κέρατα τῷ ἑνὶ κέρατι παρεζευγμένα τὰ ἄκρα φαίνηται, καὶ τὸ ἐν τῷ μεσῷ πηγνύμενον[5], ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστίν, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι· (Est lignum ad perpendiculum, super quod est summum fragmentum instar cornu eminens: dein aliud lignum aptatur et hinc inde, veluti cornua primo cornui perpendicula, brachia extendit; id vero quod in medio impactum est, veluti cornu et ipsum elatum est, *super quod* sustinentur crucifixi). Hoc postremum quod impactum est etc. nonnulli quidem ubi duo ligna intersecantur ponunt velut capitis fulcimentum, sed perperam quum nonnisi *suppedaneum* esse constet tum ex verbis Iustini, tum ex antiquissimis quaeque crucis figurationibus.

sed et sensus habemus quinque: et quae in nostris sunt visceribus, in quinque possunt numerari, cor, et hepar, pulmones, splen, et renes. Adhuc etiam totus homo in hunc numerum potest dividi, caput, pectus, venter, femora, pedes. Quinque aetates transit humanum genus: primum infans, deinde puer, deinde parvulus, et post hoc iuvenis, sic deinde senior. In quinque libris Legem populo Moyses tradidit. Unaquaeque tabula quam accepit a Deo, praecepta habebat quinque. (1) Velamen sanctum sanctorum cooperiens, columnas habebat quinque. (2) Et holocausti altare, altitudo (3) eius erat quinque cubitorum. Sacerdotes in eremo electi sunt quinque, scilicet Aaron, Nadab, Abiud, Eleazar, et Ithamar. (4) Talaris, et logium, et reliqua sacerdotalis compositio de quinque contexta sunt: habebant enim aurum, et hyacinthum, et purpuram, et coccinum, et byssum. Et quinque reges Amorrhaeorum (5) in speluncis concludens Iesus Nave, capita eorum inculcari dedit populo. Et alia quoque multa millia huiusmodi, et in hoc numero, et in quo quis voluerit, sive ex Scripturis, sive ex subiacentibus naturae operibus colligere potest: et non iam ob hoc quinque Aeonas esse dicimus super Demiurgum, nec quinionem quasi ut divinam rem aliquam consecramus, nec instabilia, nec deliramenta per vanum istum laborem confirmare tentamus, neque creaturam bene aptatam a Deo, cogimus male in typos non exsistentium transferri, et impia et nefaria dogmata introducere, quum detectio et eversio ab omnibus sensum habentibus possit exsistere.

5. [*WH. XXXVI, 3*]. De diebus, et horis, et men-

(1) Cfr. Ios. Flav. *Antiq.* III, 6; Philon. *Decal.* et fere omnes Thalmudistas. Alii vero Patres, ut Clem., Aug., Ambros., quatuor in prima, sex in altera ponunt.

(2) Cfr. *Exod.* XXVI, 37; sed cfr. ibid. 32.

(3) Cfr. *Exod.* XXVII, 1, quod non plene consonat Irenaeo.

(4) Cfr. *Exod.* XXVIII, 1: de veste et logio etc. ibid. 5-15.

(5) Iosue, X, 17 sqq.

SIBUS, ET VOCABULIS, ET SYLLABIS. Quis enim concedat eis CCCLXV tantum [1] dies habere annum, ut sint duodecim menses e triginta diebus in typum duodecim Aeonum, dissimili et typo exsistente? Illic enim unusquisque Aeonum trigesima pars est universi Pleromatis, mensis autem duodecima pars anni ab ipsis esse dicitur. Si quidem annus in triginta divideretur, et mensis in duodecim, conveniens putaretur typus esse mendacio eorum. Nunc autem, in contrarium, Pleroma quidem eorum in triginta dividitur, pars autem eius aliqua in duodecim: hic autem omnis quidem annus in [x]II [2] dividitur partes, pars autem eius aliqua in triginta. Insulse itaque Salvator mensem quidem universi Pleromatis typum fecit fieri, annum autem, eius quae in Pleromate est duodecadis: magis enim conveniebat annum quidem in triginta dividere, sicut et totum Pleroma; mensem autem in duodecim, sicut et sunt in Pleromate eorum Aeones. Et illi quidem omne Pleroma in tres dividunt, id est, in octonationem, et decadem, et duodecadem. Hic autem annus in quatuor dividitur, id est, vernum, aestatem, autumnum, et hiemem. Sed neque menses, quos dicunt typum esse tricenarii, praefinitive triginta habent dies, sed alii quidem plures, alii autem minus, eo quod quinque dies superponantur eis. Et dies autem non semper praefinitas duodecim habet horas, sed a novem usque ad quindecimam ascendit, et iterum a quindecima in novem descendit. Non iam propter triginta Aeonas facti sunt menses triginta dierum; alioquin haberent praefinitas tricenarias dies: neque iterum dies horum, ut duodecim Aeonas per duodecim horas figurarent: haberent enim et ipsi praefiguratas semper duodecim horas.

6. [*WH. XXXVI, 4*]. ⟨DE AMEN ET⟩[3] DE XCVIIII OVIBUS, EX QUIBUS UNA PERIIT ET INVENTA EST. Adhuc autem ma-

(1) H. e. non alia ratione: iunge *tantum* ad *ut sint*, non ad *365*.

(2) Mss. *in duas*: prob. ex archetypo IN.DUOD.DIVIDITUR, unde in Vat. 1° «in quod dividitur».

(3) Cfr. p. seq. not. 2 (fin.).

terialia sinistram (1) vocantes, et ex necessitate quae sunt sinistrae in corruptionem cedere dicentes, et Salvatorem venisse ad ovem perditam, ut eam transferat ad dextram, id est ad illas quae sunt salutis nonaginta et novem oves, quae non perierunt, sed in ovili permanserunt, sinistrae manus exsistentes levamen (2) non esse salutis consentire eos necesse est. Et hoc quod non similiter eumdem numerum habet, cogentur sinistrae, id est corruptionis confiteri: et hoc nomen quod graece dicitur « Agape », secundum Graecorum literas, per quas apud eos supputatio signatur, nonaginta et tres numerum habens, similiter sinistrae manus, levamen est: et « Alethia » quoque similiter secundum supradictam rationem sexaginta quatuor numerum habens, in parte materialium subsistit: et omnia omnino quaecumque

(1) Cfr. I, v, 1 (p. 106); vi, 1 (p. 114) et xvi, 1, 2 (p. 209 et 213).

(2) Gnostici docebant: salutem non esse nisi in dextris (spiritualibus), perditionem vero necessariam in sinistris haberi, ac proinde sinistrum esse, idem existimari ac salutis subtractionem. Adhuc autem sinistros esse omnes numeros usque ad xcix quia hi omnes sinistra manu indicari solebant (cfr. p. 216, not. 1). — Irenaeus impugnat necessariam ex his consequentiam, h. e. sub xcix esse idem haberi ac salutis subtractionem. Ut id obtineat primum commemorat xcix oves quae utique salvae erant nec perierant, ac propterea simul sinistrae manus exsistebant quia xcix; dextrae vero quia salutis. — Hinc plane concludit « convenire eos necesse « est ea quae sinistrae manus sunt, « non esse privationem (seu le« vamen) salutis », τὰ ἀριστερᾶς χειρὸς ὄντα (interpres id referens ad antecedentia πρόβατα seu *oves*, probabiliter errat) ἀφαίρησιν μὴ εἶναι τῆς σωτηρίας. — Dein vero alia salutaria nomina commemorans, quorum litterarum summa ad c non attingit, « Ἀγαπή quo« que, inquit (seu Caritas), quae « in se tantum xciii habet (et pro« pterea sinistrae manus) et ipsa « sublatio (salutis) est »: quae expositio non solum ex maiore vi ironica qua textus ditaretur, sed etiam ex correlativo, ubi de Alethia, « in « parte materialium subsistit » confirmari videtur. — Haec tamen per coniecturam sint dicta. Tacendum demum nobis non est verba antiquissima quibus huius § inscriptio incipit, De amen, nonnisi cum hoc verbo levamen cognata videri: fortasse ex praepostera (?) lectione ceu amen.

sanctorum nomina non adimplent numerum centum, sed sinistrae tantum habent numeros, corruptibilia et materialia esse confiteri cogentur.

CAP. XXV. [*WH. XXXVII*]. OSTENSIO QUOD NEQUE SECUNDUM FORMAM PLEROMATIS EORUM FACTA SUNT QUAE FACTA SUNT NEQUE RURSUS VANE ET PROUT EVENIT.

1. Si quis autem ad haec dixerit: Quid ergo? in vanum ⟨est⟩ et ut provenit (1) et nominum positiones sunt, et apostolorum electio, et Domini operatio, et eorum quae facta sunt compositio? Dicemus eis: Non quidem; sed magna cum sapientia et diligentia ad liquidum apta et ornata omnia a Deo facta sunt, et antiqua et quaecumque in novissimis temporibus Verbum eius operatum est, et debent ea, non numero [x]xx, sed subiacenti copulare argumento, sive rationi: neque de Deo inquisitionem ex numeris, et syllabis, et litteris accipere (infirmum est enim hoc propter multifarium et varium eorum, et quod possit omne argumentum hodie aeque commentatum ab aliquo, contraria veritati ex ipsis sumere testimonia, eo quod in multa transferri possint); (2) sed ipsos numeros, et ea quae facta sunt, aptare debent subiacenti veritatis argumento. Non enim regula ex numeris, sed numeri ex regula: nec Deus ex factis, sed ea quae facta sunt, ex Deo. Omnia enim ex uno et eodem Deo. (3)

2. Quia autem varia et multa sunt quae facta sunt, et ad omnem quidem facturam bene aptata, et consonantia: quantum autem spectat ad unumquodque eorum, sunt sibi invicem contraria et non convenientia: sicut citharae sonus, per uniuscuiusque distantiam consonantem, unam melodiam

(1) Cfr. sup. XIV, 8 fin. (p. 371).

(2) Idem quod dixit I, III, 6 (p. 96).

(3) Quae iam sequuntur (usque ad XXVIII) aurea omnino sunt, neque hisce ipsis nostris diebus absque fructu leguntur. Cfr. horum semina ap. TATIAN. *C. Graec.* 5.

operatur, ex multis et contrariis sonis subsistens.[1] Debet ergo amator veri non transduci distantia uniuscuiusque soni, nec alium quidem huius, alium autem illius artificem suspicari et factorem: neque alium quidem acutiores, alium autem vastiores, alium vero medietates aptasse: sed unum et ipsum, ad totius operis et sapientiae demonstrationem, et iustitiae, et bonitatis, et muneris. Hi vero qui audiunt melodiam debent laudare et glorificare artificem, et aliorum quidem extensionem mirari, aliorum autem laxamentum intendere, aliorum vero inter utrumque temperamentum exaudire, aliorum autem typum[2] considerare, et ad quid unumquodque referat, et eorum causam inquirere; nusquam transferentes regulam, neque errantes ab artifice, neque abiicientes fidem quae est in unum Deum qui fecit omnia, neque blasphemantes nostrum conditorem.

3. Si autem et aliquis non invenerit causam omnium quae requiruntur, cogitet quia homo est, in infinitum minor Deo, et qui ex parte acceperit gratiam,[3] et qui nondum aequalis vel similis sit factori, et qui omnium experientiam et cogitationem habere non possit, ut Deus: sed in quantum minor est ab eo qui factus non est, et qui semper idem est, ille qui hodie factus est et initium facturae accepit, in tantum secundum scientiam, et ad investigandum causas omnium, minorem esse eo qui fecit.[4] Non enim infectus es, o homo, neque semper coexsistebas Deo, sicut proprium eius Verbum: sed propter eminentem bonitatem eius, nunc initium facturae accipiens, sensim discis a Verbo dispositiones Dei, qui te fecit.

(1) Melius placeret *subsistentem*, prout Harvey in cod. Clarom. docet haberi. Graece: ἓν μέλος... ὕπαρχον. — Pulcherrimam hanc comparationem cfr. quoque apud ATHENAG. *Legat. 16.*

(2) I. e. archetypum. — Extra metaphoram, typum quaerendum iniungit Irenaeus ubi Scripturas difficiliores experimur. Cfr. IV, XXXI, I ex quodam presbytero relata.

(3) Cfr. infr. XXVIII, 7; XXXIV, I fin.

(4) Ulterius et abunde de his in-

4. [*WH. XXXVIII*]. OSTENSIO QUONIAM DEMIURGUS NON SIT SUPERGRESSIBILIS MENTE, NEQUE SUPER EUM ALTERAM DIVINITATEM ESSE. Ordinem ergo serva tuae scientiae, et ne, ut bonorum ignarus, supertranscendas ipsum Deum, non enim transibilis est: neque super Demiurgum requiras quid sit, non enim invenies. Indeterminabilis est enim artifex tuus: neque tamquam hunc totum mensus sis, et tamquam qui per omnem eius fabricam veneris, et omne quod est in eo profundum, et altitudinem, et longitudinem consideraveris, super ipsum alium excogites Patrem. Non enim excogitabis, sed contra naturam sentiens, eris insipiens: et si in hoc perseveraveris, incides in insaniam, sublimiorem teipsum melioremque factore tuo existimans, et quod pertranseas regna eius.(1)

CAP. XXVI. [*WH. XXXIX*]. QUID SIT QUOD A PAULO DICTUM EST: « SCIENTIA INFLAT, DILECTIO AUTEM « AEDIFICAT ». 1. Melius est (2) ergo et utilius, idiotas et parum scientes exsistere, et per caritatem proximum fieri Deo, quam putare multum scire et multa expertos, in suum Dominum blasphemos inveniri, alterum Deum Patrem fabricantes: et ideo Paulus clamavit: « Scientia inflat, caritas « autem aedificat ». (3) Non quia veram scientiam de Deo

1. Ἄμεινον (2) καὶ συμφερώτερον, ἰδιώτας καὶ ὀλιγομαθεῖς ὑπάρχειν, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης πλησίον γενέσθαι τοῦ Θεοῦ, ἢ πολυμαθεῖς καὶ ἐμπείρους δοκοῦντας εἶναι, βλασφήμους εἰς τὸν ἑαυτῶν εὑρίσκεσθαι δεσπότην.

fra XXVIII, 2 ss. — Nota in proximis coexsistentiam Verbi infecti ab aeterno cum Patre [cfr. infr. XXX, 9; III, XVI, 6; XVIII, 1; IV, XIII, 4; XIV, 1; XX, 3, 7 etc.].

(1) Καὶ ὑπερβαίνοντα τὰς βασιλείας αὐτοῦ. Allusio ad ἀποθανατισμοὺς Gnosticorum (p. 241, not. 2).

(2) Hoc fragment. graec. est ex Io. DAMASC. *Sacra Parall.* Cfr. HOLL, *Fragm. vornic. KV. aus d. S. P.* (Leipzig, 1899), p. 58 (n. 137).

(3) I *Cor.* VIII, 1.

culparet, alioquin seipsum primum accusaret; sed quia sciebat quosdam sub occasione scientiae elatos excidere a dilectione Dei, et ob hoc opinari seipsos esse perfectos, imperfectum autem Demiurgum introducentes, abscidens eorum ob huiusmodi scientiam supercilium, ait: « Scientia « inflat, caritas autem aedificat ». Maior autem hac non est alia inflatio, quam ut opinetur quis se meliorem et perfectiorem esse eo qui fecerit, et plasmaverit, et spiramen vitae dederit, et hoc ipsum esse praestiterit. Melius itaque est,(1) sicuti praedixi, nihil omnino scientem quempiam, ne quidem unam causam cuiuslibet eorum quae facta sunt, cur factum sit, credere Deo, et perseverare eos in dilectione, aut (2) per huiusmodi scientiam inflatos excidere a dilectione, quae hominem vivificat: nec aliud inquirere ad scientiam, nisi Iesum Christum Filium Dei, qui pro nobis crucifixus est,(3) aut(2) per quaestionum subtilitates et minutiloquium in impietatem cadere.

2. Quid enim si per hos conatus paululum qui elatus, eo quod Dominus dixerit, quia « et capilli capitis vestri « omnes numerati sunt »,(4) curiose inquirere voluerit numerum uniuscuiusque capitis capillorum, et causam exquirere, per quam hic quidem tantos, ille autem tantos capillos habeat, non omnibus ex aequo habentibus, sed multis millibus super millia aliis atque aliis numeris inventis, eo quod alii quidem maiora, alii autem minora habeant capita; et alii quidem spissos capillos semper, alii autem raros, alii vero et omnino paucos capillos habeant: et hi, qui putant se numerum invenisse capillorum, tentent

(1) *Melius ... cadere.* Syriace legitur in cod. n. 12/167 (saec. VIII) ex saepe nominatis fragm. Nitrianis Musei Britannici: cfr. MARTIN in PITRA, *Anal. Sacr.* II, p. 18. Varietates minimae sunt scl. initio: *sicut diximus*, et in fine « quaestio« num *profunditatem*... in *atheis« mum* cadere ». Caetera ad verbum consonant.

(2) ἤ h. e. *quam*: hic error communis est cum cod. syriaco.

(3) Cfr. I *Cor.* II, 2.

(4) MATTH. X, 30.

referre ad testimonium suae sectae, quam excogitaverunt? Aut iterum si quis ob hoc quod dictum sit in Evangelio: « Nonne duo passeres asse vaeneunt? et unus ex his non « cadet super terram sine Patris vestri voluntate »:(1) enumerare voluerit captos ubique quotidie passeres sive in unaquaque regione, et causam requirere ob quam heri quidem tantos, ac pridie tantos, hodie autem iterum tanti sint qui capti sunt: et adnectat passerum numerum ad suum argumentum; nonne seipsum seducit omnino, et eos qui adquiescunt in magnam insaniam cogit, semper promptis hominibus, ut in talibus amplius quid quam magistri eorum putentur invenisse?

3. Quid autem si quis interroget nos, si omnis numerus omnium quae sunt facta, et quae fiant, scitur a Deo, et si secundum illius providentiam unusquisque eorum eam, quae secundum se est, accepit quantitatem: nobisque consentientibus et confitentibus, quia nihil omnino horum quae facta sunt, et quae fiunt et fient, scientiam Dei fugit, sed per illius providentiam unumquodque eorum et habitum, et ordinem, et numerum, et quantitatem accipere et accepisse propriam, et nihil omnino neque vane, nec ut provenit factum aut fieri, sed cum magna aptatione et conscientia sublimi, et esse admirabilem rationem, et vere divinam quae possit huiusmodi et discernere, et causas proprias enuntiare: accipiens a nobis huiusmodi testimonium et consensum, pergat ad hoc, ut et arenam enumeret et calculos terrae, sed et fluctus maris, et stellas caeli, et causas excogitare numeri qui putatur inventus? Nonne in vanum laborans, et delirus hic talis, et irrationabilis ab omnibus qui sensum habent, iuste dicetur? Et quo magis praeter caeteros in huiusmodi

(1) MATTH. X, 29 (cfr. etiam V, XXIII, 2). *Voluntate* additum habetur quoque in *Vet. Ital.* ap. TERTULLIANUM non semel; CYPR. *Epist.* 55 [59]; NOVATIAN. *De Trin.* 8 sed et in versione Arabica et Pers. — In nullo codice tamen reperitur.

quaestionibus occupatur, et quo plus aliis adinvenire se existimat, reliquos imperitos, et idiotas, et animales vocans, eo quod non suscipiant eius tam vanum laborem; hoc magis est insanus et stupidus, tamquam fulmine percussus,(1) in nullo cedens Deo, sed per scientiam, quam invenisse se putat, ipsum mutat Deum, et iaculatur sententiam suam super magnitudinem factoris.

CAP. XXVII. [*WH. XL, 1*]. QUOMODO OPORTET PARABOLAS EXSOLVI. 1. Sensus(2) autem sanus, et qui sine periculo est, et religiosus, et amans verum, quae quidem dedit in hominum potestatem Deus, et subdidit nostrae scientiae, haec prompte meditabitur, et in ipsis proficiet, diuturno studio facilem scientiam eorum(3) efficiens. Sunt autem haec, quae ante oculos nostros occurrunt, et quaecumque aperte, et sine ambiguo ipsis dictionibus posita sunt in Scripturis: et ideo parabolae debent non ambiguis adaptari. Sic enim et qui absolvit, sine periculo absolvit, et parabolae ab omnibus similiter absolutionem accipient; et a veritate corpus integrum,(4) et simili aptatione membrorum, et sine con-

1. Ὁ ὑγιὴς νοῦς(2) καὶ ἀκίνδυνος καὶ εὐλαβὴς καὶ φιλαληθὴς ὅσα [μὲν] ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐξουσίᾳ δέδωκεν ὁ Θεός, καὶ ὑποτέταχε τῇ ἡμετέρᾳ γνώσει, ταῦτα προθύμως ἐκμελετήσει, καὶ ἐν αὐτοῖς προκόψει, διὰ τῆς καθημερινῆς ἀσκήσεως ῥαδίαν τὴν μάθησιν ἑαυτῷ ποιούμενος. Ἔστι δὲ ταῦτα, τά τε ὑπ' ὄψιν πίπτοντα τὴν ἡμετέραν, καὶ ὅσα φανερῶς καὶ ἀναμφιβόλως αὐτολεξεὶ ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς λέλεκται.

(1) Modus proverb. graec. ἐμβρόντητος: sed cfr. infra XXX, 1, ubi revera Gnosticos cum Gigantibus Flegraeis ob superbiam confert.

(2) Haec quoque ex DAMASC. l. c. desumuntur [cfr. HOLL, ibid.].

(3) Graece male ἑαυτῷ. Int. αὐτῶν legit: quasi « intellectum « eorum facilem reddens ».

(4) Καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀλήθειαν σωμάτιον: hellenismus pro *corpus veritatis*. Haec vero loquutio Iren. frequens est. Cfr. v. g. I, IX, 5 (p. 149); Εἰς ἐπίδ. 1.

cussione perseverat. Sed quae non aperte dicta sunt, neque ante oculos posita, copulare absolutionibus parabolarum, quas unusquisque prout vult adinvenit: sic enim(1) apud nullum erit regula veritatis; sed quanti fuerint qui absolvent parabolas, tantae videbuntur veritates pugnantes semet invicem, et contraria sibimet dogmata statuentes, sicut et gentilium philosophorum quaestiones.

2. Itaque secundum hanc rationem, homo quidem semper inquiret, numquam autem inveniet,(2) eo quod ipsa inventionis abiecerit disciplinam. Et quum venerit sponsus,(3) is qui imparatam habet lampadem, nulla manifesti luminis claritate fulgentem, recurrit ad eos qui absolutiones parabolarum in tenebris distrahunt, relinquens eum qui per manifestam praedicationem gratis donat ad eum ingressum, et excluditur a thalamo eius. [*WH. XL, 2*]. Quum itaque universae Scripturae, et prophetiae, et Evangelia, in aperto, et sine ambiguitate, et similiter ab omnibus audiri possint, etsi non omnes credunt, unum et solum Deum, ad excludendos alios, praedicent omnia fecisse per Verbum suum, sive visibilia, sive invisibilia, sive caelestia, sive terrena, sive aquatilia, sive subterranea, sicut demonstravimus ex ipsis Scripturarum dictionibus;(4) et ipsa autem creatura in qua sumus, per ea quae in aspectum veniunt, hoc ipsum testante, unum esse qui eam fecerit et regat: valde hebetes apparebunt, qui ad tam lucidam adapertionem caecutiunt oculos, et nolunt videre lumen praedicationis, sed constringunt semetipsos, et per tenebrosas parabolarum absolutiones unusquisque eorum proprium putat invenisse Deum. [*WH. XL, 3*]. Quia enim de excogitato eorum qui contraria opi-

(1) οὕτως ἄρα [Int. γάρ], i. e. *sic quidem*; hinc praecedentia veluti in gerundivo accipienda sunt: i. e. pro *copulare*, copulando.

(2) « Semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes » legitur *Tim.* III, 7.

(3) Cfr. MATTH. XXV, 5 sq.

(4) Cfr. I, XXII; II, II; si demonstra*b*imus legeris, alludit ad III, VIII.

nantur Patre, nihil aperte, neque ipsa dictione, neque sine controversia, in nulla omnino dictum sit Scriptura, et ipsi testantur dicentes, in absconso haec eadem Salvatorem docuisse non omnes, sed aliquos discipulorum, qui possunt capere, et per argumenta, et aenigmata, et parabolas significata intelligentibus. Veniunt autem ad hoc, ut dicant, alium quidem esse qui praedicatur Deus, et alium Patrem, qui per parabolas et aenigmata significatur Pater.

3. Quia autem parabolae possunt multas recipere absolutiones, ex ipsis de inquisitione Dei affirmare, relinquentes quod certum et indubitatum et verum est, valde praecipitantium se in periculum et irrationabilium esse, quis non amantium veritatem confitebitur? Et numquid hoc est non in petra firma, et valida, et in aperto posita, aedificare suam domum, sed in incertum effusae arenae? (1) Unde et facilis est eversio huiusmodi aedificationis.

Cap. XXVIII [*WH. XLI, 1*]. Quoniam omnem agnitionem non possumus habere in hac vita. 1. Habentes itaque regulam, ipsam veritatem et in aperto positum de Deo testimonium, non debemus per quaestionum (declinantes in alias atque alias (2)) absolutiones, eiicere firmam et veram de Deo scientiam: magis autem, absolutionem quaestionum in hunc characterem (3) dirigentes, exerceri quidem convenit per inquisitionem mysterii et dispositionis exsistentis Dei, augeri autem in caritate eius, qui tanta propter nos fecit et facit; numquam autem excidere ab ea suasione qua manifestissime praedicatur, quia hic solus vere sit Deus et Pater, qui et hunc mundum fecit, et hominem plasmavit, et in

(1) Cfr. Matth. VII, 25.

(2) I. e. « quaestioni minori « quaestionem maiorem adgene« rantes »; cfr. x, 1-2 (p. 340).

(3) I. e. in hanc fidem qua credamus unum Deum esse; ex qua Scripturae quaestiones exsolvendae sunt, ita ut eaedem nos ducant in altiorem cognitionem et intensiorem dilectionem mysterii et dispositionis amantissimae Providentiae divinae.

sua creatura donavit incrementum: et de minoribus suis ad maiora, quae apud ipsum sunt, vocans, sicut infantem quidem in vulva conceptum educit in lumen solis, et triticum, posteaquam in stipula corroboraverit, condit in horreum.(1) Unus autem et idem Demiurgus, qui et vulvam plasmavit, et solem creavit: et unus et idem Dominus, qui et stipulam eduxit, et triticum augens multiplicavit, et horreum praeparavit.

2. Si autem omnium quae in Scripturis requiruntur absolutiones non possumus invenire, alterum tamen Deum, praeter eum qui est, non requiramus. Impietas enim haec maxima est. Cedere autem haec talia debemus Deo, qui et nos fecit, rectissime scientes, quia Scripturae quidem perfectae sunt, quippe a Verbo Dei et Spiritu eius dictae,(2) nos autem secundum quod minores sumus et novissimi a Verbo Dei et Spiritu eius, secundum hoc et scientia mysteriorum eius indigemus. [*WH. XLI, 2*]. Et non est mirum, si in spiritalibus, et caelestibus, et in his quae habent revelari, hoc patimur nos:(3) quandoquidem etiam eorum quae ante pedes sunt (dico autem quae sunt in hac creatura, quae et contrectantur a nobis, et videntur, et sunt nobiscum) multa fugerunt nostram scientiam, et Deo haec ipsa committimus. Oportet enim eum prae omnibus praecellere. Quid enim si tentemus exponere causam ascensionis Nili? Multa

(1) Utraque analogia pulcherrime aperit conceptum paedagogicum creaturarum, quae nos ad veritatem et felicitatem aeternam ducant, in unum scl. Deum. Cfr. MATTH. III, 12; XIII, 30.

(2) *Deus qui nos fecit - Verbum Dei - Spiritus eius.*] Tres personae divinae aperte nominantur: sed numquid non dixit: alterum Deum praeter eum *qui* est non requiramus? Ubi igitur apertius Trinitas unius divinatis praedicari potuit? Sed nota etiam quid de divina auctoritate Scripturae habeat.

(3) I. e. hoc nobis usu venit in his quae revelatione opus habent. Attende hic et in proximis apertam distinctionem ordinis naturalis et supernaturalis cognitionum nostrarum. Est quidem argumentum inde ab AUGUSTINO, *De Civ. Dei* et ab omnibus Apologetis frequentatum.

quidem dicimus, et fortassis suasoria, fortassis autem non suasoria: quod autem verum est, et certum, et firmum, adiacet Deo.(1) Sed et volatilium animalium habitatio, eorum quae veris tempore adveniunt ad nos, autumni autem tempore statim recedunt, quum in hoc mundo hoc ipsum fiat, fugit nostram scientiam.(2) Quid autem possumus exponere de oceani accessu et recessu, quum constet esse certam causam?(3) Quidve de his quae ultra eum sunt enuntiare, qualia sint?(4) Vel quid dicere possumus, quomodo pluviae, et coruscationes, et tonitrua, et collectiones nubium, et nebulae, et ventorum emissiones, et similia his, efficiuntur: annuntiare quoque et thesauros nivium, et grandinis, et eorum quae his proxima sunt: quae haec autem nubium praeparatio, aut qui status nebulae, quae autem causa est per quam crescit luna, et decrescit, aut quae causa aquarum distantiae, et metallorum, et lapidum, et his similium? In his omnibus nos quidem loquaces erimus, requirentes causas eorum: qui autem ea facit solus Deus veridicus est.

3. Si ergo(5) et in rebus creaturae quaedam quidem eorum adiacent Deo, quaedam autem et in nostram venerunt

3. Εἰ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς κτίσεως ἔνια μὲν ἀνάκειται τῷ Θεῷ, ἔνια δὲ καὶ εἰς γνῶσιν ἐλήλυθε τὴν ἡμετέραν, τί χαλεπόν, εἰ

(1) Cfr. de his v. g. AET. *De plac.* IV; PLIN. *Hist. Nat.* V, 9; DIODOR. *Hist.* I, 4; STRABON. *Geogr.* XVII; conclusionem suam Iren. ex SENEC. *Natur. Quaest.* l. IV desumpsit.

(2) Opiniones veterum de hac re recenset PLIN. *Hist. Nat.* X, 24. Cfr. IEREM. VIII, 7.

(3) De his quoque cfr. AET. o. c. l. III; ARISTOT. *Meteor.* II.

(4) Cfr. CLEM. ROM. *Corinth.* 20; AUGUST. *Civ. Dei*, XVI, 9; HILAR. in *Psalm.* LXVIII; ex quibus liquet opinionem veteribus fuisse trans oceani immensitatem alias haberi terras (Inferi et Limbus Patrum?), sed nullum ibi pervenire potuisse nec umquam posse. Reliqua exempla quae subiiciuntur ex IOB, XXXVIII, videntur desumpta (FEUARDENT.).

(5) Graeca Iren. quae sequuntur Io. DAMASC. *Sacr. Parall.* debemus. Cfr. HOLL, l. c. Loco ἀνακείσεται, Int. legit ἀνατιθέμεθα.

scientiam, quid mali est, si et eorum quae in Scripturis requiruntur, universis Scripturis spiritalibus exsistentibus, quaedam quidem absolvimus secundum gratiam Dei, quaedam autem commendamus Deo; et non solum in hoc saeculo, sed et in futuro: ut semper quidem Deus doceat, homo autem semper discat quae sunt a Deo?(1) Sicut et Apostolus dixit, reliquis partibus destructis, haec tunc perseverare, quae sunt, fides, spes, et caritas. (2) Semper enim fides, quae est ad magistrum nostrum, permanet firma, asseverans nobis quoniam solus vere Deus; et ut diligamus Deum vere semper, quoniam ipse solus Pater; et speremus subinde plus aliquid accipere, et discere a Deo, quia bonus est, et divitias habens indeterminabiles, et regnum sine fine, et disciplinam immensam. [*WH. XLI, 4*]. Si ergo(3) secundum hunc modum quem diximus, quaedam quidem quaestionum Deo commiserimus: et fidem nostram servabimus, et sine periculo perseverabimus, et omnis Scriptura a Deo nobis data consonans nobis invenietur, et parabolae

καὶ τῶν ἐν ταῖς Γραφαῖς ζητουμένων, ὅλων τῶν Γραφῶν πνευματικῶν ὑπαρχουσῶν, ἔνια μὲν ἐπιλύομεν κατὰ χάριν Θεοῦ, ἔνια δὲ ἀνακείσεται τῷ Θεῷ, καὶ οὐ μόνον ἐν τῷ νυνὶ αἰῶνι ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· ἵνα ἀεὶ μὲν ὁ Θεὸς διδάσκῃ, ἄνθρωπος δὲ διαπαντὸς μανθάνῃ παρὰ Θεοῦ;

Εἰ οὖν καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον, ἔνια τῶν ζητημάτων ἀναθήσομεν τῷ Θεῷ, καὶ τὴν πίστιν ἡμῶν διαφυλάξομεν, καὶ ἀκίνδυνοι διαμενοῦμεν, καὶ πᾶσα Γραφὴ δεδομένη ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ σύμφωνος ἡμῖν εὑρεθήσεται, καὶ αἱ παραβολαὶ τοῖς διαῤῥήδην

(1) Inter Scriptores catholicos Iren. ex potioribus est qui eminentiam Dei super creaturas tam vivide senserint; cfr. XXX, 2.

(2) I *Cor.* XIII, 13. Sed haec νυνί nunc, non *tunc* perseverare dicuntur (deest tamen νυνί in verss. syrr.). Iren. ipse explicat qua ratione dicat tria haec permanere. Cfr. TERTULL. *Patient.* 12 fin.

(3) Haec graeca ex eodem sunt fonte quo praecedentia.

his quae manifeste dicta sunt, consonabunt, et manifeste dicta absolvent parabolas; et per dictionum multas voces unam consonantem melodiam in nobis sentiet,(1) laudantem hymnis Deum, qui fecit omnia. Ut puta, si quis interroget: Antequam mundum faceret Deus, quid agebat? dicimus quoniam ista responsio subiacet Deo. Quoniam autem mundus hic factus est apotelesticos(2) a Deo, temporale initium accipiens, Scripturae nos docent: quid autem ante hoc Deus sit operatus, nulla Scriptura manifestat. Subiacet ergo haec responsio Deo: et non ita stultas, et sine disciplina blasphemas adinvenire velle prolationes,(3) et per hoc quod putas te invenisse materiae prolationem, ipsum Deum qui fecit omnia reprobare.

4. [*WH. XLII, 1*]. Quomodo de emissionibus eorum sermo ostendit compositum Patrem et non simplicem, nec uniformem. Cogitate enim, o omnes qui talia adinvenitis, quum ipse solus Pater Deus dicatur, qui et vere est, quem vos Demiurgum dicitis; sed et quum Scripturae hunc solum sciunt Deum; sed et quum Dominus hunc solum confitetur proprium Patrem, et alterum nesciat, sicut ex ipsis eius verbis ostendemus: quando hunc ipsum

εἰρημένοις συμφωνήσουσι, καὶ τὰ φανερῶς εἰρημένα ἐπιλύσει τὰς παραβολάς, καὶ διὰ τῆς τῶν λέξεων πολυφωνίας ἓν σύμφωνον μέλος ἐν ἡμῖν ᾀσθήσεται...

(1) Cfr. graec. multas voces = **πολυφωνίας**, sentiet = **αἰσθήσεται** (verb. depon.).

(2) I. e. perfecte: **ἀποτελεστικῶς**. Alludit ad *Gen.* I, 3, 10, 12 etc.: « Et vidit Deus quod esset bo- « num... ». Cfr. Hippol. VII, 24. Illa quaestione saepe christianos ab ethnicis exagitatos testantur Orig. *De princ.* III; August. *Confess.* II, 12.

(3) « Velle... reprobare » pendent ab initiali *subiacet*, **ὑποκεῖται** quod etiam « decet, convenit » innuit. Feuardent. scite animadvertit in *Thalmud*, tract. IV, dist. 3, fere per huiusmodi mundorum prolationes praefatae quaestioni responderi; quasi nempe Deus ad exercitium et experimentum suae potentiae alios ante hunc mundos creaverit.

labis dicitis fructum, et ignorantiae prolationem, et nescientem quae sint super eum, et quaecumque alia dicitis de eo, considerate magnitudinem blasphemiae in eum, qui vere est Deus.(1) Graviter quidem et honeste videmini dicere, vos in Deum credere; dehinc alterum Deum quum minime possitis ostendere, hunc ipsum, in quem credere vos dicitis, labis fructum, et ignorantiae prolationem pronuntiatis. [*WH. XLII, 2*]. Haec autem caecitas, et stultiloquium inde provenit vobis, quod nihil Deo reservetis; sed et ipsius Dei, et Ennoeae eius, et Verbi, et Vitae, et Christi nativitates et prolationes annuntiare vultis: et has non aliunde accipientes, sed ex affectione hominum: et non intelligitis, quia in homine quidem qui est compositum animal, capit huiusmodi dicere, sicut praediximus, sensum hominis, et ennoeam hominis; et quia ex sensu ennoea, de ennoea autem enthymesis, de enthymesi autem logos ⟨quem autem logon? aliud enim est secundum Graecos logos, quod est principale quod excogitat; aliud organum, per quod emittitur logos⟩:(2) et aliquando quidem quiescere et tacere hominem, aliquando autem loqui et operari. [OSTENSIO QUONIAM NUS LOGOS ET LOGOS NUS, ET NUS IPSE EST PATER OMNIUM]. Deus autem quum sit totus mens, totus ratio, et totus spiritus operans, et totus lux, et semper idem et similiter exsistens, sicut et utile est nobis sapere de Deo, et sicut ex Scripturis discimus, non iam huiusmodi affectus et divisiones decenter erga eum subsequentur. Ve-

(1) Cfr. p. 72, not. 1 et V, xxvi, 2, ubi hanc blasphemiam Satana proferre non audere docet; vid. et IV, xi, 2.

(2) Glossa marginalis in textum irrepta. Videns enim quis paulo infra Ir. loqui de *sensu* seu ratione et *lingua*, quorum primus est organum verbi interni, alterum verbi externi, hanc suam perplexitatem expressit. Aliud nempe est iuxta Graecos λόγος seu *ratio* [principale quod excogitat] seu qui a ratione emittitur, aliud vero logos qui emittitur per organum linguae. Cfr. LACTANT. *Div. inst.* IV, 9. Sed et glossa a sede aberrat quum melius conveniat infra ubi

locitati[1] enim sensus hominum, propter spiritale eius, non sufficit lingua deservire, quippe carnalis exsistens: unde et intus suffocatur[2] verbum nostrum, et profertur non de semel, sicut conceptum est a sensu; sed per partes, secundum quod lingua subministrare praevalet.

5. QUONIAM NON EST VERISIMILE, VERBUM DEI TERTIAM HABERE A PATRE EMISSIONEM. Deus autem totus exsistens mens, et totus exsistens Logos, quod cogitat, hoc et loquitur; et quod loquitur, hoc et cogitat. Cogitatio enim eius Logos, et Logos mens, et omnia concludens mens, ipse est Pater. [*WH. XLII, 3*]. Qui ergo dicit mentem Dei, et prolationem propriam menti donat, compositum eum pronuntiat, tamquam aliud quiddam sit Deus, aliud autem principalis Mens exsistens. Similiter autem rursus et de Logo, tertiam prolationem ei a Patre donans[3] (unde et ignorat magnitudinem eius), porro et longe Logon a Deo separavit. Et propheta quidem ait de eo: « Generationem eius quis enarrabit? »[4] Vos autem generationem eius ex Patre divinantes, et verbi hominum per linguam factam prolationem transferentes in Verbum Dei, iuste de-

dicitur « suffocatur *verbum* nostrum ».

(1) Ostendit Iren. quid inconveniens Deo in verbo hominum deprehendatur: nempe non esse simplex, sed per partes effusum [hic quidam lector sua protulit ut praec. not. diximus: quem autem logon? etc.] quum a lingua materiali emitti non possit prout a ratione velocissima in uno conceptum est. Cfr. ut adnotat GRABE, CYRILL. HIEROS. *Catech.* 6: Ἡ μὲν διάνοια ὀξύτατα νοεῖ, ἡ δὲ γλῶσσα ῥημάτων δεῖται καὶ διηγήσεως πολλῆς τῶν μεταξὺ λόγον, κτλ.

(2) Clarom. et Voss. *suffugatur*: sed his barbaris vocibus codex ille redundat, quas in locum usitatiorum semper inferre non oportet. « Similitudinem autem ducere videtur Iren. ab his qui confertim « exeuntes se invicem suffocant » [MASSUET].

(3) Habetur nempe primus Bythus a quo secundus Nous, tertius vero Logos. — *Porro et longe*] i. e. longe procul (πόῤῥω μακράν, p. 214).

(4) ISA. LIII, 8: locus apud Patres celeberrimus, de quo cfr. Commentatores.

tegimini a vobis ipsis, quod neque humana, nec divina noveritis.

6. Quomodo Dominus quaedam concedit Patri. Irrationabiliter autem inflati, audaciter inenarrabilia Dei mysteria scire vos dicitis; quandoquidem et Dominus, ipse Filius Dei, ipsum iudicii diem et horam concessit scire solum Patrem, manifeste dicens: « De die autem illa, et « hora nemo scit,... neque Filius, nisi Pater solus ». (1) Si igitur scientiam diei illius Filius non erubuit referre ad Patrem, sed dixit quod verum est, neque nos erubescamus, quae sunt in quaestionibus maiora secundum nos, reservare Deo. Nemo enim super magistrum est. (2) [*WH. XLII, 4*]. Si quis itaque nobis dixerit: Quomodo ergo Filius prolatus a Patre est? dicimus ei, quia prolationem istam, sive generationem, sive nuncupationem, sive adapertionem, (3) aut quolibet quis nomine vocaverit generationem eius inenarrabilem exsistentem, nemo novit; non Valentinus, non Marcion, neque Saturninus, neque Basilides, neque angeli, neque archangeli, neque principatus, neque potestates, nisi solus qui generavit Pater, et qui natus est Filius. Inenarrabilis itaque generatio eius quum sit, quicumque nituntur generationes et prolationes enarrare, non sunt compotes sui, ea quae inenarrabilia sunt, enarrare promittentes. Quoniam enim ex cogitatione et sensu verbum emittitur, hoc utique omnes sciunt homines. Non ergo magnum quid invenerunt, qui emissiones excogitaverunt, neque absconditum

(1) Marc. XII, 32, sed non integre, ut vox *neque* servata innuit. Ex hoc Iren. loco non probantur quae Hieron. *Comm. in Matth.* XXIV de additione verborum « ne« que Filius » ab Arianis facta suspicatur.

(2) Matth. X, 24; Luc. VI, 40.

(3) ἢ κλῆσιν ἢ ἀνακάλυψιν [Harvey]. Attende quam alte Iren. hoc mysterium veneretur, de quo ne nomen quidem invenit, nedum analogiam theologicam! Nec illa usitatissima apud Graecos Patres quae ducitur ex emissione nostri verbi ex mente, Irenaeo probari videtur. Cfr. in hoc ipso libro xii, 2; xiii, 2, 8; xxix, 3 etc.

mysterium, si id quod ab omnibus intelligitur, transtulerunt in unigenitum Dei Verbum:(1) et quem inenarrabilem et innominabilem vocant, hunc, quasi ipsi obstetricaverint, primae generationis eius prolationem et generationem enuntiant, assimilantes eum hominum verbo emissionis.(2)

7. Hoc autem idem et de substantia materiae dicentes, non peccabimus, quoniam Deus eam protulit. Didicimus enim ex Scripturis, principatum tenere super omnia Deum. Unde autem, vel quemadmodum emisit eam, neque Scriptura aliqua exposuit, neque nos phantasmari oportet, ex opinionibus propriis infinita coniicientes de Deo; sed cognitionem hanc concedendam esse Deo.(3) [*WH. XLIII, 1*]. Similiter autem et causam propter quam, quum omnia a Deo facta sint, quaedam quidem transgressa sunt, et abscesserunt a Dei subiectione; quaedam autem, imo plurima, perseveraverunt et perseverant in subiectione eius qui fecit: et cuius naturae sunt quae transgressa sunt, cuius autem naturae quae perseverant, cedere oportet Deo et Verbo eius, cui et soli dixit: « Sede a dextris meis quoad« usque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuo« rum ».(4) Nos autem adhuc in terra conversantes, nondum assidentes throno eius. Etsi enim « Spiritus » Salvatoris, qui in eo est, « scrutatur omnia, et altitudines Dei », sed quantum ad nos, « divisiones gratiarum sunt, et divisio« nes ministeriorum, et divisiones operationum », et nos super terram, quemadmodum et Paulus ait, « ex parte « quidem cognoscimus, et ex parte prophetamus ».(5) Sicut igitur ex parte cognoscimus, sic et de universis quaestio-

(1) Hic et in proximis potius commenta Marci refellere videtur ut ipsa dictionum similitudo manifestat. Cfr. I, xv, 5 (p. 206).

(2) I. e. λόγος προφορικός ut patet. Cfr. xiii, 8 (p. 350).

(3) Cfr. sup. x, 4 (p. 341).

(4) *Ps.* CIX, 2; *supped.* loco *scabellum* ex ant. It. Cfr. Cypr. *Iud.* II, 26. - De angelorum lapsu cfr. III, xxiii, 8; IV, xl, 3; V, xxiv, 4.

(5) Periodus haec verbis Apostoli est contexta. Cfr. *I Cor.* II, 10; XII, 4-6; XIII, 9.

nibus concedere oportet ei, qui ex parte praestat nobis gratiam. [*WH. XLIII, 2*]. Quoniam quidem transgressoribus ignis aeternus praeparatus est, et Dominus manifeste dixit, et reliquae demonstrant Scripturae. Et quoniam praesciit Deus hoc futurum, similiter demonstrant Scripturae, quemadmodum et ignem aeternum his qui transgressuri sunt, praeparavit ab initio: ipsam autem causam naturae transgredientium, neque Scriptura aliqua retulit, nec apostolus dixit, nec Dominus docuit. Dimittere itaque oportet agnitionem hanc Deo quemadmodum et Dominus horae et diei; nec in tantum periclitari, uti Deo quidem concedamus nihil, et haec ex parte accipientes gratiam.(1) In eo autem quum quaerimus quae sunt super nos, et in quae attingere nobis non est, nec in tantam audaciam venire(2) uti pandamus Deum et quae nondum inventa sunt, quasi iam invenerimus emissionum vaniloquium ipsum omnium factorem Deum, et de defectione et ignorantia asserere substantiam habuisse, et sic impium adversus Deum fingere argumentum.

8. Post deinde nullum habent testimonium eius figmenti, quod recens ab eis adinventum est, aliquando quidem per numeros quoslibet, aliquando autem per syllabas, nonnumquam autem et per nomina:(3) est autem quando et per eas quae in literis sunt literas, aliquando autem et per parabolas non recte exsolutas, vel per suspiciones quasdam, consistere conari eam fabulosam enarrationem, quae sit ab eis effictitia.(4) [*WH. XLIII, 3*]. QUAE CAUSA EST PROPTER QUAM DIEM

(1) I. e. et quidem dum ab eo partem tantum gratiae intellectus accipimus. Cfr. infra explicitius c. XXXIV, 3 fin. Sed plane, dum Irenaeus haec omnia nescire docet, de ubertate dogmatum fidei christianae sui temporis propositorum amplissime testatur.

(2) Pendet nempe ab *oportet* praecedentis periodus.

(3) Cfr. p. 414, not. 2.

(4) *Est autem quando... consistere conari*] hellenismus. Intellige: Nec testimonium ullum habent... quum interdum... conantur constituere [συνίστασθαι] fabulosam enarrationem ab eis conficta aliquando per eas litteras etc.

ET HORAM A NEMINE ALTERO COGNOSCI AIT, NISI A SOLO PATRE. Etenim si quis exquirat causam, propter quam in omnibus Pater communicans Filio, solus scire horam et diem a Domino manifestatus est, neque aptabilem magis, neque decentiorem, nec sine periculo alteram quam hanc inveniat in praesenti, quoniam enim solus verax magister est Dominus, ut discamus per ipsum super omnia esse Patrem. Etenim « Pater », ait, « maior me est ».(1) Et secundum agnitionem itaque praepositus esse Pater annuntiatus est a Domino nostro ad hoc, ut et nos, in quantum in figura huius mundi sumus, perfectam scientiam et tales quaestiones concedamus Deo: et ne forte quaerentes altitudinem Patris investigare, in tantum periculum incidamus, uti quaeramus, an super Deum alter sit Deus.(2)

9. [*IVH. XLIII, 4*]. Si autem quis amans contentionem, contradictor fuerit his quae a nobis dicta sunt, et his quae ab Apostolo relata sunt, « quoniam ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus », putet se non ex parte, sed universaliter universam cepisse eorum quae sunt agnitionem, Valentinus aliquis exsistens, aut Ptolemaeus, aut Basilides, vel aliquis eorum qui altitudines Dei exquisisse se dicunt; non in ea quae invisibilia sunt, vel quae ostendi non possunt, cum inani iactantia decorans semetipsum, plus quam reliquos se agnovisse glorietur: sed causas eorum quae in hoc sunt mundo, quas nos non scimus, ut puta numerum capillorum capitis sui, et de his qui quotidie capiuntur passeres, et de reliquis non provisis a nobis diligenter exquirens et a Patre discens, annuntiet nobis, ut ei

(1) IOH. XIV, 28.

(2) Ex his plane constat Iren. ignorantiam realem diei iudicii Domino non adscripsisse, sed Illius adsertionem in sensu didactico accepisse; non enim causam exponit qua Filius ignoraverit, sed qua solus Pater ab eo illam diem scire dicatur. Fere eadem rei explicatio apud *Recogn. Clement.* lib. X perhibetur. De posterioribus theologis deque lucta Ariana circa haec, plura cfr. apud TURMEL, *Hist. de de la théol. posit.* I, p. 33 ss.

de maioribus quoque credamus. Si autem ea quae in manibus sunt, et ante pedes, et in oculis, et terrenis, et praecipue dispositionem capillorum capitis sui, nondum sciunt hi qui sunt perfecti, quamadmodum eis de spiritalibus, et supercaelestibus, et de his quae super Deum vana persuasione confirmant,(1) credemus? Et tanta quidem de numeris et de nominibus, et de syllabis, et quaestionibus eorum quae sunt super nos, et de eo quod improprie exponant parabolas, a nobis sit dictum, quandoquidem a te plura dici possint.

Cap. XXIX. [*WH. XLIV*]. De natura animae. Quoniam secundum illorum sermonem, quum animae serventur, necesse est et corpora participare salutem.

1. Revertamur autem nos ad reliqua quae sunt eorum argumentationis. In consummatione enim dicentes ipsorum matrem intra Pleroma regredi, et recipere sponsum suum Salvatorem; se autem quoniam spiritales esse dicunt, exspoliatos animas, et spiritus intellectuales factos, sponsas futuros spiritalium angelorum: Demiurgum autem, quoniam animalem dicunt, in matris locum cessurum: iustorum autem animas requiescere in medietatis loco psychice: dicentes similia ad similia congregari, spiritalia ad spiritalia, materialia autem in materialibus perseverare,(2) contraria sibi diffiniunt, animas iam non propter substantiam in medietatem ad similia dicentes succedere, sed propter operationem, iustorum quidem dicentes illuc succedere, impiorum autem remanere in igne. Si enim propter substantiam omnes succedunt animae in refrigerium, et medietatis sunt omnes

(1) Affirmant (βεβαιοῦνται).

(2) Cfr. I, vii, 1 (p. 121), postremum comma vero I, vi, 3 (p. 118). Ex his quae sequuntur non videtur Iren. recte adsequutus sensum vocis δίκαιος per oppositionem ad ἀγαθός prout Gnosticorum mens est. Cfr. p. 121, not. 4. Sed fortasse in his non ostensio, sed propositio rei in proximis ostendendae habetur.

secundum quod sunt animae, quum sint eiusdem substantiae, et superfluum est credere, superflua autem et descensio Salvatoris.(1) Si autem propter iustitiam, iam non propter id quod sint animae, sed quoniam sunt iustae. Si autem animae quae periturae esse⟨nt⟩ inciperent nisi iustae fuissent, iustitia potens est salvare; et corpora quid utique non salvabit, quae et ipsa participaverunt iustitiae?(2) Si enim natura et substantia salvat, omnes salvabuntur animae; si autem iustitia et fides, quare non salvet ea quae similiter cum animabus in corruptelam(3) cedere incipiunt corpora? Aut enim impotens, aut iniusta apparebit in huiusmodi iustitia, si quaedam quidem salvat propter suam participationem, quaedam autem non.

(1) Codd. *discessio*: sed cfr. XIV, 7 (p. 369 ad not. 2). Primam vero sui dilemmatis partem perstringit. Si nempe salvantur *propter substantiam* (φύσει) omnes salvandae erunt in medietatem universae migraturae, quum omnes sint ex substantia psychica « secundum quod sunt animae ».

(2) Graece fuerit iuxta HARVEY: Εἰ δὲ αἱ ψυχαὶ ἀπολεῖσθαι ἔμελλον, εἰ μὴ δίκαιαι ἂν ἦσαν, ἡ δικαιοσύνη δυνατός ἐστι σώζειν καὶ τὰ σώματα. — Loco αἱ ψυχαὶ legit Int. αἱ ψυχαὶ αἵ: suo more ἀπολεῖσθαι ἔμελλον reddidit *perire inciperent*, super quod quis correxerit *periturae essent*, quod ipsum textui male cohaeserit. Igitur restituendum « Si autem animae periturae essent nisi iustae fuissent etc. ». Paulo aliter iam Grabe, Billius et Massuet, qui postremus proponit elegantius: « Si autem animas, quae periturae essent nisi iustae fuissent, iustitia potens est salvare: et corpora quid utique non salvabit etc. ». Sensus autem planus est. Nota in oppositione inter naturam et iustitiam quae salvos facit, prima semina doctrinae de gratia iustificante, per reactionem ad gnosim virentia.

(3) *In corruptelam*] Ita omnes codd. HARVEY supponit *in incorruptelam*, sed Iren. diserte, c. VII, lib. V, vindicat resurrectionem nobis promissam ad spiritus per se immortales referri non debere, sed ad corpora ex se mortalia « quaeque paulatim resolvuntur in « terram ex qua sumpta sunt ». Cum corporibus autem intelligit et animam quae flatus vitae est. Phrasis *cedere incipiunt* manifesto *abitura sunt* (in corruptelam, nisi videlicet a iustitia serventur) intelligitur. *In huiusmodi* = ἐν τοιούτοις, i. e. in his rebus.

2. Quia enim in corporibus perficiuntur ea quae sunt iustitiae, manifestum est. Aut universae itaque animae necessarie succedent in medietatis locum, et iudicium nusquam; aut et corpora, quae participaverunt iustitiae, cum animabus quae similiter participaverunt, obtinebunt refrigerii locum, siquidem potens est iustitia illuc transducere ea quae participaverunt ei; et verus, et firmus emerget de resurrectione corporum sermo, quem quidem credimus nos: quoniam et mortalia corpora nostra custodientia iustitiam resuscitans Deus, incorrupta et immortalia faciet. Deus enim melior est quam natura, habens apud semetipsum velle quoniam bonus est, et posse quoniam potens est, et perficere, quoniam dives et perfectus est.(1)

3. [*IVH. XLV*]. OSTENSIO QUOD ANIMAE EORUM SECUNDUM SUAS REGULAS, SIVE ARGUMENTUM, NON POSSINT PARTICIPARE SALUTEM. Hi autem secundum omnia contraria sibi dicunt, non omnes animas in medietatem succedere definientes, sed solas quae sint iustorum. Naturaliter enim et secundum substantiam emissa esse tria genera dicunt a Matre: primum quod quidem sit de aporia, et taedio, et timore, quod est materia: alterum autem de impetu, quod est animale: quod autem enixa est secundum visionem eorum qui circa Christum sunt angeli, quod est spiritale.(2) Si igitur illa quod enixa est,(3) omni modo intra Pleroma

Φύσεως κρείττων ὁ Θεός, καὶ παρ' αὐτῷ τὸ θέλειν, ὅτι ἀγαθός ἐστι· καὶ τὸ δύνασθαι, ὅτι δυνατός· καὶ τὸ ἐπιτελέσαι, ὅτι εὔπορος...

(1) Iterum sententia haec graece apud IOH. DAMASC. *Sacr. Parall.* (HOLL, op. cit. p. 59). Doctrina autem haec late completur in lib. V, c. IV.

(2) Cfr. graec. I, V, 1 (p. 105) vel VI, 1 (p. 114).

(3) *Illa* fortasse refer ad matrem, et lege: *quod illa enixa est. Ingrediuntur* (vix retinendum pro *ingreditur*) explicari poterit ex constr. ad sensum, quum referatur ad *spiritales*. Alii aliter, sed difficilius, rem exponunt.

ingrediuntur, quoniam spiritale est: quod autem est materiale, residet deorsum, quoniam est materiale, et exardescente eo qui inest ei igne,(1) consumetur in totum: animale quare non totum in medietatis locum cedet, in quem et Demiurgum mittunt? Quid autem est illud quod cedet eorum intra Pleroma? Animas enim in medietatem perseverare dicunt: corpora autem, quoniam materialem habent substantiam, in materiam resoluta ardere ab eo qui in ea est igni; corpore autem ipsorum corrupto, et anima remanente in medietate, nihil iam relinquetur ex homine quod intra Pleroma cedat.(2) Sensus enim hominis, mens et cogitatio, et intentio mentis, et ea quae sunt huiusmodi, non aliud quid praeter animam sunt; sed ipsius animae motus, et operationes, nullam sine anima habentes substantiam. Quid ergo adhuc erit eorum quod succedit Pleroma? Et ipsi enim, in quantum quidem animae sunt, remanent in medietate; in quantum autem corpus, cum reliqua materia ardebunt.

Cap. XXX. [*HW. XLVI, 1*]. Quoniam in nullo potest interior illorum homo supergredi Demiurgon.

1. Et his sic se habentibus, super Demiurgum se ascendere dicunt insensati: et secundum hoc quod se meliores pronuntiant illo Deo qui caelos, et terram, et maria, et omnia

(1) Gnostici igni addicebant quoque *spiritalia* malitiae, sed hunc ignem ab eo qui « reliquam « materiam » consumet diversum faciebant. Cfr. *Exc. Theod.* 81: « Ignis vero qui corporalis est cor- « pora omnia comburet, qui purus « et incorporeus est omnia incor- « porea comburet prout daemones, « angelos malitiae et ipsum dia- « bolum ».

(2) Videtur hic Iren. praeter animam et corpus nil aliud agnoscere in homine: sed iam alibi vidimus praeterea ab eo *spiritum* distingui et id quoque ex mox cit. c. VII lib. V et etiam paulo infra c. XXXIII, 5 repetitur. Fortasse igitur spiritum Gnosticis denegat « quum sint carnales propter tan- « tam suam impietatem », prout continenter ostendit cap. seq.

quae in eis sunt fecit et ornavit, et semet quidem spiritales esse volunt, inhonorate quum sint carnales (1) propter tantam suam impietatem, qui autem « fecit angelos suos spiritus » et « induitur lumine quemadmodum pallium », et velut in manu tenet gyrum terrae, ad quem inhabitantes eam velut locustae sunt deputati, (2) et universae spiritalis substantiae Demiurgum et Dominum animalem esse dicentes: indubitate et vere suam ostendunt insaniam, et velut vere de tonitruo percussi super eos qui fabulis referuntur Gigantes, extollentes sententias adversus Deum, praesumtione vana et instabili gloria tumidi, quibus universae terrae elleborum (3) non sufficit ad expurgationem, uti evomant tantam suam stultitiam.

2. Meliorem enim ex operibus oportet ostendi. (4) Unde igitur semetipsos ostendunt Demiurgo meliores (uti et nos ad impietatem propter necessitatem sermonis devergamus, Dei et insanorum hominum comparationem facientes, et in argumentationem eorum descendentes, saepe per propria ipsorum dogmata arguentes eos: sed nobis quidem propitius sit Deus; non enim illis eum comparantes, sed arguentes, et evertentes illorum insaniam, dicimus haec), ad quod stupescunt multi insensatorum, quasi plus aliquid ipsa veritate ab eis possent discere? [*WH. XLVI*, 2]. Et illud quod scriptum est, « Quaerite, et invenietis », ad hoc dictum esse interpretantur, uti super Demiurgum semetipsos adinveniant, maiores et meliores vocantes semetipsos quam Deum, et semetipsos spiritales, Demiurgum autem animalem: et propter hoc, superascendere eos super Deum: et se quidem intra Pleroma cedere, Deum autem in medietatis loco. Ab

(1) Cod. leg. *carnes* vel *carnis*: fueritne graec. ἀτιμῆς ὄντες σαρκός seu *inhonoratae quum sint carnis*, ut putat HARVEY?

(2) *Ps.* CIII, 2, 4; ISA. XL, 12 et 22 iuxta Vulg.

(3) Respicit HORAT. *Ars Poet.* 300: «...tribus Anticyris caput insanabile ». De ellebori virtutibus et speciebus cfr. PLIN. *Hist. Nat.* XXV, 5.

(4) Cfr. IUSTIN. *Apolog.* I, 22: ὁ γὰρ κρείττων ἐκ τῶν πράξεων φαίνεται.

operibus itaque ostendant semetipsos Demiurgo meliores; non enim in eo quod dicitur, sed in eo quod est, melior ostendi debet.(1)

3. Quod igitur opus monstrabunt per semetipsos e Salvatore, sive a matre ipsorum factum, aut maius, aut splendidius, aut rationabilius his quae facta sunt ab hoc, qui haec omnia disposuit? Quos caelos firmaverunt? quam terram solidaverunt? quas emiserunt stellas? vel quae luminaria elucidaverunt? quibus autem circulis infraenaverunt ea? vel quas pluvias, vel frigora, vel nives, secundum tempus, et secundum unamquamque regionem aptabilia, adduxerunt terrae?(2) Quem autem calorem et siccitatem e contrario apposuerunt eis? aut quae flumina abundare fecerunt? quos autem eduxerunt fontes? quibus autem floribus et arboribus adornaverunt eam quae est sub caelo? vel quam multitudinem animalium formaverunt, partim quidem rationabilium, partim autem irrationabilium, universorum forma ornatorum? Et reliqua omnia quae per virtutem Dei sunt constituta, et sapientia eius gubernantur, quis poterit per singula enumerare, vel investigare magnitudinem sapientiae eius, qui fecit, Dei? Quid autem illa quae super caelum, et quae non praetereunt, quanta sunt, Angeli, Archangeli, Throni, Domitiones, Potestates innumerabiles? Adversus quod igitur unum opus ex his semetipsos e contrario constituunt? Quid tale ostendere habent per semetipsos, vel a semetipsis factum, quando et ipsi huius factura et plasmatio sint? Sive enim Salvator, sive mater ipsorum (ut propria ipsorum dicamus,

Οὐκ ἐν τῷ λέγειν ἀλλ' ἐν τῷ εἶναι ὁ κρείττων δείκνυσθαι ὀφείλει.

(1) Fragm. est ex cod. Vat. 1503 quo continentur *Catenae Patrum*: publ. primum ap. MUENTER. I, 54. [HOLL, loc. cit. p. 59, ex Damasc. idem dedit].

(2) Allusio ad IOB, XXXVIII. PLOTINUS quoque *Adv. Gnost.* 3 eorum insaniam similiter arguit.

per sua ipsorum propria mendaces eos arguentes) usa est hoc, ut dicunt, ad faciendam imaginem eorum quae intra Pleroma sunt, et contemplationis universae quam vidit circa Salvatorem; tamquam meliore hoc, et aptabiliore ad faciendam voluntatem suam per eum, usa est: tantorum enim imagines nequaquam per inferiorem, sed per meliorem deformavit.(1)

4. Quoniam non est verisimile, hos quidem spiritales esse, Demiurgum autem animalem. Erant enim et ipsi tunc, sicut ipsi dicunt, exsistentes conceptio spiritalis secundum contemplationem eorum qui erga Pandoram sunt satellites dispositi. Et hi quidem vacui(2) perseverabant, nihil per eos perficiente matre; vel per Salvatorem inutilis conceptio,(3) et ad nihilum apta, nihil enim per eos apparet factum. Qui autem emissus est secundum eos Deus, inferior ipsis exsistens secundum argumentationem eorum (animalem enim eum esse volunt), in omnia operator, et efficax, et aptabilis fuit, uti per eum omnium imagines fierent: et non tantum quae videntur haec, sed et invisibilia, Angeli, Archangeli, Dominationes, Potestates, et Virtutes per hunc omnia facta sunt, videlicet velut per meliorem, et qui possit voluntati deservire. Nihil autem per hos matrem apparet fecisse, quemadmodum et ipsi confitentur; uti iuste quis aestimet eos abortum fuisse male parientis matris ipsorum. Non enim obstetrices eam obstetricaverunt, et propterea velut abortum proiecti sunt, in nihilum utiles, ad nullum opus facti matri. Et semet meliores vocant eo per quem tanta et talia facta sunt et disposita, quando et per suam argumentationem perquam inferiores multum inveniuntur.(4)

5. Ac velut duo ferramenta operaria, vel organa duo

(1) ἐκτύπωσε: cfr. I, XVII, 2 (p. 219), i. e. de typo expressit.

(2) *Vacui* (κένοι), i. e. *otiosi.*

(3) ἢ διὰ τοῦ Σωτῆρος σύλληψις (?), i. e. concepta per Salvatoris adventum (I, IV, 5, p. 104).

(4) μάλα σφόδρα ἐλάττους (Harvey).

quum sint, ex quibus alterum quidem semper in manibus et in usu artifex habeat, et per illud faciat quanta velit, et ostendat artem et sapientiam suam; alterum autem vacuum atque otiosum perseveret, et sine operatione, per quod nihil omnino apparet faciens artifex, et in nullam actionem eo utens: deinde dicat quis inutile hoc et vacuum atque otiosum melius esse et pluris illo quo utitur in opere, per quod et glorificatur ipse artifex: hic igitur hebes esse iuste arbitrabitur qui sit talis, et mentis suae non compos. Sic autem et hi, semet spiritales et meliores dicentes, et Demiurgum animalem, et propter hoc superascendere, et intra Pleroma penetrare ad viros suos (sunt enim feminae quemadmodum ipsi confitentur), Deum autem inferiorem et propter hoc manere in medietate, et huius nullam ostensionem afferentes; qui enim melior est, ex operibus ostenditur: omnia enim opera a Demiurgo facta sunt; per semetipsos autem nihil dignum ratione factum ostendere habentes, insani sunt summa et insanabili insania.

6. [*WH. XLVI 5*]. Si autem contenderint dicere, quoniam quaecumque sunt quidem materialia, ut puta caelum, et universus qui infra eum continetur mundus, a Demiurgo facta sunt; quotquot autem spiritaliora his, illa quae sunt super caelum, ut puta Principia, Potestates, Angeli, Archangeli, Dominationes, Virtutes,(1) per spiritalem enixionem, quod semetipsos esse dicunt, facta sunt: primo quidem ex dominicis Scripturis ostendimus, omnia quae praedicta sunt, visibilia et invisibilia, ab uno Deo facta. Non enim sunt magis idonei(2) hi quam Scripturae: nec relinquentes nos eloquia Domini, et Moysen, et reliquos prophetas, qui veritatem praeconaverunt, his credere oportet, sanum quidem

(1) Observabis in his angelorum classibus enumerandis non semper eumdem ordinem servari: Seraphim et Cherubim semper reticitos esse, qui 'Επίδ. 10 « Verbi « et Spiritus virtutes » dicuntur.

(2) ἱκανώτεροι = potentiores seu maiore pollentes auctoritate.

nihil dicentibus, instabilia autem delirantibus.(1) Deinde, etiam si per ipsos ea quae sunt super caelos, facta sunt; dicant nobis, quae sit invisibilium natura, enarrent numerum Angelorum, et ordinem Archangelorum, demonstrent Thronorum sacramenta, et doceant diversitates Dominationum, Principatuum, et Potestatum atque Virtutum. Sed non habent dicere: non ergo per eos facta sunt. Si autem a Demiurgo facta sunt haec, sicut et facta sunt, et sunt spiritalia et sancta; non est ergo animalis hic qui spiritalia perfecit, et soluta est illorum magna blasphemia.

7. [*WH. XLVII, 1*]. De assumtione Apostoli usque ad tertium caelum; et cur dixit « sive in corpore, sive « extra corpus ». Quoniam enim sunt in caelis spiritales conditiones, universae clamant Scripturae, et Paulus autem testimonium perhibet, quoniam sunt spiritalia, usque ad tertium caelum raptum se esse significans et rursum, delatum esse in paradisum et audisse verba inenarrabilia, quae non licet homini loqui.(2) Et quid illi prodest, aut in paradisum introitus, aut usque in tertium caelum assumtio, quum sint omnia illa sub potestate Demiurgi, si eorum quae super Demiurgum dicuntur mysteriorum speculator et auditor inciperet fieri, quemadmodum audent quidam dicere?(3) Si enim uti eam quae est super Demiurgum disceret dispositionem, nequaquam in his quae sunt Demiurgi remansisset,

(1) Cfr. supr. II fin. (p. 317).

(2) Cfr. II *Cor.* XII, 2-4. Inenarrabilia haec ipsa sunt spiritales creaturae quas exsistere circa Demiurgum, ibique solum Irenaeus contendit.—*Et rursum*, i. e. *et etiam*, et quidem; non vero *alia vice.*

(3) Si spiritalia et inenarrabilia, iuxta Gnosticorum sententiam, non sunt nisi supra Demiurgum, ergo supra hunc Paulus evectus fuisset; et id fortasse quidam Gnostici opponere solebant, nempe Paulum supra Demiurgum ad spiritalia speculanda (*inciperet speculator fieri*) assumptum esse. Sed id refellit Noster ipsa Pauli verba afferens, quibus hic se nonnisi usque ad tertium caelum assumptum esse docet, adeo ut, iuxta illorum quoque sententiam, neque ad ipsum Demiurgum perventus sit, qui super septimum habitat (I, v, 2: pp. 107-108).

ne ipsa quidem universa perspeculatus (restabat enim ei adhuc secundum illorum sermonem quartum caelum, [1] uti appropinquaret Demiurgo, et subiectam septenationem videret), sed reciperetur fortasse vel usque ad medietatem, id est ad matrem, uti ab ea disceret quae sunt intra Pleroma. Poterat enim qui est intus homo eius, [2] qui et loquebatur in eo, invisibilis exsistens, quemadmodum dicunt, non tantum usque ad tertium caelum, sed et usque ad matrem illorum pervenire. Si enim se, hoc est ipsorum hominem, statim supergredi dicunt Demiurgum, et abire ad matrem, multo magis utique Apostoli homini hoc evenisset: nec enim prohibuisset illum Demiurgus, iam et ipse subiectus Salvatori, ut dicunt. Si autem et prohibuisset, nihil profecisset; non enim possibile est eum Patris providentia fortiorem esse, et haec quum interior homo invisibilis etiam a Demiurgo esse dicatur. [3] Quoniam autem ille velut magnum aliquid enarravit, non utique isti super septimum caelum ascendunt: non enim sunt meliores Apostolo. Si seipsos dicant differentiores, ex operibus arguentur: nihil enim ab illis tale iactitatum est. Et propter hoc adiecit: « Sive in corpore, sive extra corpus, Deus scit » : [4] uti neque

(1) I. e. quadruplex caelum, seu quattuor (IV) caeli.

(2) Observa in loc. cit. (II *Cor.* XII, 2) veluti tertiam personam loqui de Paulo « Scio hominem... « raptum », quod utique Gnosticis argumentum erat pneuma Paulinum ibi verba facere, seu *qui est intus homo eius* (ὁ ἔσω αὐτοῦ ἄνθρωπος: cfr. I, XXI, 5; pp. 240-41). His vero Iren. aperte evincit supra Demiurgum alia spiritalia non esse: nam ad illa secus tantus Apostolus elatus esset, quum nihil eum ibi ascendere prohibere potuisset.

(3) Cfr. I, XXI, 5 (p. 242) et XIII, 6 (pp. 179-181).

(4) II *Cor.* XII, 2. In seqq. maxima difficultas: MASSUET. expunctum vult *non* ante *particeps* contra codicum fidem : arguit ex eo quod Irenaeo vindicandum est spiritalia fuisse quae Paulus vidit, quod maxime impeditur si corpus ibi partem habuisse concedatur. Sed nobis videtur Iren. ambiguitatem, quam Apostolus reliquit, integram velle atque utriusque hypothesis rationem reddere : nempe si dicatur eum *in corpore* ea vi-

corpus ⟨non⟩ particeps putaretur esse visionis eius, quippe et ipsum participaturum eorum quae vidisset, et audisset: nec rursus propter pondus corporis dicat quis eum amplius non esse assumtum, sed ideo usque illuc permittatur etiam sine corpore sacramenta perspicere spiritalia, quae sunt Dei operationes, qui fecit caelos et terram, et plasmavit hominem, et posuit in paradiso, speculatores fieri eos, qui similiter ut Apostolus valde sunt perfecti in dilectione Dei.(1)

8. [*WH. XLVII, 3*]. Ostensio quod non sit animalis Demiurgus. Et spiritalia itaque hic fecit, quorum usque ad tertium caelum speculator factus est Apostolus: et inenarrabiles sermones, quos non licet homini loqui, quoniam sint spiritales, et ipse hic praestat dignis, quemadmodum vult: huius enim est paradisus: et vere est spiritus Dei, sed non animalis Demiurgus, alioquin numquam spiritalia, perfecisset. Si autem animalis hic, per quem facta sunt spiritalia, referant nobis. Sed neque [per] enixionem matris suae, quod semetipsos esse dicunt, factum esse quid ostendere habent. Hi enim non tantum aliquid de spiritalibus, sed ne quidem muscam, aut culicem, aut tale aliquid ex his quae sunt contemtibilia animalia pusilla perficere possunt, praeter eam rationem, quae ab initio a Deo per seminum demissionem in his quae sunt eiusdem generis, naturaliter facta sunt atque fiunt, animalia. Sed ne quidem a sola matre factum aliquid; dicunt emissum hunc Demiurgum, et dominum universae operationis.(2) Et eum quidem,

disse, argumentum erit etiam corpus praemio participare sicut particeps iustitiae (cfr. ab init.); si dicatur *extra corpus*, iam maxima difficultas removetur coram his qui putent cum corpore ad ea assumi quis non posse; qui igitur permittent nos (sine corpore) perspicere aliquando posse ea mysteria spiritualia, quae eiusdem Demiurgi opera sunt qui fecit etc.

(1) I. e. quorum (sacramentorum) speculatores fient hii etc. *Hellenismo* (infinitivus pro subiunctivo) sententiam fere inintelligibilem interpres reddidit.

(2) Cfr. I, v, 3 (p. 109): **Κύριον δὲ τῆς ὅλης πραγματείας.**

qui sit universae operationis Demiurgus et dominus, animalem esse dicunt, se autem spiritales, qui nullius operationis fabricatores sunt aut domini, non solum eorum quae sunt extra eos, sed ne quidem corporum suorum. Multa denique saepe secundum corpus patiuntur nolentes, vocantes se spiritales et meliores Demiurgo.

9. Iuste igitur a nobis arguentur porro et longe divertisse a veritate. Sive enim per hunc, quae facta sunt, fecit Salvator, (1) non inferior ipsis, sed melior esse ostenditur, quando et horum ipsorum invenitur factor: nam et ipsi sunt ex his quae facta sunt. Quomodo ita consequens est, hos quidem spiritales esse, hunc autem ipsum per quem et facti sunt, animalem? Sive (quod et solum est verum, quod et per plurima ostendimus, velut liquidissimis ostensionibus) ipse a semetipso fecit libere et ex sua potestate, et disposuit, et perfecit omnia, et est substantia omnium voluntas eius; solus hic Deus invenitur, qui omnia fecit, solus omnipotens, et solus Pater condens et faciens omnia, et visibilia, et invisibilia, et sensibilia, et insensata, et caelestia, et terrena, « Verbo virtutis suae »; (2) et omnia aptavit et disposuit sapientia sua, et omnia capiens, solus autem a nemine capi potest: ipse fabricator, ipse conditor, ipse inventor, ipse factor, ipse Dominus omnium: et neque praeter ipsum, neque super ipsum, neque mater, quam illi admentiuntur; nec deus alter, quem Marcion affinxit; nec Pleroma XXX Aeonum, quod vanum ostensum est; neque Bythus, nec Proarche; neque caeli; (3) nec lumen virginale,

(1) Etiam si dicatur cum Gnosticis per hunc Salvatorem cuncta operatum esse (cfr. l. c.). Aliud *sive* correlativum v. infra (quod solum est verum).

(2) Allusio ad *Hebr.* I, 3. Caetera quae sequuntur emphatica vi praestant (*hymnus* dicuntur ab HARNACK), sed et firmitatem theologicam maximam praeseferunt et conceptum divinitatis, qualis a nullis ethnicis scriptoribus traditus est, praestantissimum exhibent. Cfr. Εἰς ἐπίδ. V, 8; THEOPH. I, 3-4.

(3) Quos Basil. finxit; *lumen virginale*, apud Barbeliotas (I, XXIX).

nec Aeon innominabilis, nec in totum quidquam eorum, quae ab his, et ab omnibus haereticis delirantur. Sed solus unus Deus fabricator, hic qui est super omnem principalitatem, et potestatem, et dominationem, et virtutem: hic Pater, hic Deus, hic conditor, hic factor, hic fabricator, qui fecit ea per semetipsum, hoc est per Verbum et per Sapientiam suam,(1) caelum, et terram, et maria, et omnia quae in eis sunt: hic iustus, hic bonus:(2) hic est qui formavit hominem, qui plantavit paradisum, qui fabricavit mundum, qui diluvium induxit, qui Noë salvavit: hic Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob, Deus vivorum, quem et Lex annuntiat, quem prophetae praeconant, quem Christus revelat, quem apostoli tradunt, quem Ecclesia credit. Hic Pater Domini nostri Iesu Christi, per Verbum suum, qui est Filius eius, per eum revelatur et manifestatur omnibus, quibus revelatur: cognoscunt enim eum hi, quibus revelaverit Filius. Semper autem coexsistens Filius Patri, olim et ab initio semper revelat Patrem, et Angelis et Archangelis, et Potestatibus, et Virtutibus, et omnibus, quibus vult revelare Deus.

CAP. XXXI. [*WH. XLVIII, 1*]. QUOMODO EA QUAE ADVERSUS VALENTINUM DICUNTUR, OMNEM EVERTUNT HAE-

(1) *Per semetipsum, hoc est per Verbum et Sapientiam suam*] Poteratne unitas in Trinitate apertius efferri? Cfr. IV, xx, 1: « Adest « enim ei semper Verbum et Sa- « pientia, Filius et Spiritus per quos « et in quibus omnia libere et « sponte fecit ». Εἰς ἐπίδ. 5: « Et « quoniam Deus (omnium crea- « tor) Ens intellectuale est, pro- « pterea per Verbum creavit quae « facta sunt: et quoniam Deus spi- « ritus est, per Spiritum cuncta or- « navit, prout Propheta ait " Verbo « Domini caeli firmati sunt et per « Spiritum eius omnis ornatus « [vers. germ. *Macht*] eorum " ». *Ps.* XXXIII, 6.

(2) *Iustus, bonus*] Allusio ad argumentum ep. Ptolemaei ad Floram, ubi Demiurgus δίκαιος, sed solus Pater ἀγαθός celebratur. Cfr. et I, xxvii, 1 fin. (p. 270) de Cerdone.

RESIM. 1. Destructis itaque his qui a Valentino sunt, omnis haereticorum eversa est multitudo. Quae enim et quantum adversus Pleroma et ad ea quae extra sunt, diximus, ostendentes quoniam concludetur et circumscribetur Pater universorum ab eo quod extra eum est (si tamen extra eum aliquid sit); et quoniam necesse est multos quidem Patres, multa autem Pleromata, et multas mundorum fabricationes, ab aliis quidem coeptas, ad alteras autem deficientes, [1] esse secundum omnem partem; et universos perseverantes in suis propriis, non curiose agere de aliis, in quibus neque participatio, neque communio aliqua est eis; et nullum alium omnium esse Deum, sed solam [2] esse omnipotentis appellationem: ed adversus eos qui sunt a Marcione, et Simone, et Menandro, vel quicumque alii sunt, qui similiter dividunt eam quae secundum nos est conditionem a Patre, similiter erit ad eos aptatum. [3] Quanta autem rursus diximus adversus eos, qui dicunt omnia quidem comprehendere Patrem universorum; eam autem quae sit secundum nos conditionem non ab eo esse factam, sed a virtute quadam altera; vel ab angelis ignorantibus Propatorem, in immensa magnitudine universitatis circumscriptum centri vice, velut maculam in pallio; ostendentes quoniam non est verisimile alium quemdam eam quae secundum nos est conditionem fecisse quam Patrem universorum; et adversus eos qui sunt a Saturnino, et a Basilide, et Carpocrate, et reliquos Gnosticorum, qui eadem similiter dicunt, idem dicetur. Quae autem de prolationibus dicta sunt, et Aeonibus, et deminoratione, et quemadmodum instabilis mater ipsorum, similiter evertit Basilidem, et omnes

(1) Cfr. II, 1, 4 (p. 311). His habes elegans ἀνακεφαλαίωσις omnium quae hucusque fuse disputavit, ex qua iter actum commode et fructuose expendere licet. Cfr. nostram Synopsim.

(2) Leg. *solutam*; cfr. 1, 5 « et sol- « vetur Omnipotentis appellatio ».

(3) Hucusque Synopsis pars I A; deinceps pars B.

qui falso cognominantur « agnitores » [1] aliis nominibus eadem similiter dicentes; magis autem quam hi ⟨qui⟩ ea quae sunt extra veritatem transferentes ad characterem suae doctrinae. [2] Et quaecumque sunt quae de numeris diximus, adversus omnes, qui in huiusmodi speciem deducunt quae sunt veritatis, et dicentur. Et quaecumque dicta sunt de Demiurgo, ostendentia quod hic solus est Deus et Pater universorum; et quaecumque adhuc dicentur in sequentibus, adversus omnes dico haereticos; eos quidem qui sunt mitiores eorum et humaniores avertes et confundes,[3] ut non blasphement suum conditorem, et factorem, et nutritorem, et Dominum, neque de labe et ignorantia genesin eius affingere: feroces autem, et horribiles, et irrationabiles affugabis a te longe, ne amplius sustineas verbositates eorum.

2. Super haec arguentur qui sunt a Simone, et Carpocrate, et si qui alii virtutes operari dicuntur: non in virtute Dei, neque in veritate, neque in beneficiis [4] hominibus facientes ea quae faciunt; sed in perniciem et errorem, per magicas elusiones et universa fraude, plus laedentes quam utilitatem praestantes his, qui credunt eis, in eo quod seducant. Nec enim caecis possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes daemones effugare, praeter eos qui ab ipsis immittuntur, si tamen et hoc faciunt; [5] neque debiles, aut claudos, aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos, quemadmodum saepe evenit fieri secundum corporalem infirmitatem; vel earum quae a foris accidunt infirmitatum bonas valetudines restaurare;

(1) γνωστικοί (cfr. c. XXIX). Synopsis II A.

(2) Allusio ad philosophorum θεολογούμενα quae subiecit c. XIV (Synopsis II B).

(3) Amicum nempe alloquitur qui ab Iren. haec scribi postulavit.

(4) εὐεργεσίαις oppositum ad *maleficiis*.

(5) De ethnicis sacerdotibus quod daemones attinet, idem efferunt IUSTIN. *Apol.* I, 21; TATIAN. *C. Graec.* XVIII; ATHENAG. *Legat.* 23, 27; MINUC. *Octav.* 27.

tantum autem absunt[1] ab eo ut mortuum excitent (quemadmodum Dominus excitavit, et apostoli per orationem, et in fraternitate saepissime propter aliquid necessarium, ea quae est in quoquo loco Ecclesia universa postulante per ieiunium et supplicationem multam, reversus est spiritus mortui, et donatus est homo orationibus sanctorum),[2] ut ne quidem credant hoc in totum posse fieri: esse autem resurrectionem a mortuis, agnitionem eius quae ab eis dicitur, veritatis.[3]

3. Quando igitur apud eos quidem error, et seductio, et magica phantasia in speculatu hominum impie fiat; in Ecclesia autem miseratio, et misericordia, et firmitas, et veritas ad opitulationem hominum, non solum sine mercede et gratis perficiatur, sed et nobis ipsis quae sunt nostra erogantibus pro salute hominum, et ea, quibus hi qui cu-

Τοσοῦτον δὲ ἀποδέουσιν τοῦ νεκρὸν ἐγεῖραι, καθὼς ὁ Κύριος ἤγειρεν καὶ οἱ ἀπόστολοι διὰ προσευχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀδελφότητι πολλάκις διὰ τὸ ἀναγκαῖον καὶ τῆς κατὰ τόπον ἐκκλησίας πάσης αἰτησαμένης μετὰ νηστείας καὶ λιτανείας πολλῆς ἐπέστρεψεν τὸ πνεῦμα τοῦ τετελελευτηκότος, καὶ ἐχαρίσθη ὁ ἄνθρωπος ταῖς εὐχαῖς τῶν ἁγίων...

(1) Graeca haec ex EUSEB. *H. E.* V, 7 (SCHWARTZ, I, 440) desumimus.

(2) Cfr. etiam infra XXXII, 4.

(3) Gnosticos denegare verae resurrectionis possibilitatem vidimus v. g. I, XXIV 5; XXVII, 3: quo autem sensu resurrectionem doceant v. ap. TERTULL. *Resurr.* 19: « Resurrectionem mortuorum... in « imaginariam significationem di« storquent, asseverantes mortem « etiam ipsam spiritaliter intel« ligendam... Hanc esse... igno« rantiam Dei, per quam homo « mortuus Deo non minus in er« rore iacuerit quam in sepulchro. « Itaque et resurrectionem eam « vindicandam, qua quis, audita « veritate, redanimatus et revivifi« catus Deo, ignorantiae morte di« scussa, velut de sepulchro veteris « hominis eruperit... Vae, in« quiunt, qui in hac carne non re« surrexerit! Tacite autem sen« tiunt: Vae qui non, dum in « hac carne est, cognoverit arcana « haeretica ». Cfr. et I, XV, 2 (p. 202); XXI, 4 (p. 239).

rantur, indigent, saepissime non habentes, a nobis accipiunt: (1) vere et per hanc speciem arguuntur a divina substantia, et benignitate Dei, et virtute Spiritali in totum extranei; fraude autem universa, et adinspiratione apostatica, et operatione daemoniaca, et phanthasmate idololatriae per omnia repleti, praecursores vero sunt draconis eius, qui per huiusmodi phantasiam abscedere faciet in cauda tertiam partem stellarum, et deiiciet eas in terram: (2) quos similiter atque illum devitare oportet, et quanto maiore phantasmate operari dicuntur, tanto magis observare eos, quasi maiorem nequitiae spiritum perceperint. Quam prophetiam, si observaverit quis eorum diurnam conversationis operationem, (3) inveniet unam et eamdem esse eis cum daemoniis ⟨conversationem⟩. (4)

Cap. XXXII. [*WH. XLVIII, 4*]. 1. Et haec autem quae est erga operationes impia ipsorum sententia, quae dicit oportere eos in omnibus operibus etiam quibuslibet malis fieri, ex Domini doctrina dissolvetur (5) apud quem non solum qui moechatur, expellitur, sed et qui moechari vult: et non solum qui occidit, reus erit occisionis ad damnationem, sed et qui irascitur sine causa fratri suo: qui et non solum non odire homines, sed et inimicos diligere iussit: et non solum non peierare, sed nec iurare praecepit: et non solum [non] male loqui de proximis, sed ne quidem « racha » et

(1) Pulchra allusio ad spiritum caritatis quo Ecclesia agebatur. Cfr. Εἰς ἐπίδ. 87, 96.

(2) Cfr. *Apocal.* XII, 4.

(3) Alludit ad opera magiae et commercii cum daemonibus, quae illi fovebant. Cfr. Tert. *Praescr.*

(4) Male interpolatum esse hoc verbum quisquis percipiet. Vult enim Irenaeus de Gnosticis et de Antichristi fautoribus simul in uno ab apostolo prophetiam datam esse; cfr. Hippol. *De Christo et Ant.* 60.

(5) Matth. V, 21 sqq. Cfr. his gemina in Εἰς ἐπίδ. 96. Hic vero contra Carpocratianos agit: cfr. I, xxv, 1; Plotin. op. cit. 13, acrius etiam practicas gnoseos consequentias reprehendit, solo rationis ductu. Porro locum hunc communem esse omnibus apologetis non est quod dicam.

fatuum dicere aliquem: si quo minus, reos esse huiusmodi in ignem gehennae: et non tantum non percutere, sed et ipsos percussos etiam alteram praestare maxillam: et non solum non abnegare quae sunt aliena, sed etiam si sua auferantur, illis non expostulare: et non solum non laedere proximos, neque facere quid eis malum, sed et eos qui male tractantur magnanimos esse, et benignitatem exercere erga eos, et orare pro eis, uti poenitentiam agentes salvari possint; in nullo imitantes nos reliquorum contumeliam, et libidinem et superbiam.(1) Quando igitur ille, quem isti magistrum gloriantur, et eum multo meliorem et fortiorem reliquis animam habuisse dicunt, cum magna diligentia quaedam quidem iussit fieri quasi bona et egregia, quibusdam autem abstinere non solum operibus, sed etiam his cogitationibus quae ad opera ducunt, quasi malis et nocivis et nequam: quemadmodum magistrum dicentes talem fortiorem et meliorem reliquis, deinde quae sunt contraria eius doctrinae manifeste praecipientes, non confundantur? Et si quidem nihil esset mali aut rursus boni, opinione autem sola humana, quaedam quidem iniusta, quaedam autem iusta putarentur, non utique dixisset dogmatizans, (id est docens): « Iusti autem « fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum »: iniustos autem et qui non faciunt opera iustitiae, mittet « in ignem aeternum, « ubi vermis ipsorum non morietur, et ignis non exstin- « guetur ».(2)

2. [*WH. XLIX, 1*]. Eversio haereticorum in his, quibus non communicant cum Valentino. Adhuc etiam dicentes, oportere eos in omni opere et in omni conversatione fieri, ut, si fieri possit, in una vitae adventatione omnia perficientes ad perfectum transgrediantur;(3) eorum quidem quae sunt ad virtutem pertinentia, et laboriosa et gloriosa

(1) *reliquorum*] i. e. ethnicorum; cfr. *Rom.* I, 29 sq.

(2) Matth. XIII, 43; XXV, 41; Marc. IX, 44-48; cfr. de huiusmodi poenarum aeternitate III, xxiii, 3.

(3) Cfr. I, xxv, 4 (p. 264).

et artificialia, quae etiam ab omnibus bona approbantur, nequaquam inveniuntur conati facere. Si enim oportet per omne opus, et per universam ire operationem; primo quidem oportebat omnes se ediscere artes, quaecumque illae sive in sermonum rationibus, sive in operibus consummantur, sive per continentiam edocentur, et per laborem, et meditationem, et perseverantiam percipiuntur; ut puta omnem speciem musicae, et computationis, et geometriae, et astronomiae, et universa quae in sermonum rationibus occupantur: adhuc etiam medicinam universam, et herbarum scientiam, et eas quae ad salutem humanam sunt elaboratae; et picturam, et statuarum fabricationem, et aerariam artem, et marmorariam, et similes his: ab his autem omnem speciem rusticationis, et veterinariae, et pastoralis, et opificum artes, quae dicuntur pertransire universas artes,(1) et eas quae erga mare vacant, et corpori student,(2) et venatorias, et militares, et regales, et quotquot sunt, quarum nec decimam, nec millesimam partem in tota vita sua elaborantes ediscere possunt. Et horum quidem nihil conantur addiscere, qui in omni dicunt semetipsos oportere fieri opere, ad voluptates autem, et libidinem, et turpia facta devergentes, a semetipsis iudicati quum sint, secundum doctrinam suam; quoniam enim desunt eis quae praedicta sunt omnia, ad correptionem ignis adibunt. Qui quidem Epicuri philosophiam, et Cynicorum indifferentiam aemulantes, Iesum magistrum gloriantur, qui non solum a malis operibus avertit suos discipulos, sed etiam a sermonibus et cogitationibus, quemadmodum ostendimus.

3. [*WH. XLIX, 2*]. Dicentes autem, se ex eadem circumlatione cum Iesu habere animas, et similes ei esse, aliquando autem et meliores,(3) ad opera producti quae ille ad utilitatem hominum et firmitatem fecit, et nihil tale nec

(1) Harvey putat hic redditum τὴν ἐγκυκλοπαιδείαν διαπερᾶν.

(2) Scil. γυμναστικάς (Harvey).

(3) Cfr. I, xxv, 2 (p. 262): producti = παρηγμένοι seu *provocati*.

simile, neque secundum aliquid in comparationem quod venire possit, perficere inveniuntur. Sed et si aliquid faciunt, per magicam, quemadmodum diximus, operati, fraudulenter seducere nituntur insensatos: fructum quidem et utilitatem nullam praestantes, in quos virtutes perficere se dicunt; adducentes autem pueros investes (1) et oculos deludentes, et phantasmata ostendentes statim cessantia, et ne quidem stillicidio temporis (2) perseverantia, non Iesu Domino nostro, sed Simoni mago similes ostenduntur. Et ex hoc autem quod Dominus surrexit a mortuis in tertia die, firmum esse, (3) et discipulis se manifestavit, et videntibus eis receptus est in caelum, quod ipsi morientes, et non resurgentes, neque manifestati quibusdam, arguuntur in nullo similes habentes Iesu animas. (4)

4. [*WH. XLIX, 3*]. Si autem et Dominum per phantasmata huiusmodi fecisse dicunt, ad prophetica reducentes eos ex ipsis demonstrabimus, omnia sic de eo et praedicta esse, et facta firmissime, et ipsum solum esse Filium Dei. (5)

Εἰ δὲ (4) καὶ τὸν Κύριον φαντασιωδῶς τὰ τοιαῦτα πεποιηκέναι φήσουσιν, ἐπὶ τὰ προφητικὰ ἀνάγοντες αὐτούς, ἐξ αὐτῶν ἐπιδείξομεν πάντα οὕτως περὶ αὐτοῦ καὶ προειρῆσθαι καὶ γεγονέναι βεβαίως καὶ αὐτὸν μόνον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Δι' ὃ

(1) I. e. *impuberes*: cfr. TERTULL. *De vel. virg.* 8: « Si *virgo* « mulier non est, nec vir *investis* « est ». Rem vero quod spectat longe haec describuntur apud HIPPOL. *Philosoph.* IV, IV [CRUICE, p. 94 sqq.].

(2) **Σταγμῷ** χρόνου ad clepsydras adludit. Cfr. cum his, fragm. QUADRAT. *Apol.* ap. EUS. *H. E.* IV, III, 2, quod Irenaeus procul dubio respexit.

(3) HARVEY id putat referri in graecis ad consequens, *quod ipsi morientes*, ante quod si reponatur sensum plenum dat: sed fortasse *firmum esse* mala versio est cuiusdam verbi ad veram commorationem Redivivi in terris adludentis: puta, *perseverasse*.

(4) Non alludit ad finem Simonis Magi (HIPPOL. VI, I, 20), ut putat HARVEY: nam ille *vivum* se sepelire fecit. — Proximum fragm. graec. ex EUSEB. *H. E.* V, 7 depromitur (SCHWARTZ, I, 440).

(5) Idem argumentum in **Εἰς ἐπιδ.** sibi proposuit Iren.

Quapropter et in illius nomine, qui vere illius sunt discipuli ab ipso accipientes gratiam, perficiunt ad beneficia reliquorum hominum, quemadmodum unusquisque accepit donum ab eo. Alii enim daemones excludunt firmissime et vere, ut etiam saepissime credant ipsi qui emundati sunt a nequissimis spiritibus, et sint in Ecclesia: alii autem et praescientiam habent futurorum, et visiones, et dictiones propheticas. Alii autem laborantes aliqua infirmitate, per manus impositionem curant, et sanos restituunt. Iam etiam, quemadmodum diximus, et mortui resurrexerunt, et perseveraverunt nobiscum annis multis.(1) Et quid autem? Non est numerum dicere gratiarum, quas per universum mundum Ecclesia a Deo accipiens, in nomine Christi Iesu, crucifixi sub Pontio Pilato, per singulos dies in opitulationem gentium perficit, neque seducens aliquem, nec pecu-

καὶ ἐν τῷ ἐκείνου ὀνόματι οἱ ἀληθῶς αὐτοῦ μαθηταί, παρ' αὐτοῦ λαβόντες τὴν χάριν, ἐπιτελοῦσιν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, καθὼς εἷς ἕκαστος αὐτῶν τὴν δωρεὰν εἴληφεν παρ' αὐτοῦ. Οἳ μὲν γὰρ δαίμονας ἐλαύνουσιν βεβαίως καὶ ἀληθῶς, ὥστε πολλάκις καὶ πιστεύειν ἐκείνους αὐτοὺς τοὺς καθαρισθέντας ἀπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ εἶναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Οἳ δὲ καὶ πρόγνωσιν ἔχουσιν τῶν μελλόντων, καὶ ὀπτασίας, καὶ ῥήσεις προφητικάς. Ἄλλοι δὲ τοὺς κάμνοντας διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ἰῶνται, καὶ ὑγιεῖς ἀποκαθιστᾶσιν. Ἤδη δέ, καθὼς ἔφαμεν, καὶ νεκροὶ ἠγέρθησαν, καὶ παρέμειναν σὺν ἡμῖν ἔτεσιν ἱκανοῖς. Καί, τί γάρ; οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εἰπεῖν τῶν χαρισμάτων, ὧν κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἡ Ἐκκλησία παρὰ Θεοῦ λαβοῦσα, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ἑκάστης ἡμέρας ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖ,

(1) Cfr. Theoph. *Ad Autol.* I, 13: qui tamen de resuscitatis a Domino loquitur. Sane potissimum est testimonium hoc Irenaei de charismatibus in Ecclesia perdurantibus. Cfr. V, vi, 1 et Eus. l. c.

niam ei auferens. Quemadmodum enim gratis accepit a Deo, gratis et ministrat.[1]

5. Nec invocationibus angelicis facit aliquid, nec incantationibus, nec reliqua prava curiositate; sed munde et pure et manifeste orationes dirigen⟨te⟩s[2] ad Dominum, qui omnia fecit, et nomen Domini nostri Iesu Christi invocans, virtutes secundum utilitates hominum, sed non ad seductionem perfecit. Si itaque et nunc nomen Domini nostri Iesu Christi beneficia praestat, et curat firmissime et vere omnes ubique credentes in eum, sed non Simonis, neque Menandri, neque Carpocratis, nec alterius cuiuscumque, manifestum est, quoniam homo factus, conversatus est cum suo plasmate, vere omnia fecit ex virtute Dei, secundum placitum Patris universorum, quomodo prophetae praedixerunt.[3] Quae autem erant haec, in his quae sunt ex prophetis ostensionibus narrabuntur.

CAP. XXXIII. [*WH. L*]. 1. OSTENSIO QUOD NON TRANSEANT ANIMAE IN ALIA CORPORA. De corpore autem in corpus transmigrationem ipsorum subvertamus ex eo, quod nihil omnino eorum quae ante fuerint, meminerint animae.[4] Si enim ob hoc emittebantur, uti in omni fierent operatione,

μήτε ἐξαπατῶσά τινας, μήτε ἐξαργυριζομένη. Ὡς γὰρ δωρεὰν εἴληφεν παρὰ Θεοῦ, δωρεὰν καὶ διακονεῖ.

(1) MATTH. X, 8. Cfr. I, IV, 3; XIII, 3 etc.

(2) Codd. *dirigentes*: legendum vero *dirigens* patet.

(3) Plane notanda haec deductio verae divinitatis Christi ex prodigiis a fidelibus patratis.

(4) Ita fere IUSTIN. *C. Tryph.* 4: « An etiam vidisse se meminit « quum ad hominem redit? — « Non mihi videtur. — Quid igi« tur prodest vidisse, aut qui vi« dit, quid amplius habet quam « qui non vidit, si ne illud qui« dem ipsum, nempe vidisse se, « habet in memoria? » etc. — Ex hoc capite metempsychosim exagitant quoque TERTULL. *De An.* 33-35; CLEM. *Strom.* IV; ORIG. *Cels.* I; LUCIANUS SAM. *Gallus*; LACTANT. *Inst.* III, 18; AUG. *Civ. Dei*, X, 30 etc.

oportebat eas meminisse eorum quae ante facta sunt, uti ea quae deerant adimplerent, et non circa eadem semper volutantes continuatim, miserabiliter laborarent. Non enim poterat corporis admixtio in totum universam ipsorum, quae ante habita erant, exstinguere memoriam et contemplationem; et maxime ad hoc venientes.(1) Quomodo enim nunc soporati et requiescente corpore, quaecumque anima ipsa apud se videt et in phantasmate agit, et horum plura reminiscens communicat cum corpore; et est(2) quando et post plurimum temporis, quaecumque per somnium quis vidit, vigilans annuntiat: sic utique reminisceretur et illorum, quae, antequam in hoc corpus veniret, egit. Si enim hoc, quod in brevissimo tempore visum est, vel in phantasmate conceptum est, et ab ea sola per somnium, postquam commixta sit corpori, et in universum membrum dispersa, commemoratur, multo magis illorum reminisceretur, in quibus, temporibus tantis et universo praeteritae vitae saeculo, immorata est.

2. [*WH. LI*]. OSTENSIO QUOD NON BIBANT, SECUNDUM PLATONEM, OBLIVIONIS POCULUM. Ad haec Plato vetus ille Atheniensis, qui et primus sententiam hanc introduxit,(3)

(1) I. e. ut implerent quae deerant. Cfr. IUSTIN. loc. cit.: « Non « ergo... migrant in alia corpora: « scirent enim sese ita puniri et « metuerint deinceps vel leviter « peccare ». — In proximis *soporati* pendet ab *anima*.

(2) I. e. « et prout etiam evenit nonnullos post multum quo« que tempus » etc.

(3) Metempsychoseos origines antiquissimas in Indorum theologia (Samsâra = circulatio) cfr. v. g. apud CH. DE LA SAUSSAYE, *Hist. d. relig.* [trad. franç. 1904], p. 355: in ipsis cosmogoniis orphicis vetustioribus apud Graecos eamdem doctrinam exhiberi docent HERODOTUS [II, 81]; PLATO [*Phaed.* 70; *Cratyl.* 400]; cfr. ROHDE, *Psiche*, II, 107 ss.: ab his per PHERECYDEM (ap. SUID. *Lex.* sub voc.) ad Pythagoraeos transisse videtur, de quibus cfr. DIOG. LAERT. VIII, 31. Plura vide ap. DIÈS, l. c. p. 147 ss. Caeterum et CLEM. AL. *Strom.* I, 15 et HIPPOL. *Philos.* I, III [CRUICE, p. 14], immo et THEOPH. *Autol.* III, 7, Pythagoram, longe ante Platonem, primum hanc sententiam induxisse tenebant. Sed Plato in *Timaeo* longe expolitiorem doctri-

quum excusare non posset, oblivionis induxit poculum, putans se per hoc aporiam huiusmodi effugere: ostensionem quidem nullam faciens, dogmatice autem respondens, quoniam introeuntes animae in hanc vitam, ab eo qui est super introitum daemone, priusquam in corpora intrent, potantur oblivione.(1) Et latuit semetipsum in alteram maiorem incidens aporiam. Si enim oblivionis poculum potest, posteaquam ebibitum est, omnium factorum obliterare memoriam, hoc ipsum unde scis, o Plato, quum sit nunc in corpore anima tua, quoniam, priusquam in corpus introeat, a daemone potata est oblivionis medicamentum? Si enim daemonem, et poculum, et introitum reminisceris, et reliqua oportet cognoscas: si autem illa ignoras, neque daemon verus, neque artificiose compositum oblivionis poculum.(2)

3. [*WH. LII*]. OSTENSIO QUONIAM CORPUS NON EST OBLIVIO. Adversus autem eos, qui dicunt ipsum corpus esse oblivionis medicamentum, occurret hoc: quomodo igitur quodcumque per semetipsam anima videt, et in somniis et secundum cogitationem ⟨mentis intentionem⟩, corpore quiescente, ipsa reminiscitur, et renuntiat proximis? Sed ne quidem ea quae olim agnita sunt, aut per oculos, aut per auditum, meminisset anima in corpore exsistens, si esset corpus oblivio; sed simul atque ab inspectis abesset oculus, auferretur utique et ea quae esset de his memoria. In ipsa enim oblivione exsistens anima nihil aliud cognoscere po-

nam hanc fecit, eam primus connectens cum origine idearum nostrarum iuxta celebre illud axioma « Nosse est reminisci» ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις (*Phaed.*). Sunt tamen qui verba *Qui... introduxit* male interpolata esse censeant. Massuet vero ea ad *poculum oblivionis* restringit.

(1) Cfr. PLATON. *De Republ.* X; VIRGIL. *Aeneid.* VI. Sed id potius poetice enuntiat Plato. Alias causas huius oblivionis, nempe tempus et in corpus immixtio, recenset et exagitat TERTULL. *De anima*, 23–24. — *Latuit semetipsum* (ἔλαθεν ἑαυτόν) allusio ad oblivionem (λήθη).

(2) Subaudi *verum est*: οὐδὲ ὁ δαίμων ἀληθής, οὐδ' ὁ... κρατήρ.

terat, nisi solum illud quod in praesenti videbat. Quomodo autem et divina disceret, et meminisset ipsorum exsistens in corpore, quando sit, ut aiunt, ipsum corpus oblivio?[1] Sed et prophetae ipsi quum essent in terra, quaecumque spiritaliter secundum visiones caelestium vident vel audiunt, ipsi quoque meminerunt in hominem conversi,[2] et reliquis annuntiant: et non corpus oblivionem efficit animae eorum quae spiritaliter visa sunt; sed anima docet corpus, et participat de spiritali ei facta visione.

4. [*WH. LIII*]. Quoniam in corporis communione non amittit suas virtutes anima. Non enim est fortius corpus quam anima, quod quidem ab illa spiratur, et vivificatur, et augetur, et articulatur; sed anima possidet et principatur corpori. Tantum autem impeditur a sua velocitate, quantum corpus participat de eius motione; sed non amittit suam scientiam. Corpus enim organo simile est; anima autem artificis rationem obtinet.[3] Quemadmodum itaque artifex velociter quidem operationem secundum se adinvenit, in organo autem tardius illam perficit, propter rei subiectae immobilitatem, et illius mentis velocitas admixta tarditati organi temperatam perficit operationem: sic et anima participans suo corpori, modicum quidem impeditur, admixta velocitate eius in corporis tarditate; non amittit autem in totum suas virtutes; sed quasi[4] vitam participans

(1) I. e.: « Quomodo autem nos « in corpore possemus ea divina « meminisse quae vidimus et didici- « mus in vita antecedenti in circum- « latione ingenito Deo? » (I, xxv, 1, p. 261). Vel fortasse haec maior est; minor autem huius syllogismi sequenti periodo exhibetur. Tertull. enim l. c. id improbat ex eo quod anima divinare possit in corpore exsistens: a fortiori igitur reminiscere.

(2) I. e. ad se reversi: quando nempe conscientiam sui legaminis ad corpus resumpserunt.

(3) Cfr. et supr. xxviii, 4, fin. Hanc metaphoram ex Platon. *Phaedon.* primum ducta, exinde usitatissima facta est. Cfr. Cyprian. *Ad Demetr.* 20 vel Augustin. *De Civ. Dei*, XXIV, 3.

(4) I. e. prout (ὡς).

corpori, ipsa vivere non cessat, sic et de reliquis ei communicans, neque scientiam ipsorum perdit, neque memoriam inspectorum.

5. [*WH. LIV*]. OSTENSIO QUOD UNUSQUISQUE NOSTRUM SUAM HABET ANIMAM, SICUT ET SUUM CORPUS. Si itaque nullius praeteritorum meminit, sed exsistentium scientiam hic percipit, non igitur in aliis corporibus fuit aliquando, neque egit quae ne quidem agnoscit, neque novit quae quidem neque videt. Sed quemadmodum unusquisque nostrum suum corpus per artem Dei sumit, sic et suam habet animam. Neque enim sic pauper, neque indigens Deus, ut non unicuique corpori propriam donaret animam, quemadmodum et proprium characterem.(1) Et ideo adimpleto numero, quem ipse apud se ante definiit, omnes quicumque sunt scripti in vitam, resurgent, sua corpora et suas habentes animas, et suos spiritus,(2) in quibus placuerunt

Ἀλλ' ὡς εἷς ἕκαστος ἡμῶν ἴδιον σῶμα... λαμβάνει, οὕτως καὶ ἰδίαν ἔχει ψυχήν. Οὐ γὰρ οὕτω πτωχὸς οὐδὲ ἄπορος ὁ Θεὸς ὥστε μὴ ἑνὶ ἑκάστῳ σώματι ἰδίαν κεχαρίσθαι ψυχήν, καθάπερ καὶ ἴδιον χαρακτῆρα. Καὶ διὰ τοῦτο πληρωθέντος τοῦ ἀριθμοῦ, ὃν αὐτὸς παρ' αὐτῷ προώρισε, πάντες οἱ γραφέντες εἰς ζωὴν ἀναστήσονται, ἴδια ἔχοντες σώματα, καὶ ἰδίας ἔχοντες ψυχάς, καὶ ἴδια πνεύματα, ἐν οἷς εὐηρέστησαν τῷ Θεῷ. Οἱ δὲ τῆς

(1) I. e. et propriam figuram, seu adspectum. Alterum caput ex quo Patres omnes (cfr. sup.) impugnant metempsychosim est praecise hoc, quod nempe in hac hypothesi ad plures homines eadem anima pertineret, et ideo resurrectionem fere impossibilis evaderet. — Graeca iterum ex *Parall.* DAMASCEN. (HOLL, p. 60, n. 143).

(2) Hic plane tria sunt, et spiritus ab anima discernitur; sed mox quum de malis agatur iterum spiritum non commemorat. Cfr. V, VIII, 2 ubi spiritum « pignus « inhabitantis in nos Spiritus Dei » appellat, ita ut « substantia nostra, « i. e. animae et carnis adunitio « assumens Spiritum Dei, spiritua- « lem hominem efficit ». TAT. loc. cit. 13 fin. Fortasse ex verbis illis « non enim permanebit Spiritus « meus in homine quia caro est » ad hanc opinionem Ir. ductus est.

Deo. Qui autem poena sunt digni, abibunt in eam, et ipsi suas habentes animas, et sua corpora, in quibus abstiterunt a Dei bonitate. Et cessabunt utrique iam generare, et generari, et ducere uxorem, et nubere; ut commensurata multitudo ante praefinita a Deo generis humani perfectorum compago (sive aptatio) conservet Patris.(1)

CAP. XXXIV. [*WH. LV*]. QUOMODO PERSEVERANT ANIMAE CORPORIS HABENTES FIGURAM. 1. Plenissime(2) autem Dominus docuit, non solum perseverare, non de corpore in corpus transgredientes, animas, sed et characterem corporis, in quo etiam adaptantur, custodire eumdem:(3) et me-

κολάσεως ἄξιοι ἀπελεύσονται εἰς αὐτήν, καὶ αὐτοὶ ἰδίας ἔχοντες ψυχάς, καὶ ἴδια σώματα, ἐν οἷς ἀπέστησαν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος· καὶ παύσονται ἑκάτεροι τοῦ γεννᾶν ἔτι καὶ γεννᾶσθαι, καὶ γαμεῖν καὶ γαμεῖσθαι· ἵνα τὸ σύμμετρον φῦλον τῆς προωρισμένης ἀπὸ Θεοῦ ἀνθροπότητος ἀποτελεσθέν, τὴν ἁρμονίαν τηρήσῃ τοῦ Πατρός.

(1) Graece haec plana sunt: « Ut « commensurata multitudo huma- « nitatis a Deo praefinita, iam con- « summata, Patris conservet har- « moniam », scl. eam harmoniam cum reliquis quam Pater intendit. Interpres loco ἀποτελεσθέν, τὴν legit ἀποτελεσθέντων atque exinde integram sententiam pessumdat.

(2) Fragmentum hoc: *Plenissime – Lazaro* syriace prostat in Comm. Bar-Salibi apud PITRA, *Anal. Sacra* (p. 19). Praecipua varietas est in verbis « non solum... animas » quae ibi simpliciter exhibentur: *non solum non transgredi praesentes animas*; omittit in fine « quae scribitur ». Inducitur autem his verbis: « Quod animae « non praecesserint corpora et quod « non transmigrent de corpore in « aliud; s. Irenaei ep. Lugdun. ex « opere cui titulus " Refutatio « scientiae falsi nominis " ex se- « cundo libro et ex 71 sectione quae « est 527 integri operis ». Quod si verum est, primus liber in 456 sectionibus distinctus erat, alter vero in 75 tantum! In cod. nostris caput numero LXVII indicatur.

(3) Cfr. sup. XIX, 2; hic vero inscriptionem et infra in fine §. — Animae igitur veluti effigiem quamdam corporis cuius forma fuerunt conservant, quemadmodum aqua vasculi in quo gelaverit. Cfr. eadem prorsus apud TERTULL. *De anim.* c. 7.

minisse eas operum quae egerunt hic, et a quibus cessaverunt, in ea relatione quae scribitur de divite et de Lazaro eo, qui refrigerabat in sinu Abrahae: (1) in qua ait divitem cognoscere Lazarum post mortem, et Abraham autem similiter, et manere in suo ordine unumquemque ipsorum, et postulare mitti ei ad opem ferendam Lazarum, cui ne quidem de mensae suae micis communicabat: et de Abrahae responso, qui non tantum ea quae secundum se, sed et quae secundum divitem essent, sciebat; et praecipiebat Moysi assentire et prophetis eos, qui non mallent pervenire in illum locum poenae, et recipientes praeconium eius qui resurrexerit a mortuis. (2) Per haec enim manifestissime declaratum est, et perseverare animas, et non de corpore in corpus transire, et habere hominis figuram, ut etiam cognoscantur, et meminerint eorum quae sint hic; et propheticum quoque adesse Abrahae, (3) et dignam habitationem unamquamque gentem percipere, etiam ante iudicium.

2. [*WH. LVI, 1*]. QUOMODO ANIMAE, QUUM SINT GENERABILES, IN FUTURUM INCORRUPTIBILES PERSEVERANT. Si qui autem hoc in loco dicant, non posse animas eas, quae paulo ante esse coeperint, in multum temporis perseverare, sed oportere eas aut innascibiles esse, ut sint immortales; vel si generationis initium acceperint, cum ipso corpore mori: (4) discant, quoniam sine initio et sine fine, vere et semper

(1) LUC. XVI, 19 sqq. Argumentatio gnostica est: cfr. *Exc. Theod.* 14: « quo exemplo animam « esse corpoream per membra cor« porea comprobatur », et TERTULL. l. c. — *Relatio quae scribitur* = διήγησις γραφεῖσα περί, scl. narratio Scripturae de... *Quae scribitur* tamen om. cod. syr.

(2) *recipientes*] apponitur ad *eos*: *et* seu καί verte *quoque*.

(3) καὶ τὸ προφητικὸν ὑπάρχειν τοῦ 'Αβραάμ: i. e. et quod Abraham in ea narratione praedixit verum esse: nempe dignam habitationem etc. — De his cfr. libr. V.

(4) Cfr. IUST. *Tryph.* 5; TATIAN. *C. Graec.* 6. Stoicis saepissime opponebant Epicurei occidere animas cum corporibus quia cum corporibus nascuntur. Cfr. LACTANT. *Div. Inst.* III, 18.

idem et eodem modo se habens, solus est Deus, qui est omnium Dominus. Quae autem sunt ab illo omnia, quaecumque facta sunt, et fiunt, initium quidem suum accipiunt generationis, et per hoc inferiora sunt ab eo qui ea fecit, quoniam non sunt ingenita; perseverant autem et extenduntur in longitudinem saeculorum, secundum voluntatem factoris Dei: ita ut sic initio fierent, et postea ut sint eis donat.(1) Quemadmodum enim caelum quod est super nos, firmamentum, et sol, et luna, et reliquae stellae, et omnia ornamenta ipsorum, quum ante non essent, facta sunt, et multo tempore perseverant secundum voluntatem Dei; sic et de animabus, et de spiritibus, et omnino de omnibus his quae facta sunt cogitans quis, minime peccabit: quando omnia quae facta sunt, initium quidem facturae suae habeant, perseverant autem quoadusque ea Deus, et esse, et perseverare voluerit.(2) Testatur pro his sententiis etiam propheticus spiritus, dicens: « Quoniam ipse dixit, et facta « sunt; ipse mandavit, et creata sunt. Statuit ea in saecu- « lum, et in saeculum saeculi ».(3) Et iterum de salvando homine sic ait: « Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitu- « dinem dierum in saeculum saeculi »:(4) tamquam Patre omnium donante, et in saeculum saeculi perseverantiam his qui salvi fiunt. Non enim ex nobis, neque ex nostra natura vita est; sed secundum gratiam Dei datur. Et ideo qui servaverit datum vitae, et gratias egerit ei qui praestitit, accipiet et in saeculum saeculi longitudinem dierum. Qui autem abiecerit eam, et ingratus exstiterit factori, ob hoc quod

(1) Ut esse dat, etiam conservat.

(2) Sane omnia in nihilo redigerentur si Deus eadem conservare desineret. Nam ut infra piissime habet: « Non ex nostra natura vita « est, sed secundum gratiam Dei « datur », quatenus nempe (ut omnes Patres habent) Deus solus est qui est, nos autem quod sumus a Deo habemus. Quibus plane aditus fit ad principium illud altissimum quo caput hoc coronat: « Principari de- « bet in omnibus voluntas Dei, « reliqua omnia huic subdita esse ».

(3) *Ps.* CXLVIII, 5, 6.

(4) *Ps.* XX, 4.

factus est et non cognoverit eum qui praestat, ipse se privat in saeculum saeculi perseverantia.(1) Et ideo Dominus dicebat ingratis exsistentibus in eum: « Si in modico fideles « non fuistis, quod magnum est quis dabit vobis? » (2) significans, quoniam qui in modica temporali vita ingrati exstiterunt ei qui eam praestitit, iuste non percipient ab eo in saeculum saeculi longitudinem dierum.

3. [2]. Sicut autem corpus animale ipsum quidem non est anima, participatur autem animam, quoadusque Deus vult: sic et anima ipsa quidem non est vita, participatur autem a Deo sibi praestitam vitam.(3) Unde et propheticus sermo de protoplasto ait: « factus est in animam vivam », (4) docens nos, quoniam, secundum participationem vitae, vivens facta est anima, ita ut separatim quidem anima intelligatur, separatim autem quae erga eam est vita. Deo itaque vitam et perpetuam perseverantiam donante, capit et animas primum non exsistentes dehinc perseverare, quum eas Deus et esse et subsistere voluerit. Principari enim debet in omnibus et dominari voluntas Dei; reliqua autem omnia huic cedere, et subdita esse, et in servitium dedita. Et de factura quidem et perseverantia animae hucusque dictum sit.

CAP. XXXV. [*WH. LVII*]. EVERSIO BASILIDIS CAELORUM FABRICATIONIS. 1. Basilides autem et ipse super haec quae dicta sunt cogetur dicere secundum suam regulam,

(1) « Non quod destruendam « et in nihilum redigendam eius « animam velit Irenaeus qui toties « asserit poenas et ignem reproborum aeternum fore: sed quod « aeterna *vita* se privet impius « mortemque aeternam sibi adsciscat »; MASSUET.

(2) Cfr. LUC. XVI, 10–12, ubi tamen verba hac ratione non exstant. Consonat tamen Irenaeo II *Clem.* VIII, 5: Εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς ὑμῖν δώσει; cfr. *Bibl.* I, III, p. 174, not. 4.

(3) Respexit Iren., ut observat GRABE, absque dubio IUSTIN. *Dial. c. Tryph.* 6: Οὐ ζωὴ οὖσα ζῇ, ἀλλὰ μεταλαμβάνουσα τῆς ζωῆς, ... ζωῆς δὲ ψυχὴ μετέχει, ἐπεὶ ζῆν αὐτὴν ὁ Θεὸς βούλεται. Haec vero sunt contra PLAT. *Phaed.* 105.

(4) *Gen.* II, 17.

non solum CCCLXV secundum successionem alios ab aliis factos, sed immensam quamdam et innumerabilem multitudinem caelorum semper factam, et fieri, et futurum ut fiant, et numquam deficere huiusmodi fabricam caelorum.(1) Si enim ex defluxu prioris secundum factum est caelum ad illius speciem, et ad secundi tertium, et similiter omnes reliqui subsequentes: et de huius quod secundum nos est, quod et novissimum vocat, necesse est ex defluxu aliud factum simile sibi, et ex illo iterum aliud: et numquam deficere, neque defluxus eorum qui iam facti sunt, neque facturas caelorum; sed in immensum, et non in praefinitum numerum caelorum incidere.

2. [*WH. LVIII, 1*]. OSTENSIO QUONIAM PROPHETAE NON A VARIIS DIIS FECERINT PROPHETATIONES, SED AB UNO ET EODEM; ET EXPOSITIO HEBRAICORUM NOMINUM EORUM QUAE IN PROPHETIS POSITA SUNT. Et reliqui autem qui falso nomine Gnostici dicuntur, qui prophetas ex diversis diis prophetias fecisse dicunt,(2) facile destruentur ex hoc, quod omnes prophetae unum Deum et Dominum praedicaverint, et ipsum factorem caeli et terrae et omnium quae in eis sunt, et quod adventum Filii eius significaverint, secundum quod ex ipsis demonstrabimus Scripturis in libris consequentibus.

3. Si autem quidam secundum hebraeam linguam diverse dictiones positas in Scripturis opponant, quale est Sabaoth, et Eloe, et Adonai, et alia quaecumque sunt talia, ex his ostendere elaborantes diversas virtutes atque deos: discant quoniam unius et ipsius significationes et nuncupationes sunt omnia huiusmodi. Quod enim dicitur Eloe, secundum iudaicam vocem Deum significat,(3) et Eloae verum

(1) Cfr. supr. XVI, 2, 4. Ibi vero infinitos caelos a parte *ante* ostendit: hic vero a parte *post*. — In proximis *ex defluxu* graec. ἐκ ἀποῤῥοίας de qua cfr. I, XXIV, 3 (p. 255, not. 2).

(2) Cfr. supr. I, XXX, 11.

(3) אלוה certum est *Deum* significare. De quo nomine cfr. KITTEL, in *Realenc.*3 V, 316.

et Eloeuth secundum hebraicam linguam, hoc « Quod continet omnia », significat.(1) Quod autem ait Adonai, aliquando quidem nominabile et admirabile significat, (2) aliquando autem duplicata litera delta cum aspiratione, ut puta Addonai, « Praefinientem et separantem terram ab aqua », (3) nec posteaquam insurgere in eam. (4) Similiter autem et

(1) Bene Harvey graeca restituit: Ἐλωείμ τε, ἀλλὰ καὶ Ἐλωοῦθ i. e. « Eloeim quoque, verum etiam « Eloeuth »: haec nomina a radice אל (fortis) reapse παντοκράτωρ seu Omnipotentem significant. Male autem interpres per « quod « continet omnia » praefatam graecam vocem reddidit, sed non heic tantum: cfr. v. g. II, 1, 1 (p. 309, not. 1). — Pro Eloeuth etiam ad rabbinicum אֱלָהוּת (cfr. *Targum Cant.* VIII, 1, 6) provocamur, quod *Divinitas* in abstracto redditur.

(2) אדני (= Dominus meus) ab Hebraeis legitur ubique sacrum et ineffabile יהוה occurrit, ut notum est: hinc ῥητόν seu *nominabile* ab Iren. dicitur significare. Hunc enim usum antiquissimum esse constat v. g. Dan. IX ubi saepissime primum in locum alterius nominis sufficitur. Quum vero *Admirabile* (θαυμαστόν) hoc nomen dicit Iren. procul dubio respicit Iud. XIII, 18: « Cur quaeris « nomen meum quod est *admira-* « *bile*? » Cfr. *Psalm.* VIII, 1. Alii tamen facilius legunt « ali- « quando quidem innominabile et « admirabile significat », i. e. nomen ipsum ἀπόῤῥητον καὶ θαυμαστόν, cuius loco adsumitur.

(3) Locus ad quem adludit est profecto Iob, XXXVIII, 8–11. Sed quomodo exinde nomen hoc Addonai desumpserit, haud facile dici potest. Harvey quidem provocat ad vers. 6: עַל-מָה אֲדָנֶיהָ הָטְבָּעוּ (« Super quod bases illius « solidatae sunt ») quod etiam legi potest: עַל-מָה אֲדֹנָיהָ הִטְבִּעָהּ scl. « Super quod Adonai fundavit « illud ». Hinc significatio quam Iren. innuit haberetur ex simili radice אדן quae etiam arabice significat: *fixus mansit.* — Sed id non plene consonat cum citatione quam Iren. facit, neque cum caeteris notis « duplicata littera cum adspi- « ratione ». Putaverim ego potius Iren. respexisse praecise initium vers. 11, nempe וָאֹמַר עַד-פֹּה תָבוֹא « Et dixi *usque huc venies*, et « non procedes amplius, et hic con- « fringes tumentes fluctus tuos », quae verba plane conveniunt cum significatione quam Irenaeus prodit. Porro si loco עַד-פֹּה legas עַד הֵנָּה sensus non immutatur, sed habes ipsam vocem Adonai cum adspiratione fortissima ה post ד, qualisreapse a Nostro exponitur.

(4) οὐδὲ μετέπειτα ἐπαναβαίνειν ἐπ' αὐτήν. Frustra igitur corrigendum putant Feuard. nec possit

Sabaωth per ω quidem graecam in syllaba novissima scribitur, « Voluntarium » significat,[1] per o autem graecam, ut puta Sabaoth, primum caelum manifestat.[2] Eodem modo et Iaωth, extensa cum aspiratione novissima syllaba, mensuram praefinitam manifestat; [3] cum autem per o graecam corripitur, ut puta Iaoth, eum qui dat fugam malorum significat.[4] Et caetera omnia unius eiusdemque

aqua; LATINI posset unquam; CROIUS postea aqua insurgeret etc. (Ita fere GRABE).

(1) Reapse hoc nomen est a radice צבה quae *velle* indicat. In *Targum Iob*, XXXI, 16 צבאות מסכינא, eadem vox quam Iren. innuit, pro *voluntate* seu voto habetur. Syriace eadem radice redditur εὐδόκητος in illud MATTH. III, 17: « Hic est Filius meus .... « in *quo mihi complacui* ». (Ita fere HARVEY).

(2) Alludit ad *Gen.* II, 1: « Igitur « perfecti sunt caeli et terra, et « וְכָל-צְבָאָם ». Idipsum *Deut.* IV, 19 [HARVEY, 29 (?)]: « Ne ele- « ves oculos tuos ad caelum et vi- « deas solem et lunam et omne « צבא השמים » scl. exercitus caelorum, quo nomine Hebraeis caelum stellatum (primum iuxta veteres), quasi ab exercitu stellarum ita nominatum, veniebat.

(3) Mss. Vat. habent *Iacob* quod perspicue lectionem *Iaωh* ostendit in omnibus consonantem voci יהוה; *Iaωth*, quod alii codd. exhibent, facilius ex hac in comparatione ad alia nomina (Sabaoth etc.) efformari potuit. Sed quid de abstrusâ significatione quae nomini tetragrammaton affingitur « mensuram praefinitam » (gr. μέτρον προωρισμένον ἀναφαίνει)? HARVEY appellat « ad cabbalisticum « מִדַּת-הַגְּזֵרָה = *Mensura prae- « destinationis*, quam significatio- « nem, adludentem ad voluntatem « Dei praedestinantem, Rabbini « semper sub nomine Jehovah ab- « sconditam docuerunt ». MASSUET vero ad illud IOB, XXVIII, 25: « Qui fecit ventis pondus, et aquam « appendit in mensura: ... pone- « bat pluviis legem et viam pro- « cellis » seu XXXVIII, 5: « Qui « posuit mensuras eius, qui teten- « dit super eos lineam », vel *Sap.* XI, 21, vel *Ps.* CIII, 9. Sed prima expositio praeferenda, dummodo apertius exhibeatur: de quo viderint periti.

(4) Alludit iuxta HARVEY ad compendium nominis יהוה nempe יָהּ quod utique a Graecis Iαό efferendum est (cfr. ָ et ו: o et ω). *Iaoth* ut supra *Iaωth* effectum est. Quod interpretationem spectat, MASSUET coniicit alludere haec ad illud *Exod.* X, 17: « Rogate Domi- « num vestrum, ut auferat a me « mortem istam ». HARVEY melius

nuncupationis sunt: sicut ⟨secundum latinitatem⟩ Dominus virtutum, et Pater omnium, et Deus omnipotens, et Altissimus, et Dominus caelorum, et Creator, et Fabricator, et similia his, non alterius haec sunt, sed unius eiusdemque nuncupationes et pronomina, per quae unus Deus et Pater ostenditur, qui continet omnia, et omnibus ut sint praestans.

4. [*WH. LVIII, 2*]. Quoniam autem dictis nostris consonat praedicatio apostolorum, et Domini magisterium, et prophetarum annuntiatio, et apostolorum dictatio, et legislationis ministratio,(1) unum eumdemque omnium Deum Patrem laudantium; et non alium atque alium, neque ex diversis diis aut virtitibus substantiam habentem; sed ex uno et eodem Patre omnia (qui tamen aptat secundum subiacentium naturas et dispositionem), et neque ab angelis, neque ab alia quadam virtute, sed a solo Deo Patre visibilia atque invisibilia, et omnia omnino quaecumque facta sunt, arbitror quidem sufficienter ostensa, et per haec tanta uno ostenso Deo Patre factore omnium.(2) Sed ne putemur fugere illam quae ex Scripturis Dominicis est probationem, ipsis Scripturis multo manifestius et clarius hoc ipsum

suggerit *Ps.* LXVIII, 4-5) [Vulg. LXVII, 5-6] quod iuxta hebr. sonat: « Cantate Deo, psalmum di« cite ei in nomine eius Iah. .... « Iah nomen eius; pater orphano« rum, iudex viduarum Deus in « sanctuario suo ». Pater orphanorum, iudex viduarum explicat iuxta Harvey quod Iren. dicit « qui « dat fugam malorum »; insuper attendendum est nomen hoc יָהּ hic veluti in propria sede exhiberi adeo ut Symmachus et secunda vers. in ORIGEN. *Hexapla* hoc nomen etiam in graecis retineant resp.: διὰ τοῦ ἰα ἡ ὀνομασία αὐτοῦ et ἐν τῷ ἰα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ubi LXX simpliciter Κύριος ὄνομα αὐτοῦ posuerunt. Quod si haec difficiliora videantur, sufficiat praecipuum scopum auctoris tenere, qui demonstrat diversis unius Dei nominibus diversos tamen deos non notari. FEUARDENT.

(1) Ἡ τοῦ νόμου οἰκονομία. Loco secundi « apostolorum » quid aliud ex V. T. medium inter prophetas et Legem inferendum videtur ne ταυτολογία habeatur.

(2) I. e. semel ostenso uno Deo Patre, simul ostensa arbitror tanta quae dixi.

praedicantibus, his tamen qui non prave intendunt, eis proprium librum, qui sequitur has Scripturas, reddentes, ex Scripturis divinis probationes apponemus in medio omnibus amantibus veritatem.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.
INCIPIT LIBER TERTIUS.